860. 1438
A3145



John Carter Brown
Library
Brown University

CHRONICLE WITH … S IN BERNE.

RYD (VAL. ANS.) P… et principum sive monarchorum … cis obscurioribus illustratus et in … atque a mendis recognitione dili… …one multorum aliorum quae in priori aeditione non continebantur, quemadmodum suis locis toto libro videre licebit, ab Homine condito, usque in praesentem, a nato Christo, millesimum quingentesimum & quinquagesimum annum deductus & continuatus.

Folio. Chiefly Rom. type, with Gr. and Ital. pass. (6) ll., 99 ll. (1) bl. l. (cut away). Woodcut printer's device on the title-page representing the device of Apiarius (the bear of Bern and a bee-hive). Repeated on last page in a different form. Over 100 fine woodcuts representing historical scenes, portraits and arms; one of them, 47a, signed H.B. 1549 (Hans Brosamer); two others, on prelim. leaf and 79, dated 1537; and two, on leaves 4 and 24, signed I.K. Fine copy in old vellum.

(M. Apiarius) Berne, 1550.


Rare work from the first Berne press. It contains a reference to the discovery of America on fol. 94. Not in Harrisse.
The monogram, I.K., on several of the woodcuts, does not, according to Nagler, Monogrammisten, Vol. III, 2682, and Kunstlerlexicon, VI, 562, 7, refer to J. Kerver or J. Koebel, the town clerk of Oppenheim, but to an unknown German wood engraver, whose work was used by several South German and Swiss printers.

There are references to Mathias Corvinus, Huniades, the Turkish invasion of Hungary and other Turkish wars. It also contains a Jewish Chronicle based on Berosus and others. The first ed. was printed in Berne in 1540, but the 1550 edition has many additions.

Brunet, IV, 1473: "Livre peu commun." Graesse VI, 198. Jocher, IV, 2333: "The author was a physician at Berne who left this place when the persecution of the Protestants began. He returned there about 1528, became a Canon and Town Councillor, and the official historian of the town. He died 1540."

Mathias Bienenvater or Apiarius, one of the propagandists of the Reformation, introduced printing into Berne and according to Deschamps, Dict. de Geog., p. 179, specimens from his press are rare.

CATALOGVS ANNORVM ET PRINCIPVM SIVE MONARCHARVM MVNDI GEMINVS PLERISQVE IN LOCIS OBSCVrioribus illuſtratus & in cælebrioribus locupletatus atq; à mendis, recognitione diligenti repurgatus, Cum acceſſione multorum aliorum quæ in priori æditione non continebantur, quemadmodum ſuis locis toto libro uidere licebit, ab Homine condito, uſq; in præſentem, à nato Chriſto, milleſimum quingenteſimum & quinquageſimum annum deductus & continuatus, per D. Valerium Anſelmum Ryd.



EX MAGNIFICA HELVETIORVM VRBE BERNA, ANNO DOMINI M. D. L.

RPJCB

PRVDENTIBVS ATQVE MAGNIFICIS INCLYTÆ BERNENSIS

Vrbis Conſuli, Senatui Ciuibuſq; Dominis ſuis obſeruandiſſimis Valerius Anſelmus Ryd Salutem.

QVum res illæ præcipue, Magnifici Domini, quæ præpollentem & occupatum in uulgo dolis patenti, medicũ facere ſolent, lingua ſcilicet, audacia & quæſtus, à me, tanquam ingenij liberioris homine neglectæ, profeſſionis meę ſepta exeundi darent ocium. Id alicui ſimul & delectabili & utili cupiens reddere negocio, ſuccisiuas horulas peradmirandæ tranſactorum ſæculorũ hiſtoriæ indulſi. Subinde uero cum placuiſſet è uario illo magnoq; librorũ aceruo compilare commentarium, Coſmographicę inſtar Mappæ, Chrono, & Archontographiam plana referentẽ facie, Qua ſcilicet compendioſe, & abſq; ulla uel impendij, uel laboris, uel temporis iactura, imò magna cũ oculorum animiq; delectatione, fructuq; præcellentem illam, præcellentis illius inter hominũ uirtutes prudentiæ magiſtram, hiſtoriam nempe, uelut in ſpeculo contemplari quirent, uel hij ſaltem, qui aut ſuam harum tam admirandarum rerum ignorantiam dolent. Qui, aut ad magis neceſſaria uitæ ſtudia coacti, eam librorum uel ob inopiam uidere, uel ob copiam retinere haud facile poſſent. Facialem igitur, & Annorum & Principum continuata a b homine condito ad noſtra tempora ſerie, Catalogũ, & hunc quidem ut certior aliqua concurrentium & annorum & Principũ haberetur ratio, conuerſis faciebus geminum, Annio Viterbienſe Antiquitatum perſcrutatore omnium facile, quos eo tempore mihi uidere licuit, diligentiſſimo, tum materiam tum modum præbente, hac digeſſi atq; concinnaui lege, qua in ſancta primogeniorum Hebræorũ ſucceſſione docti Philonis Temporũ breuiarium è ſacra gentis hiſtoria fideliter conſummatũ, atq; Monarchijs conſonum, fixum haberi cenſuerim. In Monarchiarum autem deductione, in Prima, atq; Secunda, poſthabitis magniſciorum quorundam in Barbaros Gręcę ſapientię Authores, calumnijs, Beroſi Caldei, Manethonis Aegyptij, & Metaſthenis Perſæ ſacerdotũ. In Tertia & quartæ initijs Appiani & Euſebij Gręcorum. In quarta autem Romanorũ Paparum & Imperatorum receptas Chronicas iuxta Chronicam ſupputationem recipiendas eſſe duxi. Tũ ne uacaret charta, ex receptis ac uarijs gentium ſcriptoribus pro compendij modo ſuccinctiſſ: quam potui uerbis, Monarchiarum quatuor, Regnorumq; nobiliorum origines, ſucceſſiones, mutationes & exitus. Principum item, aut generationis aut Principatus, annos ferentium, inſigniora, uel imitanda, uel uitanda. Item & ſub eiſdem per homines in orbe geſta facinora coniunxi. Et in fine Hiſpaniæ Franciæque regnorum Chronicon appendi. Loquentia Pictaſmata, uiſus memoriæque gratia, rerum capitibus rebuſque ad, & interpoſui. Margines poſtremum exhortationis cauſa odoriferis diuinarum ſententiarum floribus aſperſi. Ac ſingula titulis diſtinxi, atq; ſic chartas adimpleui. Id autem omne ante triginta annos, ubi iamnum publicatæ receptiores Chronicæ deſierant omnes. Tum & à pluribus annis præſertim apud Germanos nulla uel modica & linguarum & temporum ratio habita eſſet, haud paruo labore & ea diligentia perfeci, ut cum nuperis annis admodum felicibus, eruditorum aliquot ſingulari ſtudio elaboratas annorum ſupputationes inſpexiſſem, de mea tamen ne nihili quidẽ figuram ſemouere, ſed inæquabiles differentias, & eaſdem in ſummis numeris ſane modicas ferre tutius potui. Veruntamem opus hoc noſtrum tanti nunq̃ æſtimaui, ut eo uel quenq̃ honorari, aut ullam, uel mihi comparari gratiã poſſe confiderẽ. Quo ad Reuerendus Epiſcopus Ennius Philonardus Apoſtolicus cũ poteſtate Legati ad Heluetios orator. Chartam perſpectam, Leonis Pontificis fratri Iuliano illuſtriſſimo Mutinæ Duci mittendam imperauit, atq; per curſores ſuos Romam miſit cum bona gratia ſuſceptam, & in Papæ cubiculo poſtea affixam. Hoc imperio excitatus,

alteram non minore gratia ſuſceptam, Chriſtianiſſimi Francorum Regis ad Heluetios Nuntio Nobili Domino Anthonio à Lamet poſtulanti donaui. Terciam bonorum uirorum ſuaſu in patriam linguam uerſam, debita ex gratitudine Ampliſſimo Ordini ueſtro obtuli. Quartam inuictiſſimo, & omnium qui ex Germanis imperarunt potentiſſimo Cæſari Carolo, aut Germano fratri Ferdinando Regi Sereniſſimo, ac huius Catalogi conſumatoribus propagatoribuſqꝫ deſtinatam, è Spyræ comitijs, latoris aut inſyncera fide, aut negligentia recepi: adhuc Germanico Principi ſeruatam, eo ſane tempore, quo in Germania nullæ tales (quod ſciam) reperiebantur excuſæ facies, hac maxime ſpe id tentare auſus, quod licet iners pictor ego, nihil forſan, aut perparum tantis nominibus dignum depinxerim, indicarimqꝫ magis, quid effectum eſſe uellem, quam effecerim, occaſione tamē per me data, qui, docto noſtro ſæculo ſunt apud legitimos principes doctiſſimi, erratis mihi donatis, faciem hanc, aut expolire facile, aut nouam non ſolum Principe dignam, ac gratam , uerum etiam omnibus rerum humanarum cupidis utilem & acceptam excudere poſſint, atqꝫ (quod opto) uelint. Demum autem laborioſa chartarum ſcriptione laſſatus, ne periret ædita facies, chartas in librum conuolui, chartis aliquanto auctiorem. Et hunc quamuis ad appropinquantem uitæ meæ defunctionem apud me deliteſcere ſtatuiſſem, imperauerunt tamen boni quidam & ſtudioſi uiri, tum pœnitendum libri interitum, tum publicam utilitatem prętexentes, ut eum, eorum expenſis, typis excudi conſenſerim. Atqui Magnifici Domini priſcis à ſæculis ad noſtros uſqꝫ dies defluxit mox ille probe laudatus, quo æterna memoria perpetuoqꝫ nomine digni, æternis perpetuiſqꝫ literarum monumentis cum inſcriberentur, tum conſeruarentur. Vnde factum eſt, ut etiam maximi Principes, quanti Alexander magnus & Octauius Auguſtus, etiam exilibus literarum opuſculis uenerati, ea inter præcioſiſſima dona & reputarint & habuerint , Idqꝫ non imerito, quandoquidem ſolum per ea in æterna hominum memoria uel adhuc hodie uiuunt atqꝫ coluntur , alioqui cum alijs multis magniſqꝫ Heroibus iam pridem extincti penitiſſimè. Quapropter colēdiſſimi Domini, totus (quod abſit) ingratus ſim, imò & iniurius, ſi quod uel qualecunqꝫ opuſculum in laude digna ciuitate ueſtra mihi natum , & in publicum emittendum cuipiam alteri, quam magnificæ, Dominationi ueſtræ laudabili pro more dicarim. Hoc ergo quod nunc in orbem emittitur, plus gratitudinis quam digni muneris uice, dico, dedicoqꝫ uobis, qui, quod citra multa potentem apud potentes adulationem, uere prædicare & poſſum & debeo , non minimis Principibus iure conferendi exiſtitis. Excellenti nanqꝫ tum prudentia, tum fortitudine magnanimorum maiorum ueſtrorum, atqꝫ nec minus ueſtra ipſorum , potens & inclyta ciuitas ueſtra hactenus non ſolum perſtitit inuicta, ſed etiam imperium, ditionemqꝫ ſuam ſuper omnes Germaniæ ciuitates mirifice auxit atqꝫ ſtrenue tutata eſt. Neqꝫ mirum id, neqꝫ indebitum, quando manifeſtum eſſe poteſt omnibus, hanc ad ueræ religionis & pietatis, ad pacis & iuſtitiæ, cultum, conſilia, factaqꝫ totis uiribus incubuiſſe, eoqꝫ propenſam intentamqꝫ fuiſſe ſemper eſſe & fore. Nec unquam niſi grauiter irritatam, nempe uel ob ſuum uel confœderatorum ius, atqꝫ dignitatem conſeruandam, aut illatam iniuriam ac dedecus repellendum uel uindicandum, fortem manum ſæuis armis dediſſe. Quam (opto & obſecro deuotiſſime) optimus & maximus Dominus Deus noſter ſuam per ineffabilem miſericordiam, qui Ieſus Chriſtus eſt, Seruator noſter, ſuo fœlici in ſtatu gratioſe corroboret, amplificet atqꝫ conſeruet in æternum. Poſtremum Clementiſſimi Domini quoaduſqꝫ ualeo, præcor & oro ſupplex, Clementiſſima Dominatio ueſtra ſua pro ſolita magnaqꝫ uel in omneis Clementia, Senem me, cum meis, ac detritum plurium annorum officio clientem ſuum, conatum nemini obeſſe, ſi prodeſſe non potuit. Nec non item, iubente gratitudine, & ſingulariter ſtudioſum ampliſſimi ſui, & honoris, & laudis, & nominis præconem ſuum pie fouere atqꝫ conſeruare uelit, neqꝫ dedignetur. Iterumque perquam optime ualeat, Valerij amans ſui.

Bernæ, IIII. Nonas Auguſti. Anno Ieſu Chriſti Monarcharum Monarchæ noſtri. M. D. XL. Cui gloria ſempiterna,

DE VSV.

DE VSV ET VTILITATE HISTORIARVM
& quo iuditio legendæ ſint, Candido lectori, Eber: à Rũmlang.

IN maxima iſta rerum humanarum uiciſſitudine, omnia uelut æſtuario
quodam fluxu atq; refluxu reciprocantur, ut fortunæ uices ſint inſtabiles, &
nihil perpetuum conſiſtat, Nam quis in calamitoſo huius mundi ſtatu, non ſen-
tiat, quam mollis flexus ſit metæ noſtræ, quantaq; ſit omnium rerũ lubricitas &
uarietas, ut quantumuis quidam excellant, tamen repentino caſu è ſolio ſuo proſternãtur,
& deinde exuti his, quibus antea impotenter geſtiebant & inflati fuerant, ab omnibus de-
ſtituantur, atq; rurſus in priſtinum ſtatum propitio deo, leuiq; numinis adflatu, ex ceno &
puluere reſtituantur, quidã uero ſub perpetuo interitu manent, neq; unquã reſpirandi da-
tur occaſio, uariæ quoq; regnorum, imperiorũ, nationum, prouinciarum, urbiumq; cõmu-
tationes, occaſus & excidia contingunt, quæ omnia cuiq; ex aſſidua hiſtoriarum lectione
obuia fiunt. Sed cum in his proſpiciendis, quibus ex cauſis quæq; proueniant, in tantũ cæ-
cutiamus, ut plæriq; nõ niſi præſentia, inſtar pecoris, animaduertant, & ſtolidi in tanta lu-
bricitate, nec ſe falli poſſe credant, Cũ, inquam, tantus ſit, noſtræ mentis in rebus eligẽdis
ſtupor, & ueternus, quo uiſus noſter & ratio plærunq; ſic configitur, ut in iſta rerũ perple-
xitate, uitia quoq; pro uirtutibus, & deteriora atq; beſtifera, falſis perſuaſionibus demen-
tati, pro melioribus, & ſalubribus amplectamur, nec teneat, iuxta Perſiũ, uetitos inſcitia
debilis actus, factũ eſt dono diuino, ut quidam ad res geſtas ſcriptis reponẽdas ſeſe appule-
rint, qui optime de humano genere meriti eſſe uidentur, optimeq; operam ſuam collocaſ-
ſe, quod res præteritas literis memoriçq; mandarunt, fuit enim hæc ratio, & unica uia, qua
ad res præſentes ab exemplis præteritorum adornandas & componendas inſtitueremur.
Et cum alioqui facile ex animis noſtris diffluant & quorum memores eſſe deberemus ob-
liuiſcamur, tamen ne res, quæ tanti eſſent momenti intercıderent, & ut poſteri haberent,
præteritorum negotiorum exempla, quibus ex alienis caſibus ad ſuas res uel honeſte, in-
ſtituendas commouerentur, uel ad turpitudinem euitandam admonerentur. Ideo boni iſti
uiri hoſtoriæ ſcribendæ operam nauarunt, & theſaurum unde ad quemuis euentum quæ
cõducibilia nobis eſſent, depromere liceat, recondere ſunt dignati. Cõſtat itaq; hiſtoriam
in hoc eſſe ſcriptam, ut cum per annorum paucitatem atq; locorum interſtitia, non omnia
coram experiri poſſimus, quæ tamen exteris in locis, longeq; præterito tempore euenere,
& geſta ſunt, nobis tradat & exponat, quo non nuper in lucem eſſe nati uideamur, ſed ex
uetuſtis & reconditis rebus, inſtituamur, atq; hoc pacto tametſi iuuenes ſimus, ueterũ ta-
men geſta cognita perſpectaq; habeamus. Omnes ſic inſtituti ſumus, noſterq; fert animus
ut exempla quam præcepta malimus, quod igitur in philoſophorum præceptis, quanta-
cunq; ſeueritate traditur, nunquam tamen eum habebit uigorem, ſi hiſtoriarum traditio-
ni conferatur, quod hæc multo locupletius uirtutum exempla declaret atq; facilius ex hi-
ſtorijs, adhibita cotidiana experientia, uſuq; rerum, quam præceptis nudis, depræhenda-
mus & intelligamus, quid uel uitandum, uel expetendum ſit, complectitur igitur hiſtoria
ſimul omnes uirtutes, cauſasq; rerũ, progreſſus & euẽtus, adeoq; ſuo modo abũde, tametſi
quaſi diſſimulando, & aliena duntaxat enarrando, honeſta celebrat, & quæ pernitioſa ſunt
atq; turpia arguit. Porro cum uitia perdant, uirtutes uero conſeruent ac tueantur, quis nõ
niſi inſanus has amplectetur & imitetur, illa uero fugiat deteſtetur? Nam quis fractos, im
pudicos & effœminatos mores Sardanapali Heliogabali & aliorum non uituperabit?
Quis multorum nefandas & portentoſas cupiditates & libines non abominetur; quis fu-
neſtam Paridis cupiditatem ac Maſiniſſæ & Sophoniſbæ abominabile connubium non
deteſtetur? Quis Anchemoli, Menephronis & multorum aliorum inceſtus non exhorre-
ſcat? quid commemorem perfidiam, proditiones aliaq; flagitia nunquam impune admiſſa.
neq; fœdifragos, parentibus & magiſtratui rebelles impune euaſiſſe. Quis ad multorum

ueluti Neronis aliorumq; iniuſtam Tyrannidem non expaueſcat, huiuſmodi ergo ſcelera & uitia ſi in alijs deteſtaris, & te ſic adornaueris, ne in talia ſimiliaq; prolabaris, nonne cautior & prudentior factus es? Nam ſi aliorum flagitia expendas ſimulq; tuum cor, tuaq; penetralia exploraueris, & ſi uel ſimile quippiam turpiter & ſcelerate patratum uel conceptum inueneris, nonne alieno admonitus exemplo poteris tempeſtiue reſipiſcere, ne fœdi exempli exitus te quoq; proterat atq; obruat. Cum hæc certiſſima in humanæ uitæ ſit regula Chriſto in Euangelio id atteſtante, omnibuſq; philoſophis adſtipulantibus, quemadmodum ſi uirtus & integritas uitæq; ſanctimonia, quantumuis diu lateat, opprimaturq;, tandem tamen eam erupturam, & gloriæ mercede, ac præmio beatitudinis, carere perpetuo non poſſe, Ita uitia licet tegantur ad tempus die tamen & tempore prodente omnia, pœnas ſuppliciaq; merita non euaſura. Quum itaq; hiſtoria, quæ ſint expetenda & quæ ſint fugienda, ſi pœnitius hanc introſpexeris, & diligenter expenderis, magna cum dignitate exemplis pulcherrimis illuſtrata tradat, adeoq; omnes uirtutes, uitiaq; complectatur, & demonſtret, quantum laudis ex honeſtis inſtitutis officijſq; conſequamur, & quam grauiter quidam impegerint, & corruerint, multoſq; ſecum deturbarint ac perdiderint, magnas quoq; rerum commutationes adduxerint, qui uirtutis falſa ſpecie, uanaq; perſuaſione deluſi uel obſtinati in ſuis affectibus corruptiq; perſtiterunt, uel deteriora pro potioribus duxerunt, ut ſuæ ignauiæ & malitiæ meritas pœnas dederint, Præclarum & regium munus extiterit ſtudioſe in hiſtorijs iudicium noſtrum exerceri. In peruerſorum regum exemplis, exitus obſeruabis calamitoſos, pernitioſoſq; euentus, & commutationes turbationeſq; regnorum & rerum pub: exitiales Tyrannidem inultam nõ exiſtere liquet, quod raro Tyrannis ſicca mors contigit, Quem non commoueant luctuoſa Romanorum fata, in quæ per Syllam & Marium adducti ſunt? Atq; cum impijs nunquam conſtet pax, contigit ut ſæpe ſe mutuo Principes ob odium & inuidiam, ut in Cæſare & Pompeio conſtat, de re friuola, conflatum, perdiderint & exterminauerint. Peſſimum malum ira, nemo iratus non uult tantum ſibi licere, quantum libeat. Egregiam uero cauſam habuit Saul, quod quũ audiſſet Dauidem ſibi odioſum ab Abimelecho in Nobea ciuitate hoſpitio ſuſceptũ ira & odio, ciuitatem & hoſpitẽ incendit, hominibus utriuſq; ſexus interemptis. Euitãdos itaq; docet hiſtoria, taliũ hominũ peruerſos & pernitioſos conatus, è diuerſo uero ſi q res iuſte trutina explorarunt, ut ad omne quantumuis exile momentũ uigiles excubarẽt ſæpiſſime iminens malum ex inſidijs peruerſorũ hominum machinatum, alieno docti exemplo uel propulſauere, uel ſaltem mitigatione quadã declinauerunt, eoq; modo ſibi ſuiſq; quos ſuæ fidei & curæ cõmiſſos habebant conſuluerunt. Et cum perſpicias ex illuſtribus factis, multos perpetuæ memoriæ honeſtatiq; conſecratos & dedicatos, Qui non ad præſtantiũ uirorum honeſte facta imitanda accendaris? nã ſi clarorum uirorũ animi celſitudo legitur uel auditur, illorum uirtutes ad idem decus nos perpellunt, ut ex ingenij dexteritate & ingenuitate, ad ſimilem gloriam adipiſcendam rapiamur. Quis paupertatem uereatur, ſi Phocianis animum conſtantem & uirilem expendat, qui aurum ab Alexandro miſſum pertinaciter repudiauit, exiſtimando nec bonum eſſe uirum, nec talem haberi eum oportere, cui in ciuitate libera nato, aurum à rege miſſum curæ ſit. Alacrior fit meditando Curij magnanimum animum qui Samnitum munera aſpernatus eſt. Fabricius etiam Pyrrhi aurum ſpreuit, & Aemilius Paulus aurum Perſi Macedonum regis, ne uidere quidem dignatus eſt. Hæc continentia peperit Romanum Imperium, Luxus uero & auaritia perdiderunt. Quid cupiditates frangeret uel excinderet efficatius, mœroremq; ob res amiſſas conceptum leuaret potentius, quam cum in hiſtoria ceu ſpeculo uides, quod multi in ſumma opum & potentiæ affluentia continentiſſ: & temperatiſſimi extiterunt, ut his præſentibus non impotenter geſtierint, neq; ſibi omnia licere duxerint, uel etiam ablatis non fracto & abiecto animo conſternati fuerint. Aequam itaq; mentem obſeruando, teq; domando, ſummam fortitudinem & conſtantiam præſtabis, nam iuxta Fauſtum.

Qui dextros tolerare deos, tolerare ſiniſtros Aequa mẽte nequit, rebuſq; ſupbit opimis.
Succumbitq; nouo, ſubmiſſus colla dolori Scilicet & leuior folijs uolat ille caducis.

Quid

Quid mortis metum ad quam utcunq; expaueſcimus,aufferat potentius,quam ſi imite
mur horum exempla,qui ob amorem patriæ omnia quantumuis chara,uitamq; ipſam pro
fundere leue duxerunt,modo patriæ libertatem tuerentur eamq; adſererent. Codrus rex
ultro pro patria mortem oppetijt.P. Decius concitato equo in medium hoſtium agmen,
patriæ ſalutem,ſibi mortem petens irrupit.Quis ad ſimilia patriæ præſtanda non cordati-
or inde reddatur? Adeo quicquid arduum uidetur in hac uita, ex præſtantium uirorum
exemplis procliue & facile redditur. Recte Liuius hoc ſalubre præcipue & frugi ferum
aſſerit, ſi omnis generis exemplorum documenta in illuſtri poſita monumento,intuearis,
illinc & tibi & tuæ reipub: capias quod imiteris,illinc quod uites,nimirum quod fœdum
inceptu, fœdumq; exitu fuerit. Hiſtoria itaque tanquam optima uitæ magiſtra, ea potiſſ:
geſtu & exempla conſideranda & perluſtranda proponit, quibus moneamur, qua ratione
in repub: ſalubriter gubernanda uerſemur quomodo & quibus potiſſimum officijs boni
imperatores ſint uſi in imperijs rite adminiſtrandis,quod uidelicet potiſſimũ publicã uti-
litatem non priuatum emolumentum ſpectarint, & in iuſtitia tuenda atq; propugnanda,
cum magno etiam ſuarum rerum periculo fuerint ſoliciti,quod acerrimè uindicarint iniu
rias,ſuis amicis illatas,quod non leui de cauſa,ſed coacti,iuſta tamen rerum & reſtitutione
per fœciales perita bellum ſuſceperint, quod ſæpe diſſimulatione calumniæ, tollerantia-
que pacem retinuerint. Contra uero in aduerſis animo præſenti intrepido & infracto fue-
rint,quod omni humanitate munificentia & clementia ſint uſi erga bonos: Quod & iuuen
tutem quæ ſeminarium eſt reipub: rectè inſtituendam exercendam & cohibendam procu
rarint,& denique quod ſtuduerint imperia ſua pietatis cultu,bonis moribus,legibus,inſti
tutis & miniſtris reddere meliora. Primam operam religioni deberi patet Ioſiæ & Hezec
hiæ piorum regum exemplo,quam cum Ozias contemneret lepra infectus eſt,ut qui diui
na faſtidiſſet idem in ſordicie ab omnibus faſtidiretur: Frugalitatem eſſe utilem quis du-
bitet,ſi ueterum Quiritum frugalitatem contempletur, fuit hæc recenti mundo iucunda
nutrix hominum, dum homines modico contenti erant, ſed quia poſteritas hanc repudi-
auit, proque ea luxum complexa eſt, quid malorum in nos non incubuit? Corrupit lux-
us primum Romam, cum poſt Aſiam deuictam unà cum opibus in urbem inuecta eſt.
Cn: Manlius monuerat Ro: milites cauendam ac fugendam eſſe Aſiaticam amœnita-
tem tanquam contagionem exitialem. Campana quoq; luxuria, inuictum Hanniba-
lem, illucebris ſuis complexa uincendum Romanis tradit, hanc itaque peſtem deter
rimam profligemus, nulliſque ſenſibus plus quam corde ſentiamus, Hoſpitalitatem
amplectemur, quæ à diuinis & prophanis maxime celebrantur literis, in tãtum ut & Eth
nici huius prædicandæ gratia, Iouem è cœlo lapſum fabulati ſint. Imitemur Ioſephi ca-
ſtitatem & integritatem. Scip: Affricani maioris temperantiam,qui puellam elegantiſſ:
facie hoſti incorruptam cuſtodiuit & reſtituit. Et Hippolytus patris iram offendere quam
nouercali libidini parcere maluit, dignus qui reuixerit, illiq; deæ curæ fuerit, quæ omni-
um caſtiſſ: fabulata eſt antiquitas. In ſumma obſeruemus, ex benignitate & ſidelitate,
concordia, uitæ integritate, & reliquis omnibus uirtutibus uberem & præcioſiſſ: pro-
uentum in patriã redundaſſe, Ad ea itaq; quæ potiora & honeſtiora ſunt,ſtudio omni con
tendamus. Iam cum nulla ſit doctrinæ ratio quæ politicum hominem magis deceat, ꝙ fre
quens hiſtoriaꝝ lectio,nã prçter id quod immenſam uariarum rerum copiã,peritiãq; ſub
miniſtrat,etiã facundiã reddit excultam, ut ad quodq; perſuadẽdũ ſiue diſſuadẽdũ,ſi mul
tis exemplis ſis inſtructus,plurimũ ualeas,nã alioꝝ facta ſi recte nobis proponũt, etiã nos
cõmouent & percellũt ꝗ in noſtris reb: circumſpectiores ſimus,& minus prçcipitemus,ut
nõ ſit alia res,qua æque ac hiſtoria delectemur,moueamur,& rapiamur, Proinde hiſtoria-
rũ ſtudiũ regibus & Principibus,& qui magnis rebus adminiſtrandis præficiuntur maxi-
me neceſſarium eſt,ut ſuæ fidei & curæ cõmiſſos debita prouidẽtia tueantur. Seduli itaq;
ſimus,adhibentes ſollicitã induſtriã in alienis caſibus expẽdendis,ex qbus uidelicet exor
ſis & cauſis, & ex quo inſtituto quibuſq; factis & ſucceſſibus, & ꝑ quales homines quæq;
exactis temporibus acciderint,multis enim diuinitus monemur,ut ad noſtri deiq; & bene

ficiorum eius agnitionem adducamur, multis uero propter admiſſa, ut reſipiſcamus, ple-
ctimur. Impudens quoq; & proteruus fuerit, qui gubernacula rerum moderetur, ſi ſusq;
deq; ferat, utcunq; res ceſſerit & cadat, modo ſuæ ingluuiei & uoragini conſulatur. Vnde
tot temporum calamitates hominum genus, turmatim inuaſiſſe exiſtimabis, niſi ex Prin-
cipum regumque ignorantia & negligentia, At quanto cum maiori periculo huiuſmodi
homines errant, tanto maiore ſtudio, ſe ad hiſtoriarum cognitionem exactam, conferre,
deberent, ſi modo utiles eſſe cuperent, nam id ſi facerent, operæ reſponderet aliquando
prætium. Tolerabile eſſet, ſi ſuo tantum diſpendio delinquerent, uerum quia Achiui ple-
ctuntur, quod reges peccant, ſecumq; magnam multorum ruinam trahunt minime his
committendum eſſet, ut ab hiſtoria quæ, iuxta Ciceronem, lux ſit ueritatis, uita memoriæ
& nuncia uetuſtatis minime excolerentur & inſtituerentur, quo expeditius pericula decli
nare & occupare, uel tum demum ſi cœlum turbidum, periculoſam horridamq; tempeſta
tem minetur, uel etiam ſi ea ingruat, acri & celeri facilitate & promtitudine, emergere &
euadere, atq; per deflexus ſinusq;, ad receptum tutum, ſalua naui, incolumes contendere
poſſent. Et cum hiſtoria tanti ſit momenti, quis non ſobolem prolemq; ſuam in ea exerceri
cupiat? Quem item pigeat multum ætatis in ea deterere? Et ut maxime quis uariorum
exemplorum turba, uariaq; rerum geſtarum lectione inſtructus ſit, tamen cum uariæ ſint
rerum occaſiones, neq; intelligat ex circumſtantijs, quando uel in rebus cunctandum ſit,
ueluti Fab: maximo conueniebat, uel quando accelerandum ſit, quemadmodum Camillo
aduerſus Gallos agendum uidebatur, quid quæſo efficiet? aut ſi neq; ſemper eadem exem
pla, citra delectum, imitanda eſſe neſciat, quid quæſo præſtabit? acre igitur iudicium mag
naq; induſtria eſt adhibenda, atq; omnis ſegnities expellenda. Id ſi nos ſedulo ſerioq; fece
rimus, non parum fructus reip: acceſſerit. Non parcam ſementem faciamus ſi uberem meſ
ſem cupimus, quod inde tranquillitas & ſalus atq; conſeruatio rerum publicarum pende-
at, neq; nos penſum noſtrum abſoluiſſe credamus, niſi in hoc rigidos nos ipſos exactores
præſtemus. Nam ſi uel paululum remittamus parum fructificabimus, parumq; proficie-
mus, quod malignitate naturali, omnia fatis in peius ruere, ac retro ſublapſa referri ſole-
ant, niſi diligentiſſimo ſtudio & ſumma cura operã impendamus, ut ſi exactã hiſtoriarum
cognitionem adepti fuerimus hanc tandem ad uſum & effectum bonum & utilem confe-
ramus & applicemus. Cæterum quia inter omnes peritos conuenit, in hiſtoriaꝝ doctrina
non minus Chronographiam, quam τοπογϱαφίαν eſſe neceſſariam, quod ipſam noſſe, non
minus res illuſtret, quam ſi loca cognita habeas, nam ex peritia temporum tibi conſtabit,
quo quidq; tempore geſtum ſit, & quis tum mundi huius ſtatus, qui reges & imperatores,
& qui amici uel hoſtes fuerint, & quomodo quiq; ſuas res, ſuaq; negotia adminiſtrarint, q
eoꝝ fuerint mores & qui euentus. Nam cum omnia in hoc mundo inſtar rotæ circũuolu-
antur, ſemper res alia aliã propellat & inſequatur, non parũ lucis acceſſerit ſi tẽpora rerum
geſtaꝝ ſcias. Ideo noſter autor, uir in omni doctrinaꝝ genere, medica quoq; facultate abſo
lute doctus, optime operam ſuã impendiſſe uidetur, qui id ſumma cum diligentia pręſtare
ſtuduit, idq; ſolũ mira breuitate & cõpendio intenderit, ut certa tibi annoꝝ ſeries & ratio,
à condito mundo uſque ad noſtra tempora conſtaret. Quamuis uero multi & annos in ſuis
chronicis tradiderint, uides tamen quantum uarient, at is noſter, in annis adnumerandis,
Biblicam ueritatem exquiſite obſeruauit. Iam niſi annorum oſeruatione, opus eſſet, nun-
quid putas Moſen & librorum regum ſcriptores alioſq; prophetas tanta cum diligentia
tempora per reges & annos aſſignaſſe? Illud affirmarim te neq; ad abſolutum intellectum,
quod duntaxat enarrationem rerum in ſacris literis attinet, ut ne ſpiritualia commemo-
rem, peruenire poſſe, niſi tempora annoſq;, & qui quoque anno, tam apud gentes quam
in iudaico populo regnauerint exacte calleas. Sed quia autor noſter id magna cum digni-
tate accurate præſtitit, plus rerum quam uerborum hoc ſuccincto libello tibi propinauit,
quod ſtudio breuitatis deditaq; opera à uerborum lenocinio abſtinuerit. Hunc igitur
tibi commendamus, ut omnia boni conſulendo eius opera fœlix ac fauſtus fru
aris. Vale, Bernæ, pridie Kalen: Aug: Anno M. D. XL.

IO: TE-

IO. TELORVS ABVSIACVS CANdido lectori ſalutem præcatur.

NEmo certe eſt, qui ambigat, lector candide, quam ſit hominis permagno ſpiritu, ne dicam magnis lateribus, & ingenio ſummo præditi, ueterum monumenta conſcribere, eaq; in uſum redigere iuſtum, unde quid, quod in rem præſentem ſit, percipi queat. At, deum immortalem, quæ nam illa eſt humanæ rationis induſtria ſolers, uirtusq; plane Heroica, retrogredi ad rerum primordia, ac repetere ab origine prima, à iactis terræ fundamentis, in hodiernum uſq; diem, rerum geſtarũ hiſtorias portendere, eaſq; omnibus uelut in ſpeculo conſpiciendas proponere, idq; ordine conſpicuo, ac ſucceſſu rerum admirabili. Ex his deinde luculenter tradere, quibus auſpitijs cœli terræq; fundamina ſint poſita, quæ Principis limi, hoc eſt, hominis primi, à ſummo rerumq; omnium conditore, nobilis illa creatio extiterit, item quæ porro τοῦ ἀυτοῦ μικροκόσμου fuerit ſucceſſio, donec paulatim in amplum & in infinitũ aucta eſt humani generis propagatio, quando cœperunt oppida, ac mœnia ſurgere, reſpu: florere, regionum & coloniarum agrorumq; fines per terminos deduci, his deniq; regna, & orbis imperia ſuccedere. Quæ quidem omnia ſic comparata ſunt, ut ſubinde alia alijs, per innumerabilem annorum ſeriem, uſumq; ſuccederent, adeoq; nunc huc, nunc illuc transferendo, miras ſemper & incomparabiles habuerunt mutationes, auctus, incrementa ac decrementa, perpetuis fluitantia caſibus, ac uiciſſitudinibus obnoxia, non aliter, ac ſi res humanas, in continuis uolui motibus, ſicut cætera circum omnia, fieri neceſſum eſt, oporteret.

Hoc uero quale ſit in uniuerſum Valerius Anshelmus, uir medicinæ facultatis abſolutiſſimus, ac omni genere artium diſciplinarumq; inſtructiſſimus, in medium ac uelut in tabula conſpectum dabit euidentiſſime, Idq; quantumcunq; in immenſum pateat omne, ea tamen breuitate, fœliciter perſtringendo, omnium rerum auſpitia, progreſſus & fines tradit, ut Lector antiquitatis & Hiſtoricæ facultatis ſtudioſus, non modo oblectetur plurimum, uerum etiam modis omnibus, paratior reddatur ad omne eruditionis genus diſcutiendum iudicandumq;. Hic enim ſuperuacue ſcribitur nihil, quod cum tædio legas, nihil neceſſarium facit reliquum, quod cum periculo detrahi poſſit, Breuiter, Quicquid in hoc toto uniuerſalis Hiſtoriæ opere continetur, in perpetuo officio excitandi animum, ac ſignificandi res memorabiles uerſatur: Loquuntur omnia, characteres ac figuræ, ſua quæq; res dignitate ſplendet, authoritateq; nititur propria.

Ex his itaq; liquet quis ſit uſus Hiſtoriæ, omni tempore inter homines habita eſt ſummo in honore, idq; non immerito. Hæc enim eſt humanæ uitæ ſpeculum, unde hominum mores & ſtudia diſpicere licet, liquido in omnes partes. Proſit itaq; corporibus medicina, interſit plurimos eſſe iuriſconſultos, in ſummo ſe faſtigio poſitos eſſe, credant philoſophi, de gradu non ſinat ſe deijci militaris gloria. Hæc omnia quidem, quamuis in ſpeciem, rerum ſtudia & uſus habeant plureis, cedent tamen & ceſſere ſemper plauſibili τῶ τῆς ἱστορίας ἐλέγχῳ. Habemus enim compertũ, Hiſtoriarũ ſcriptores, in ſumma dignitate, apud omnes omnium hominum nationes floruiſſe ſemper, quum hoc genus profeſſores, Philoſophi uidelicet ac Rhetores, ſæpius loco ceſſerint, & non magna cum gloria ἐπὶ τὸ πολὺ exacti ſint. Cauſa eſt quod ſtudeant aliud nihil, quam ut ſuam expleant habendi cupiditatem, honoris gratiæ, ambitioniſq;, ius omne diuinum atq; humanum peruertant. Nil aliud eſt quod medicis æs, aurumq; fulgens paret, quam morbus corporis καχεξία, miſerum mortalibus ſpectaculum, Quid militibus, niſi humani generis diſcordia, rapacitasq;? Quem alium finem ueterum atq; noſtri ſæculi hominum philoſophia reſpexit unquam? niſi ut Sophiſtice & fraudulenter, quæſtus gratia è re mala bonam, ex bona cauſam ratiant malam. Quod monſtrum illud ſit, non eget demonſtratione amplius. At è contra non ſic habet Hiſtoria, hæc nihil tale affectat, quia gloriæ cupiditate tantum, non mercenario obligata ſtipendio, ſed uirtutis amore, & honeſtatis præmio adducta, gaudet quam

plurimis

plurimis prodeſſe,idq; abſq; omni emolumento,ſui monumenta, ad poſteros tranſmittere ſtudet unice,ut minores natu,omnes ad uirtutem, quæ animi conſtantia,atq; honeſte factis conſtat,excitet, & incendat. Hoc ſane Temiſthoclem apud Græcos, Cæſarem apud Latinos,& alios fama factiſq; uiros illuſtres in uſu habuiſſe literis proditũ eſt. Habet Germania etiam hodie eiuſmodi uiros,qui uelut Claudiæ Romanorum gentis mores ſequuntur,in hoc ſcilicet,quod res & priuatim & publice geſtas,exactiſſime commentarijs mandent perpetuis,ut ætas quæ poſt uentura eſt,ueterum ueſtigijs inſiſtat,præclara facinora, tanquam præmia uirtutum propoſita imitetur,Contraria uero his in uniuerſum uitet pro uirili. Et hoc quidem illud eſt,ut poeta inquit,quod homines ad magna nati,ſui memores alios fecere merendo.

Idcirco Hiſtoria non niſi à uiris magnis tractatur,ut poſteros exemplis,quibus ad perſuadendum in utramq; partem,nihil eſt potentius,iuuent omnigenis. Quod etiam in præſentia autor noſter, magna ingenij ſolertia, factitaſſe uidetur, qui in hanc Methodum τῶν χρονικῶν, ex omnibus rerum authoribus depromptam ſuccincte collegit, quicquid à mundo condito,in præſentem uſq; diem,à bonis & malis geſtum eſt inſignite ac memorabiliter. Hoc autor habet ſimpliciter,eoq; omnis hiſtoriæ lectio tendit,ut ad bene beateq; uiuendum exemplis abundemus,res præclare geſtas non inanes umbras ſectemur,ne imperitorum more faciamus, qui purpuram pluris quam uirum, emblemata quam opus ipſum admirantur. Id equidem eſt,cur tantopere exhorter,ac iudicem Hiſtoriam eſſe legendam partim uero quod illa nõ tantum doceat,quamuis ne hoc quidem proprium eius ſit,ſed uiam materiamq; diſcẽdi ſuppeditet,& talem unicuiq;, qualiter animo affectus eſt, partim quod hæc eadem ſit receptaculum,omnigenæ eruditionis,unde tanquam ex Theſauro depromas quæcunq; ad uitam probe inſtituendam, ad mores recte formandos facere uideantur. Proinde qui aliorum periculis,ſine ſuo periculo cautior fieri cupit,ac neq; certo deſtitui experimento uolet unquam, hoc elegans uitæ communis Theatrum contempletur ac ſtudioſe legat. Hoc ſi fecerit probè,ſentiet proculdubio,quam minime operam luſerit, & quam maximam inde utilitatem ſuis adiecerit ſtudijs, Vale bene τῆς τῶν χρονικῶν ἐπιτομῆς fruere feliciter. Datum Bernæ.2.Auguſti.Anno XL.

HIERONIMI FRICK CARMEN ad Lectorem.

Qui cupis ex annis quo ſingula tempore geſta
  Diſcere,dum noſtri ſeminis autor Adam.
Tempus ad hoc noſtrum,quo regnat Carolus orbem,
  Imperij & Quintus nomine,ſceptra tenet,
Quæ ſint ante quidem & poſt Chriſtum,exortaq; regna.
  Siue apud Hebræos,ſiue alios populos.
Quam uarij in regnis ſucceſſus tumq; ſequuti.
  Vndeq;, Romanum creuerit imperium.
Et quam multiplices regnent mortalia caſus,
  Quæ ex prauis creſcant conſilijſue bonis.
Vt nihil in cunctis rebus mortalibus uſque,
  Stet pede tam firmo,quinq; ruina prope
Vt proſit quibus eſt rerum commiſſa poteſtas,
  Summa,legiſſe uirûm facta per hiſtorias.
Hæc tibi,& Hiſtoriam mundi dant Chronica ueram,
  Quæ ſibi emat lector Bibliotheca tua.

IN PRI-

IN PRIMAM PARTEM CATALOGI ANnorum & Principum continentem Ab homine condito Iudæorum ad Chriſtum,atq; trium Monarcharum in Octauium ſucceſſionem,proemium exhortatorium.

Occupatio magna creata eſt omnibus hominibus,& iugum graue ſuper filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum,& timores cordis,adinuentiones expectationis, & dies finitionis, à præſidente ſuper ſedem glorioſam,uſq; ad humiliatum in terram, & cinerem,Ab eo,qui utitur hyacinto, & portat coronam,uſque ad eum, qui operitur lino crudo, furor,zelus,fluctuatio, & timor mortis,irracundia perſeuerans,& contentio. Et in tempore refectionis,in cubili ſomnus noctis immutat ſcientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie, & ab eo in ſomnis quaſi in die reſpectus. Conturbatus eſt in uiſu cordis ſui,tanquam qui euaſerit in die belli. In tempore ſalutis ſuæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne ab homine ad peccatores ſeptuplum. Ad hæc mors, ſanguis, contentio, romphea,oppreſſiones,fames,contritio, flagella, ignis, grando, beſtiarum dentes, ſcorpij, & ſerpentes,ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia,& propter illos factus eſt catacliſmus. Bona bonis creata ſunt ab initio.Sic nequiſſimis bona, & mala initium neceſſariæ rei,uitæ hominum aqua, ignis,ferrum,ſal, lac, mel, uua, oleum, panis, ueſtimentum,& domus,protegens turpitudinem, hæc omnia ſanctis in dona, ſic impijs in mala conuertentur. Omnia opera Domini bona,& opera omnis carnis coram illo. Omnia demum, quæ de terra ſunt,in terram conuertentur.Impiorum nomen delebitur,Piorum autem permanebit in æuum.Ergo magnificentiam date Domino, & dicite in confeſſione, opera Domini uniuerſa bona ualde,& omnes homines terra, & cinis.&c.

Eccleſiaſtic: 40.

TYPOGRAPHVS LECTORI S:

EN CANDIDE *Lector offerimus tibi Chronicon ſuccinctum, ſeriem annorum iuxta Biblicam ueritatem, & omnes Principes electi Dei populi, Adeoq; Chriſti ſaluatoris noſtri lineam, continua deductione, ab una parte, Atq; Gentium Monarchas & Imperatores, ex altera parte, mutua temporum rerumq; geſtarum collatione, ab homine condito, uſq; ad Chriſti incarnationem, atq; deinde Romanorum Pontificum & imperatorum annos, & nomina uſq; in Caroli V. Romani Cæſaris Imperium complectens, cum inſerta Principalium gentium & regnorum origine & mutatione, & his quæ præcipue memorabilia ab alijs ſparſim tradita ſunt. Adiuncta ſimul Hiſpaniæ Franciæq; appendice, quæ omnia mira breuitate ex illuſtriſsimis Hiſtoricis, in ſtudioſorum uſum D: Valerius Anshelmus Ryd, ſummis laboribus congeſsit, multum perſpicuitatis Biblicis ſcripturis & omnibus hiſtorijs conferentia, fruere hoc precioſo opere, & Vale.*


Ego Dn̄s primus, & Nouiſsimus, &
abſq; me nō Deus, habitans æternitatē
Ego creaui cœlū, & terrā, & oīa, q̄ ſunt in
eis, Veniet oīs caro, ut adorat corā facie mea.


1537

PRIMORVM PARENTVM ORTVS atque ſucceſſus ex Moſe & Ioſepho.



IN PRINCIPIO CREAtionis uniuerſi huius omnis, quod ab ornatu formæ faberrimo Mundus adpellatur, die ſexta, Adam ab uno ſoloq; ſempiterno cunctorum opifice Deo ſuam ad imaginem atq; ſimilitudinem Damaſceno ex luto factus, primus omnium totius humani generis Pater atq; Monarcha fuit, qui propter impiã diuini mandati, quo ſcilicet à boni maliq; ſcientiæ ligno abſtinere iuſſus erat præuaricationem, quam non ſine ſuaſu coniugis ſuæ, primæq; hominum matris Euæ, è ſui lateris coſta fictæ admiſerat, quæ dolo callidiſſimi ſerpentis è cœlo ob ambitionis crimen deiecti *Adam ex luto factus.*

ſeducta fuerat, uirumq; ad hoc facinus inſtigarat, cum Eua coniuge ſua è uitali delitiarum horto, in lætalem erumnarũ terram eiectus eſt. Vnde peccatum mors & infernus totum in humanum genus exuberarunt. Dederat Deus præceptum ut huic obediendo Deum creatorem agnoſcerent atq; oſtenderat lignum uitæ dictum unde guſtantes nec morbo nec ſenio deficerent, ſiquidem in cæteris erat alimentum in hoc uero Sacramentum. Oſtenderat etiam lignum ſcientiæ boni & mali à quo cauerent & abſtinerent, adeòq; obedientiam Dei domini & creatoris exercerent, non quod hoc lignum in ſua natura eſſet rationale, uel ſcientiam boni et mali habuerit ſed propterea ſic appellatum eſt vt homo ſi præuaricaretur per experimentum diſceret, quantum eſſet inobedientiæ malum.

DE PARADISO PLERAQVE EX D. VADIAno excerpta Saluo cuiuſquam Iuditio.

GEn: 2. Legimus de Paradiſo Plantauerat autem dominus Deus Paradiſum in Edem à principio in quo poſuit hominem quem formauerat. Et Paulo inferius, Tulit ergo dominus Deus hominem & poſuit eum in Paradiſum uoluptatis ut operaretur & cuſtodiret illũ. Et in fine tertij capitis de Adamo iam in peccatum lapſo, locutus Et emiſit, inquit, eum dominus Deus de Paradiſo uoluptatis, ut operaretur terram de qua ſumptus eſt, eiecitq; Adam & collocauit ante Paradiſum voluptatis Cherubim & Flammeum gladium, verſatilem ad cuſtodiendum uiam ligni uitæ. Ex quibus locis apparet παράδισον id eſt hortum illum in quo primi homines egerunt certo loco & priuato fuiſſe, qui Eden cognominatus ſit ob delitias loci, ſiue in Eden id eſt in delitijs plantatus fuiſſe intelligatur ideo pleriq; authores locũ priuatum, ſecluſumq; & à mortalium notitia remotum eſſe Paradiſum definiunt. At ſi expendantur verba Domini Gen: primo Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt præſit piſcibus maris, & quę ſequũtur, teſtari, uidetur propheta, in uſum hominis creata eſſe omnia, eumq; ſolum ad imaginem Dei & ſimilitudinem conditum, ſignificans longe aliam conditionem eſſe hominis quàm reliquorum uiuentium, quæ illius gratia condita uiderentur, quippe principem eum & dominatorem cæterorum in terris ſtatuit. Factum enim eſſe ait ut præſit, etiam piſcibus maris & uolatilibus cœli, Item ut terram non repleret ſolum propagatione cui benedictum eſt, uerumetiam ſibi eam ſubijceret & omnium animantium generi dominaretur. Hoc ipſo enim quod dixit replete terram, dominamini uniuerſis animantibus, ſubijcite terram: clariſſime docet totam terram extantem, & omnigenis (ut tum erat) confertam fructibus, ſedem & hortum illum Adæ & poſteritatis futuram fuiſſe. Tota igitur terra Paradiſus ille erat, ubertate, amœnitate, fœlicitate circumquaq; illuſtris, in quo nihil dum ſterile damnatum aut noxium erat: Et cum Deus omnia animalia Adamo in Paradiſo poſito obtulerit, ut nomina illis imponeret conſequitur Paradiſum omnia animalia continuiſſe, & quod Adam & Eua in Paradiſum Deus collocarit ſignificat extra mortem & peccatum poſitos, ut in terra beate uiuerent. Et licet ille locus in quem creatus Adam tranſlatus eſt, eximie ac præ cæteris terræ tractibus amœnus, præterea arboribus illis uitæ & dinoſcentiæ, conſitus fuerit non tamen mox diuerſus, aut exemptus reliquis terris fuit, etiamſi incertum, quo in loco primus parens nondum patrata præuaricatione, aut ſolus ipſe, aut poſtea cum coniuge degeret. Paradiſus itaq; continens fuit terrarum, quatenus ab vndis extitit & quicquid ex decreto creatoris exemptum undis fuit, ad ſedem & culturam humanæ propagationi paratum. Cuius partem fuiſſe intelligimus hortum aut orientis aut delitiarum ſine dubio eximie ornatum & cõſitum, in quem Deus factum de limo terræ primum hominem tranſtulit, dubium quidem, quo loco, ſed in oriente tamen haud

haud dubie poſitum, quod palam ex amnium paradiſi nomenclatura Tigris nempe & Euphratis deprehenditur. In illo arbor uitæ fuit, eſu ſaluberrimo præterea arbor ueti ti fructus ſcientiæ boni & mali, quibus id nominis, non hac quidem cauſa datum eſt, uelut in arbore aut ex arbore, uita ulla interior, aut ſcientia eſſet, ſed quod hiſce externis ceu ſignis poſitis & (ut Auguſtinus ea uocat) Sacramentis, primi homines de internis etiam & ſpiritualibus admonerentur. Siquidem & idem Aug: palam aſſerit Deum ſine myſterijs rerum ſpiritualium corporaliter præſentans, hominem in Paradiſo agere noluiſſe, & in arbore uitæ, præterea in illa dinoſcentia boni & mali, non uitam ipſam nec dinoſcentiam, ſed Sacramentum uitę & dinoſcentię fuiſſe, quanquam re ipſa arbores illæ extiterint in horto, quem ab initio Adam cum Heua tenuit etenim homo ſeſe tueri obedientia & uiuere potuiſſet, ſi libertate in qua conſtitutus fuit non abuſus eſſet. Ita malo præuaricationis uitiata eſt natura primorum hominum, ut cum antea pro uoluntatis & arbitrij libertate accedere ad Deum licuiſſet, poſt lapſum, ne uelle quidem carni remanſerit vnde ſerui peccati gignimur omnes. Arbor ergo ligni uitæ in horto illo ſtetit, pariterq; arbor ſcientiæ boni & mali: Sacramentis iam tum egit Deus cum homine & per externa internorum admonuit, ſpiritaliaq; corporalibus adumbrauit, & nomina dedit rerum quarum admonerent. Deinde nec aliud maledictionis uoce i[n]telligo, quàm mutationem primæuæ amœnitatis & ubertatis, in eum ſtatum quem hodieq; orbis retinet hoc eſt laborioſum, mortalem, uarium, ærumnis plenum, terris ſiquidem alia facie per maledictionem inducta, terreſtris quoq; Paradiſi & delicatiſſimi horti decor de medio ſublatus & cum primæuis delitijs uniuerſa terra priuata eſt. Vnde & Adam de loco in alium locum ad exulandum, ne ubi præuaricatus eſſet habitaret emiſſus & de conditione priori quoq; in conditionem aliam ceſſit, atq; hoc modo eiectus eſt. Et ante Paradiſum voluptatis Cherubim locatum & flammeum uerſatilem gladium, ad cuſtodiendum uiam ligni uitæ circumductum intelligimus, immortalitatis donum ad cœlos receptum, uitam perpetuam mundo ereptam, interpoſita Machęra illa igneæ Zonæ, quam ueteres quoq; ceu limitem quendam fecerunt rerum caducarum & uariabilium, ut locus immortalitatis non amplius terrenus, ſed cœleſtis, à noſtro orbe latiſſime ſeparatus exiſtat, firmiſſime itaq; muniuit Deus Paradiſum contra homines, hoc eſt facultatem ac ſpem omnem ademit fœliciter ac perpetuo uiuendi & mortem euadendi in hoc ſæculo. Hinc fit quod & ſcriptura Noui Teſtamenti non aliûs uſquam, quam cœleſtis ac ultramundani Paradiſi mentionem faciat vt Lucæ 22. 2. Cor. 12. in quem locum Enoch & Helias ſi ſint rapti non refragatur Ambroſius; At in terreſtrem aliquem locum translatos, etiam Auguſtinus abnuit. Sunt certæ cauſæ unde colligamus terreſtres delitias, quæ innocentiæ paratæ erant, hoc eſt conſitum illum Paradiſum primorum parentum deſijſſe, etenim ſi illuuie tam uehementi tamq; immenſa terrarum facies occupata eſt, orbe (vt Gen: 7. refertur) in uniuerſum merſo, quis credat, hortum illum primis hominibus, ad colendum datum extitiſſe? Quod ſi propter uiolatam ab inobedientibus legem domini, ſplendor uetus terrarum interijt, primigena illa uenuſtate ablata, certo ueriſimile non uidetur, eum locum in quo patratum eſt crimen atque unde maledictio telluri irrogata e[ſt], præterea labes & interitus reliquæ hominum propagationi immenſus, ſuum deco[r]um retinuiſſe. Quin contra in ſcripturis uidemus, plæraq; loca flagitiorum parum honeſtis nominibus ceu inuſtis, notata eſſe, uidelicet ne memoria commiſſæ impietatis aut criminis intercideret, quanquam non loci ſed hominum culpa fuiſſet, vt locum illum ſolibus exuſtum aut deſertum factum eſſe ueriſimile uideatur. Demum ſub ipſum ſtatim creationis tempus, inſtituit Deus ciuilem adminiſtrationem, quando poteſtatem tradidit Adæ in ea omnia, quæ in terra & mari ſunt ut vteretur illis, & bonam ordinationem ſtatueret in illis omnibus,

PRIMI PARENTIS ELEcta ſtirps & Anni, uſq; ad diluuium Ex Moſe.



Creatio & lapſus primorũ parentũ.

Hebron prima piorum ciuitas.

Enoch artium propagator.

Enos prima impiorum ciuitas.

Cauſa lõgæuitatis.

Anñ ab hoie cõdito in centũ per totũ librũ D. geſti ordine iſto.

		Anni uitæ.		
1.	ADAM.	930.	130.	
2.	Seth.	912.	105.	235.
3.	Enos.	905.	90.	325.
4.	Cainan.	910.	70.	
5.	Malalehel.	895.	65.	460.
6.	Iared.	962.	162.	622.
7.	Enoch.	365.	65.	
8.	Mathuſalem.	969.	187.	874.
9.	Lamech.	777.	182.	1056.
10.	NOAH.	950.	600.	1656.

quæ ſunt externa. Hoc Dei mandatum prima origo eſt legum omnium & quicquid ciuilium ordinationum uſquam eſt, ex eo cœpit initium, quæ propter mandatum hoc quod datum eſt Adæ adprobantur Deo. Quin & Eccleſia hic ſuum habuit principium. Nam præceptum datum eſt in quo timorem & fidem ſuam coram Deo exercerent, ſed vbi peccare cœpiſſent, patefecit Deus iram ſuam & Satanæ malitiam, contra quam Euangelium de ſemine mulieris, hoc eſt de Chriſto reconciliatore promiſit, vt veniret Chriſtus & regnum Satanæ diſſiparet & nos de peccato & morte liberaret. Etiam poſt diluuium Gen: 9. Nouum præceptum tulit Deus de adminiſtratione externa & clarius præcepit homicidos uiciſſim occidendos eſſe per eos, quibus legitime hoc commiſſum ſit hoc eſt per magiſtratum, vbi nouus planè ſtatus de integro conſtitutus eſt, Et ſi in vitam ſceleratorum animaduertere licebit ſimiliter quocꝫ in ea quę minora ſunt nempe mores, conuerſationẽ, & opes inquirere meritãcꝫ vindictã irrogare & infligere licebit.

Cæterum Adam cum vxore Eua ex Paradiſo profligatus primũ Syriam colens, in ea delectæ ſtirpi ſuæ piorũ ciuitatem HEBRON ad montẽ Iuda condidit ubi pro gnatos ſuos, Dei conditoris ſui, cõditicꝫ mundi, ꝙ hæc omnia à Deo patre probe didicerat rationem docuit, præuaricationiscꝫ ſuæ cõmonuit, & eiuſdẽ ſerpentis per fœminæ ſemẽ occaſum, aliacꝫ futura ſæculorũ fata prædixit.

Quæ ne aquarum clade perirent Ab ENOCH ſacro vate, qui quum iam humanum genus in nequitiam degeneraret, in paradiſum raptus legitur, lateritijs æneiscꝫ inſculpta colũnis, emerſam poſt humũ reperta ſunt.

Sed ediuerſo CAIM agricola primogenitus Adami qui & idem fratricida, latrocinantium, Gygantumcꝫ pro pagator fuit impiorũ vrbẽ nomine filij ſui HENOCH, ad Lybanum montem fundauit, à quo deinde ſuccedentibus quibuſdam per Lamech digamum & homicidam orti ſunt, qui lucrinas voluptuarias atcꝫ caſtrenſes artes, Idolorũ quocꝫ fictionẽ & cultũ ad poſteros trãſmiſerint.

ADAM uero natus annos Centum & triginta loco ABEL filij iuſti, Deocꝫ grati paſtoris à fratre CAIM occiſi, SETH genuit: hic uero ENOS Deo ſupplicem, & ſic deinceps alij quemadmodum Gen: 5. liquet procreati, & ad aliquot ſecula ſuperſtites manſere, ideocꝫ numeroſos uixerunt annos quod uel creatoris ſui reuerentes, ab eo propitio cum cœlo fœliciore tum uictu ſalubriore fouerẽtur, uel maxime quod pro experientia rerũ innumerarũ neceſſaria uſucꝫ tũ intellectibiliũ tum agendorũ comparando tot ſæculis indigerẽt. Deo Opt: Max: Sapientiſſimo neceſſitatis omnis compenſatore, indigentiam, hominumcꝫ paucitatem longæ uitæ curſu & dono ſarciente, Cui gloria & laus in æternum Amen.

ADAM

ADAM PRIMVS HOMO, MORITVR

Annorum Nongenta & triginta Eo uidelicet Anno dum Lamech natus eſſet quinquaginta & ſex annos hinc conſtabit.

Seth	Vixiſſe cum Adamo Annis.	Octingentis
Enos		Sexingentis Nonaginta quinq;
Kainan		Sexingentis quinquaginta
Malalehel		Quingentis & quinq;
Iared		Quadringentis & Septuaginta
Enoch		Trecentis & octo
Mathuſalem		Ducentis quadraginta & tribus
Lamech		Quinquaginta & Sex.

Hi diligenter ſe & religioſe exercebant fidemq; firmabant ſuam, in promiſſione Seminis, Et Satanæ infenſiſſimi hoſtis inſidias, quo cauerentur, repetebant & commemorabant in quanta mala eius fallatijs incidiſſent, ad promiſſum itaq; ſemen quod ipſos eſſet liberaturum ſummis uotis aſpirabant, ſeq; in eo conſolabantur. At poſt Mortem Adæ primi parentis ſtatim ſequuta eſt, poſteritatis Cain inſolentia, qui religionem ſuam corruptam ęfferebant, piorum vero Patrum deprimere conabantur, ſuam uidelicet potiorem, & meliorem eſſe è ſucceſſu pręſentium & caducarum rerum metiebantur, quod pios uiderent, paupertate & alijs afflictionibus exerceri, ſe uero augeri & exaltari unde ſibi blandiebantur, ſeq; ob hoc iuſtiores cenſebant ſibiq; ipſis perſuadebant in hoc ſæculo duntaxat impios affligi, hos uero qui proſperitatibus fruerētur iuſtos eſſe & Deo gratos, ſi itaq; aliquem aduerſitatibus conflictari cernebant hunc mox impium eſſe iudicabant atq; licet nullum de eo flagitium percepiſſent tamen putabant illud hactenus occultatum, Deum uero merita ultione hoc ipſum proferre & punire: Et ſic myſterium Crucis ſanctæ ignorantes, Ad præſentis uitæ ſtudia & cultum ſe conuertebant Deoq; vero neglecto fictitios cultus exercebant, & ſucceſſum atq; affluentiam bonorum terreſtrium, mercedem ſuæ religionis aſtruebant, & in vniuerſum præſentibus dediti ad futura cœleſtia bona contemplanda excæcati fuerunt. Sed reuertamur ad Annorum ſupputationem atq; ſingulis recte æſtimatis inuenimus Adamum primum hominem centum viginti & ſex annis ante Noah generationem obijſſe mortem: Ante diluuium vero ſeptingentis viginti & ſex annis.

AETAS MVNDI II.

NOAH, NATIONVMQVE POST

aquas ſucceſſus, ex Moſe atq; Beroſo.

EX Adamo protoplaſto per Seth iuſtum prognati filij Dei, cœleſtiū, humanarumq; diſciplinarum ſtudio Deum, atq; omnium dominum, colentes, cum innoxiam, tum fœlicem tam diu ſeruauere cōuerſationem, donec ſenſim à paternis inſtitutis Gygantum cōſortio deprauati, ſcelerata uita, ultorem prouocarunt Deum. Is ergo, quod cuncta hominis cogitatio ad malum intenta eſſet omni tempore, facti hominis pœnitēs, dum, ſed in peccātes longanimis, indulto prius Centum & viginti annorum pœnitendi ſpatio, uniuerſum animantium genus undis abſorbere conſtituiſſet, ſolus omnium cum uxore, liberiſq; Noah conſolator, uir iuſtus, atq; pfectus corā eo gratiā inuenit, qua ſanctiſſimus ille & ſeniſſimus pater anno uitæ ſuæ quingenteſimo, Saturnis tribus genitis SEM, KAM, & IA-

phet,



Cathacliſmus. PHET, anno hinc centeſimo: ætatis ſuæ ſexingenteſimo: ab homine condito milleſimo quingenteſimo & quinquageſimo ſexto Ogygiam nouimeſtris inundationis cladem, à ſe Dei, ſyderumq; monitis, annos Centum præuiſam, in Ocylio Gordiei Armenici montis iugo, ubi locus extat Sale Noah, id eſt egreſſorum Noe, & campus Myri Adam, id eſt euiſceratorũ hominũ, ſuperauit archa, quam iuſſu Dei ex leuigatis tabulis triginta cubitorum altam, quinquaginta latam, & trecentorũ longam, intus, foriſq; bitumine inlitam, & in manſiones diuiſam, conſtruxerat. Hic cum ſeruatis liberis, & animantibus egreſſus, mox ſeruatori Deo gratias ſupplici ſacrificio peragens, auguſta cum benedictione, oraculum fœderali cœleſtis arcus ſigno teſtatum, accepit. Huma-
Noë dogma. num ſcilicet & reliquum uiuentium genus, aquarum clade, ultra non ſolum nunquã delendum, ſed & reſtituendum & multiplicandum, tum à ſanguine, qui non manet inultus, abſtinendum eſſe. Hoc diluuium temporibus Deucalionis de quo poëtæ fabulantur nõ fuit uniuerſale, nam Anno octingenteſimo decimo ante urbem conditã ut Oroſius refert Amphitrion Athenis tertius à Cecrope regnauit cuius temporibus aquarum illuuies maiorem partem populorum Theſſalis abſumpſit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnaſo, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur, qui tunc ad ſe ratibus confugientes ſuſceptos, per gemina Parnaſi iuga fouit aluitq;, à quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Aſtruunt etiam ſub Ogyge Thebanorum rege magnum fuiſſe diluuium condidit hic Thebas Bœotias circuitu mille & quingẽtos Annos ante urbem conditam. At hoc diluuium de quo Moſes loquitur & Gen: 7. legimus, uniuerſale fuit & durauit Anno uno & decem diebus.

Hinc Deo deuotus alter ille humani generis Pater, atq; Monarcha progeniem ſuã per centum annos magnum in numerum auctam, diuinarum, humanarumq; rerum
Orbis diuiſio. ſcientia, ſyderum, temporumq; reuolutione, præteritorum ſæculorum hiſtoria, iuſtitia præſertim, & religione doctam egreſſus Armeniam, tres habitabilis in orbis colonias diſtribuit, quas ipſe per reliquum uitæ ſuæ tempus perluſtratus, ubiq; gentium

æterna, tum pietatis, tum imperij ſui monumenta reliquit. Vnde ob uaria gentibus collata beneficia, uaria ab eiſdem beneficiorum ſortitus eſt cognomina, è quibus inſigniora celebrãtur. NOAH, Ogyges, Phænix, Vranos, Cœlus, Sol, Vulcanus, Protheus, Dyſir, Ianus, quod Aramæis ſonat uitifer & uinifer, Ianus bifrons, quadrifrons, Geminus, Pater, Iunonius, Conſiuius, Clauſius, Quirinus, Patultius, Bacchus, Enotrius, Vertumnus, Chaos, Ileton, Nonſemen, Semen mundi, Pater principum, atq; deorum. Porro teſte Beroſo, anno Beli quinquageſimo ſexto Ianus ex Arabia in Africã ad Tritonẽ uenit, eodemq; Chameſes in Italiam: Tum Nini Magni decimo ex Africa ad Hiſpalos, hoc eſt, Celtiberos Hiſpanos uenit: ubi filiarum ſuarum nomine Noelam, & Noeglam oppida condidit, ſiue duas colonias ſic dictas reliquit. Eiuſdem decimo nono Italiam profectus, quem triennio emendare nequiuit, Chameſem gentis corruptorem expulit, & corruptam ab eo gentem, tranſaniculum amnem, qui Tyberis, præfecta ei cum alba regina Crana Razenua filia ſua. Aboriginum nomine, à Comaris Ianigenis ſegregauit, nam Comari corrupti fuerant à Cameſenuo. Etiam anno Semiramis, primo. Sabatium Sagam filium ſuum Saturnum Scythicum à Nino Ioue in Italiam naue fugatum, benigne ſuſceptum, Coritum dedit & Aboriginibus præfecit eſt autem Coritus vox Hetruſca nomenq; dignitatis. Verum quidã Hetruſci haſta pro Corona quaſiq; ſceptro utebantur. Hinc reges apud Hetruſcos Coriti à Sabinis uero Curites atq; deinde à Romanis Quirites dicti ſunt hoc eſt haſtati ſiue Coronati. Ianigenis item, Ianiculo ad Vaticanum in Pontificiam conſecrato, Phyſicam, Aſtronomiam, Ritus docendo, literiſq; mandando tradidit. Tum apud hos anno Zameis octauo ſancte uita defunctus, Vertumni numine, templo ei dedicato, diuino cultu ueneratus eſt. Sed & eiuſdem uxor Tytea magnam ob prudentiam, atq; beneficentiam terræ numine conſecrata, Terræ. Opis. Aretiæ. Horchiæ, Veſtæ, Cybelis, Magnæ Deorũ matris adpellationes obtinuit, quæ anno Semiramis ſexto Razenuis Virginibus perpetuum, & celibatum, & ſacri ignis cultum mandauit. Poſt aquarum autem cladem tripartito in orbe celebriores ſunt gentes hijs Noaticis exortæ generationibus.

Noe cogñomina. *Noe peregrinatio.* *Aborigenes.* *Ianigenæ* *Cognomina Titeæ & opera*

Anno NOAH ſeptingenteſimo quinto, Mundi uero milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo primo, quo Phaleg filius Heber natus facta eſt terrarum orbis diuiſio inter filios & Nepotes NOAH IAPHET Europam & ſeptemtrionales Aſiæ partes, cum minore Aſia et mediterranei maris inſulis ſorte obtinuit. Aſiæ maioris reliquam partem, Sem. Africam uero Cham poſſidendam accepit, qui ſuo non contentus multas alias, fratrum ſuorum prouincias, partim ſua manu partim uero per nepotes ipſius, in ſuam poteſtatem redegit.

GENERATIONES NOAH EX MOSE, atque Beroſo.


GENERATIO SEM, EX MOSE, Bero. & Ioſepho.

Melchiſedech regnum. *Iheruſalẽ*

ASiæ princeps Samus, qui Melchiſedech rex iuſtus atq; Pacificus, & altiſſimi dei ſacerdos, cum Seth, ſuper omnem animã in origine Adam apud homines gloriam adeptus: Accepto uniuerſo Aſiæ à Tanai per Boſphorum, uſq; ad Nylum Aegypti littore, Pontificiam, regiamq; Tetrapolim Salem, Iebus, Syon, Moria condidit. Genuitq; principes inſigniores hos.




SEM.



Aſſurium Aegypti coloniarum, poſt Chameſem ducem Aſſur illic ſui nominis oppidi conſtructorem. Helameum Elamitarum, qui Perſæ, principem. Arameum à quo Aramei Syri, et Armenij Scythæ. Ex hoc nati ſunt, Getulus, Alanus, Auſon, Meſa, Vnde Getuli, Alani, Auſones, q Apuli (Is enim anno Aralij Decimo claſſe in Italiã uenit) et Auſitides Syriæ patria Iob. Meſij, Miſij, q Valachi. Ex Meſijs, et Getulis, Meſagethę. Ex hoc Dacus, Getus, Bannon, Thynus, et Brygus à quibus Daci, Getæ, Gothi, Pannones & Phryges. A Brygo item ex Hiſpania per Germaniam in Aſiam profecto, reſtant Brygum, Brygantum, & Bartobryga, quæ nunc Ratisbona dicitur.

Linguarum diuiſio



Arpaxeũ, q Arphaxat, à quo Arphaxatei, q Chaldei. Ex eo prodiere Sala, qui genuit Heber Hæbreorum & linguæ, & nominis authorẽ. Hic aũt, quo tempore diuiſus eſt orbis & linguę ſecundũ ſeptuaginta quatuor principes diſcretę ſunt, genuit Phalech & Iectan gemellos. Iectan, qui Iſter, à quo Iſtro fluuio nomẽ Idem Danubius gentilis abſonte noſter. Sale, à quo Salona, Iader, Dalmadan, Epyrus, Sarmates, Adulas. Vnde Iadera, Dalmatia, Epyrus, Sarmatia, & Adula mons à Conſtantienſi lacu in meſembriam ponticam tenſus.

Adula mons

GENVS ET PRINCIPES
CHAM Ex Moſe & Beroſo.

Aphricæ princeps Chameſes, adpellatus Innuus, Incubus, Syluanus, Pana, Aegyptiorum Saturnus, à patre Noah maledictus, Auarus, Magus, Gygantei, diluuioq; puniti criminis reſuſcitator, atq; diſſeminator. Omne littus Aphricæ uſq; in Oceani & Gadium anguſtias poſſedit, præcipue uero in Lybia, Sicilia & Italia regnauit. Is porro Aegyptijs, apud quos in Thebaida ſui nominis opidum Chemin, id eſt Panis urbs, atq; Thel-

atq; Thelchinibus, qui Rhodij, magia corruptis. Italos quoq; Ianigenas, ubi ſui nominis urbs Camerſa, deprauans,à Iano patre propulſus,& Rheę,quę Pandora, ſororis,atq; ſimul uxoris occaſione,Titanumq; fratrum auxilio,Lybiã,eiecto in Cretam Hammone,uẽdicauit. Equa anno Nini Magni quadrageſimo tertio à Dioniſio Hammonis filio, Nyſeis & Amazonib.duce Minerua iuuantib.tũ patre, Titanibus occiſis,reſtituto, reiectus, in Bactrios conceſſit. Vbi mũdi principia,Sydera,magiamq; profeſſus,Zoroaſtris adepto nomine,cum præſtigijs ſeſe regem effeciſſet à Nino iuniore,ultimo imperij ſui anno, ſubacta gente, truncatus, uitia,tyrannorum more, non prius quam uitam finiuit. Attamen,optimo Deo, Cœleſtes cœleſtibus,atq; terrenos terrenis plerũq; compenſante, factum eſt,ut is omnium maximam terreni principatus originem,& hos Duces,Regesq; propagarit.

CHAM.



Chami cognomina

Canam, idẽ quoq; dicit Phœnix,à quo terra Canaan, q̃ Iudæa, Phœnicis, Damaſci,& paleſtinæ principẽ, atq; Sichei,Sydonis,Archadij,Emathij, Synij, Samarij,Iebuſci,Ammorrhei,nec non & reliquorũ à Moſe numeratorũ Cananeorũ ducũ patrẽ. Vnde Sychei,qui Phœnices et Sychem ciuitas,quam Sydon,Sydonij,qui Poloni, Archades, Emathij,Syna mons, Iebuſei, aliéq; decem Cananeorum gentes nomina habent.

Chanaan.



Chus.



Canan eorum populi

Phaeton.



Phaethontem,qui Phut,ſeu Pheriton,à quo Phutei,qui Lybij,et Mauritaniæ flumen Phut, Lybiæ regem. Qui cum anno Aralij triceſimo nono è Lybia in Lyguriam profectus eſſet,conflagrationes exarſere, Vnde Phaetontei incendij fabula nata. Inde in Aegyptum reuerſus, reliquit hos duces Lygurem, Cidnum Eridanum, Ventum, Venetum, Tylam,a quibus Lygures, Veneti, & ab alijs fluminũ nomina ſuperſunt. Chus, ſeu Curem Aethiopum Saturnũ;unde Chuſei,qui Aethiopes,quorum Colonia ab Oſyride ducta, Aegyptus, quæ mare fuerat,et Curetes decem, ex Idæa geniti,qui multa humano uſui neceſſaria Cretam habitantes edidere, Oſyrimque nutriuere. Ab hijs Creta, Idæa, & Ida mons, Huic inter alios fuere filij, Nymroth uenator robuſtus, Babilonicæ Monarchię fundator,Sabatius,Saga, qui Piſtius,Fidius,Semipater, Semirex,ſapiens & iuſtus Pontifex & Saturnus Scythicus nuncupabatur. Ab eo Scythia Saga:Italiaq; Saturnia dicta eſt Saturniamq; in capitolino colle fundauit anno Semira. primo.

CHVS.



Sabatij cognomina

Saturnia Romæ cõdita

Sabatius.



Nymroth.



Tuſciæ populi nominatores

Vſus uini & muſicæ

Sabus à quo Sabei,Sabelli, qui Samnites, & Sabini, Huic ſucceſſere Curitus, Anitinus, Aruncius, Ferentius Tuſciæ populorum nominatores. Arabs ex Chus Arabię rex.Saba turifer fœlicis Arabiæ cũ Gogo filio Princeps, genuit Tritonem,primũ Lybiæ regem,à quo Tritonis lacus.Hic Hammonẽ,Cornigerũ,ab arietini capitis inſigni

dictum



Numidarum Rex

Indiæ nominator

Typhontis exitus

Iſidis nomina

Mezraim filij

dictũ,à Rhæa coniuge,Chameſis ſorore in Cretam pulſum,ubi accepta in uxorem Curetis regis filia Creta, regnũ & regni nomen obtinuit & Dionyſiũ ex Amalthea genuit,Nyſeorũ nominatorẽ,apud q̃s educatus ille,Vinearũ,uini,ceruiſieq; opus,& Muſicę certamina docuit.

Palladẽ ꝑpetua uirginitate, prudẽtia,& militari arte clarã,ad Tritonis lacũ,unde Tritonia dicta,repertã adoptauit. Quæ prima Lybicos pallatua inſtruxit.Patrẽ Lybiæ reſtituit. Oſyridẽ adoptatũ,ſub Olimpo præceptore Aegyptijs,atq; Sylenũ,Vnde Syleni gens,primũ Nyſeis reges dedit. Ex India reuerſus uictor,Tytanes extinxit.

Triton præterea genuit Iarbam Numidarũ regem, à Myrina Pallade Amazonum regina regno ſpoliatum & hic Geradeabum Hyſpanię Tyrannum,ab aurifodinis à ſe repertis ditiſſimum,& ob hoc à Græcis Chryſeũ & à Latinis aureum adpellatum. Ex eo prodiere Tergemini Lonnimi, id eſt principes,Geriones Hyſpanię gygantes,à Lybio Hercule perempti. Ex Gogo item Sabæ filio nati ſunt Indus,Indiæ nominator, &Orientalis Aſię rex Ganges à quo fluuio nomen.

Mezraim ex Rhæa, quæ Pandora, Aegypti Regẽ. Vnde Aegyptij Mezrei,Idẽ Oſyris,Sol,Apis,Serapis,Hãmonius,Dionyſius,Olympius,Iuppiter iuſtus adpellatus, diuerſa totus à patre natura, in omnes optimus, ideoq; cõmuni omniũ fauore pius pater acclamatus. Qui regno pacato, uniuerſum orbem, Hercule Lybio duce, Iſideq; ſorore ſimul & uxore comite, peragrauit,egreſſus anno Zameis primo,à ſe inuenta,docens iuſtitiam,omnibus imperans, omne ſtudium in puniendis malis,atq; plus in honorandis bonis impẽdit, aliquot gentibus expulſis tyrannis,filios ſuos reges dedit, Vti Maronem uinearum & agrorum cultorem Thracibus, ubi Maronea ciuitas.

Triptolemum tritici ſatorem Atticis. Orum diuinatorem, & medicum Aegyptijs, à Tiphonte interfectum,ſed à matre Iſide tum uitæ,tum immortalitati reſtitutũ Aethiopes agros colere,ac tributa pẽdere docuit. Maxime uero omnium nõ bellis,atq; periculis, ſed otio, hominũq; ſaluti deditus,apud omnes gentes pro Deo habitus eſt. Tũ anno Balei ij. quadrageſimo tertio in Aegyptũ multis donatus, & receptus honoribus, regreſſus à Typhonte fratre Gygãte Aegypti,Tyranno, totius orbis gygantibus cõſcijs,pro conſpiratorũ numero in viginti ſex partes eſt impie diſcerptus:Eius tũ ulta mortẽ, uxor Iſis,cęra corpus fictum,ignotę cõmiſit ſepulturæ, tertia agrorum parte ad eius cultum ſacerdotibus donata, q̃ illi Apim,& Mẽphim boues, Aegyptijs ſacros,ſacrificãt.Genitalia quoq; Priapi hortorũ, uinearũq; cuſtodis, numine coli mãdauit. Hinc illa,Io,Iuno, Ceres, Teſmophora,Luna cornuta,ꝑpter recentis lunæ ſpeciẽ, bouiſq;

ſacraficium

ſacrificium,uocata. Et frugifera,quod hominum cædes,ablata per traditum uictus uſum,ſæuitiæ cauſa ſedauit. Et legifera,quoniam iuſtitiæ cultu,uim,iniuriam timore impoſitæ per inſolubiles leges pœnæ,abſtulit. Medicinæ quoque ſtudioſa,tum uiua tum mortua ægris opem tulit. Ex Italia in Aegyptum reuerſa,anno uitæ ſuæ Sexingenteſimo ibi defuncta, apud Memphim in Vulcani loco diuinis cum honoribus condita eſt Fuere autem Mezraim filij præcipui,Lybius,Lydus,Meon,Macedo.à quibus Lybia,Lydia,Meonia,Macedonia. Casleus,& Petreus,Philiſtinorum & Cappadocum principes. Orus,qui Pluto, tenebroſarum, Orcadum inſularum rex. Qui, quòd cultum uitæ,pecuniarumq; in uſum docuit coaceruationem,Dis eſt appellatus. Quod uero ſepulchrorum,funerumq;, pompas induxit,uita functis,apud inferos dominari creditur.

NEPTVNVS.



Neptunus nauigandi arte claſſem inſtruxit, à patre mari præfectus, maris & Deus & Imperator eſt habitus. Item & ab equitandi arte tradita Hippius eſt adpellatus. Genuit is Leſtrigonem præfectum Italiæ ab auo Oſiride. Item & Phorcum Corſicæ Sardiniæq; Reges, patrẽ hunc Italicarum Gorgonum formoſiſſimarum Euriales ſcilicet Stemnonis Scyllæ, atq; Meduſæ. Rhodum ex Telchinium ſorore filiam, à qua Rhodo inſulæ nomen. Huius amore captus Sol, inſulam aqua ſuffuſam, reparauit. Ex eaque genuit Helyades .vij. aſtrorũ peritiſſimas. Ex Græcorum prodidit fabulis Diodorus. Ex Ioue & Iunone deas, deosq; natos eſſe,quibus ad perpetuum cultum,memoriamq; omnium ab ſe geſtorum, & inuentorum laudem attribuit. Sicuti Vulcano,ea,quæ ignis opera fiunt,& metallorum uſum. Marti,armorum inuentionem,bellandique artem, contra Deorum aduerſarios exercendam, Apollini diuinationem,medicinam,muſicam,Citharam,& Sagittariam. Huius ex Ariadne filius Aeſculapius Chirurgiam, radicum uires,& medicamentorum compoſitiones tradidit. Mercurio præconia, bellorum fœdera, diſſidiaq;,menſuras,pondera,numeros,concentum,lyram,paleſtram,ſacrorum ritus,aſtrorum motus,uerborum ordinem,& interpretationẽ, unde dictus eſt Hermes. Dionyſio uitis,uiniq; uſum. Veneri maturæ uirginum ætatis curam. Lucinæ parientium. Dianæ infantium cuſtodiam. Gratijs corporis decorem, formamq; concernentia,& gratiarum retributionem. Hijs uero, quas Oras uocant,ac ſuum cuiuſq; indicat,ad communem utilitatem munus Eunomia,id eſt lege,Iuſtitia,& pace. Muſis nouem filiabus literarum, & carminum inuentionem. Palladi Olei plantationem ueſtium adparatum,ædificandi artem, operaria inſtrumenta,& tibias.

Rhodus Phorcus Leſtrygõ



Artium & operũ inuentores.

Heliad 7.

Gorgo.4.

LYBII HERCVLIS GENVS EX Moſe Beroſo & Annio.

LYbius à quo Lybia,idem Hercules Oſyridis incerta matre filius, ſueq; peregrinationis dux fortiſſimus. Is ad uindicãdam patris necem,ſub Balei ſecundi & Altadis Imperio ſumptis armis, Gygantes, Typhontem uidelicet unũ in Phrygia,& alterũ in Aegypto, Buſyridem in Phœnitia,

Antheum

LYBIVS HERCVLES.



Antheum in Lybia, Milinum in Creta, Leſtrigones in Italia, Lonimos Geriones in Hiſpania poſtquam extinxit. Tuſcum, à quo Tuſci, ſibi ſuffecit Italis, Galathem Celtis, ubi Alexiam condidit, & Hiſpalum Celtiberis præfecit. Ipſe tum poſt multa, præclaraq; geſta grandeuus, apud Celtiberos uita defunctus, iuxta Gades ſuas in inſigni ei conſecrato templo diuorum honore conditus eſt. Ex eo ſunt orti duces. Toſpiades quinquaginta ex quorum uno Sardus à quo Sardinia, Galathes ex Galathæa Celte regis filia, Vnde Galathæ, Gallatij, Galli, ex hijs & Græcis Gallogræci. Hiſpalus à quo Hiſpalis ciuitas. Agathyrſus, Gython, idem Gelon, Agathyrſorum, Gelonumq; principes. Athus Meoniæ Rex, ex Omphale iunioris Athi abauus, qui Dardanum ex Italia ob fratricidium profugum, Meonici agri parte, à Brygis Hyſpanis Phrygia nominatæ, donauit. In qua is Dardaniam condidit. Pro ea uero Thurreno, qui Thorebus, Vnde Thurreni, Athi filio relictam Italiæ portionem tradidit.

Gades Herculis.



Ex THVSCO Thuſcorum rege natus eſt Alceus, ex hoc Blaſcon, unde Blaſcon uitifero monti nomen, pater Camboblaſconis, qui Ianus iunior, Coritus, id eſt Iupiter, Itali ab Electra uxore gener. Armonia ueſtalis uirgo. Curis Sypi Veiuzi Regis pater, à quo Sypontum, & Sypalis fons, Huius filia Tyle, quæ Cibeles uxor Iaſij, Phrygum ſacerdos maxima, cuius Sacerdotes Galli. Ex hijs Coriban, à quo Coribantes ſacrificuli, hic ſub Amintis initium, Thurreno in regnum ſuffecto, ad Dardanum patruum in Phrygiam cum matre, latis ſecum Magnæ deorum matris ſacris, perrexit. Ex Camboblaſcone Ioue, regeq; anno Mameli decimo Coritus Iaſius, & Dardanus. Hic anno Aſcatidis decimotertio, Iaſio fratre necato, Dardaniam fundauit, anno Aſcatidis ultimo. E quo ſucceſſere reges Erictonius, Tros, Ilus, Laomedon, Priamus, Hector, Francus ab hoc Franci, Celtarum rex factus anno Tentei primo.

Blaſcon mons.

Italiæ reges.

Dardania fundata.

Troiæ reges.

GENVS ET PRINCIPES

Iaphet, ex Moſe Beroſo atq; Annio.

IAPHET.



EVropæ princeps Iapetus Priſcus, qui Dyris, Maurus, Atalaus, Athlas ſenior, Aſtrorum doctor, Genti, monti, Athlanticæq; fabulæ nomen peperit, à patre Noah omne littus Europæ à Gadibus ad Tanaim accepit. Ex eo præcipui ſunt hi nati reges atq; principes.

Iapeti nomina & regnum.

Comerus Gallus anno ab aquis centeſimo quadrageſimo primo Italicæ ſolitudinis centeſimo octauo Ianiq; primum in eam aduentum triceſimo tertio primus Italiæ rex factus, Genti à ſe nominatæ literas, & leges dedit. Genuitq;

Genuitq; Aſcanum, à quo Aſcani, qui Rhegini, Poloni Riphcum, à quo montes, & Gens, quæ Paphlagones. Tagumorma Celtiberorum regem, Tagi fluminis nominatorem. Ochum Veium Italiæ poſt quinquageſimum & octauum regni ſui annum regem, à quo Veiochus mons. Huic exactis quinquaginta regni ſui annis, uſq; ad Italum, & Romam per annos quadringentos & triginta ſucceſſere reges hij Chameſes, Ianus ſecundus, Cranus, Razenius, Aruns, Tages, Sycanus, Enakij, Lukij, Apis, Leſtrigon, Hercules, Tuſſus, Alteus, Heſperus, Italus, cum eo Aborigenes rexit Romanæ urbis conditrix Roma, cui uſq; ad Aeneam per annos quadringentos & quadraginta quinq; ſucceſſere reges hi Romaneſſus, Picus priſcus, Faunus priſcus, Annus Faunigena, Vulcanus, Mars, Ianus, Ceculus Saturnus, Picus iunior, Faunus iunior, Latinus Aeneæ ſocer, huic ad Romulum per annos quadringentos uiginti & octo quindecim Syluiorum reges ſucceſſerunt.

Primum Italiæ regnum & reges.



Samothes Dijs ſapientiſſimus primus Gallorum rex anno ab aquis Centeſimo quadrageſimo tertio creatus, Gallis Samotheis uſq; ad Troiæ excidium per annos Noningentos octuaginta duos à ſtirpe reliquit hos reges, Magum tectorum inuentorem, à quo Magum, & Nouiomagum oppida. Sarronem qui anno Zameis octauo publica literarum gymnaſia inſtituit, Dryum, Druydum ſapientum, & auguriorum doctorem. Bardum muſicæ, & carminum authorem, Longhum, Bardum iuniorem, Lucum, Celtam, Galathem, Lugdum, Belgium, Allobrogem, Rhomum, Paridem, Lemannum, Galathem iuniorem, Namnem, Rhemum, poſt Troiam euerſam anno ſexto receptus eſt à Celtis Francus Hectoris filius. Hinc uſq; ad C. Cæſaris dictaturam, qua tota Gallia uicta, Romanis quingentos circiter paruit annos. Singulis eius gentis populis ſinguli præfuere principes. Memorantur interim Ambigati Celtarum regis ſobrinus Belloueſus Ciſalpinorum Gallorum regni fundator. Brenni duo, quorum primus Romam, alter Delphos templum incendit. Congolitanus, & Acreſtes ab Atilio, Virtuitus à Fabio uicti Auernorum reges, poſtremi uero à Cæſare domiti Vercingentorix, & Comius. Tum exacto per Gothos Romanorum dominatu, alterum Francogallorum ſcilicet regnum cęptum eſt.

Primum Gallorū regnum & reges


Tubal anno ab aquis Centeſimo quadrageſimo tertio in Hiſpania capto regno, Tubal ſui nominis urbem in Bethica condidit. Cui à ſtirpe annis Noningentis octuaginta duobus ad Troiæ euerſionem ſucceſſere reges, à quibus locis, populiſq; nomina ſuperſunt, hij, Hyberus, Iubalda, Brygus Tagus, Betus, Gerion, Hyſpalus, Hyſpanus, Hercules, Heſperus, Athlas, Italus, Sycorus, Sycanus, Syceleus, Luſus, Syculus, Rhomus, Pallatuus, Ca-

Primum Hiſpaniæ regnum & reges

Ionum Athenienſium regnum Cyprus.

Italia.

PLEIADES



cusErythreus, Gargoris,qui Amellis colligendi arte Mellicola dictus,primo excíſam poſt Troiam anno regnare cepit.Manſit tum Hyſpania ſub partitis principibus per annos mille ſeptuaginta unum uſq; ad Carthaginenſium imperiũ, cui exactis triginta quinq; annis, uſq; ad alterum Gothorum regnũ imperauere Romani.

Roma

Ion primus Ionum Græcorum rex, à quo genti, mariq; nomen. Ex eo ſunt orti. Heliſa unde Eolij, Helyſij,Heliſeus campus in Betica. Tarſus, Tarſi, Cyliciæq; dominus. Cethim à quo Cyprus Cethim.Dodoneus, Dedanorum Sarmatharum author, quingentos annos in Illyrico uixit. Heſperus à quo utraq; Heſperia.Ithalus,idem Athlas iunior, & Kytis appellata. Genuit hic Syculum,Syciliæ nominatorem,& regem Sycorum,qui expulſo patruo in Celtiberis genti, fluuioq; nomen dedit.Romam filiam Aboriginum Regulam,à qua Roma condita eſt,& adpellata.Pleyades vij. Italicas à Pleyone matre,à patre Athlantides,& à materno auo Heſperides adpellatas, & Principibus, & Dijs amatas Nymphas.

Thratia.



Gorgones.

Amazones

Tyram Tyri,Thraciæq; Princeps.Moſcus Moſconum Aſiæ, & Europæ Dux.Medus medorum rex. Magogus Celeſyriæ Dominus.

Myrina filia, Gorgonũ in Africo Oceano poſitarum regina, inſtructis Amazonibus pallatuis, ſub Aralio; Hyarba rege deuicto,tum Lybia, Numidiaq; ſubactis, perpetua uirginitate,& armis clara, Tritonides Lybica Minerua, & Pallas eſt adpellata. Sed & aliæ de Scythis Amazones prodiere,imperio clariſſimæ.

Tuiſconũ regnum et genus

GENVS LIBERORVM NOAH
post aquas Natorum.Ex Bero:Diodo.& Annio.

GEniti ſunt Noa poſt aquarum cladem Beroſo teſte,liberi. Tuyſchon Gygas,qui cum Iſtri, Meſæq; filijs, & fratribus ab Adula monte in Meſembriam ponticam, & à Tanai ad Rhenum anno ab Aquis Centeſimo quinquageſimo ſexto regno capto,anno Nini 4 Sarmatis,atq; Germanis,& leges, & literas tradidit,ab eiſdem poſt Centeſimũ & quinquageſimum regni ſui annum in Deos relatus.Cui à ſtirpe ſucceſſere apud Germanos reges, ab auo Noach in filios adoptati,uiri feroces omnes,qui ad Sphæri imperium regnantes, ſui nominis loca,populoſq; reliquere. Mannus,Ingheuon, Iſtheuon,Hermion, Marſus Gampriuius, Sueuus, Vandalus, Teutantes, idem Mercurius, Alemannus idem Hercules,& Hunnus. Athuiſchone Thuyſcum,& Thuiſchburgum opida Reni.

Prometheus priſcus, qui Aegyptijs ignis uſum prodidit. Tytanes Septemdecim, à quibus Tytanim Aegypti oppidũ. Regina, quę, ut Diodorus ſcribit, uni Tytanum, Ipeorioni fratri, cœleſtium motuum, temporumq; doctori, nupta, duos edidit liberos, quorum unus Mas Solis, qui ſacer ignis ante, & altera fœmina Lunæ, quæ Menæ prius uocabatur, ſed & mater ipſa Cybelis adpellationibus diuis ſunt adnumerati. Ex Tytanibus item fuiſſe Memoriam, & Themidem filias, quarum altera Rhetoribus ſacra, memorandi, loquendiq; rationem, & nomina rebus dedit. Altera uero legum latoribus celebris, diuinandi artem, ſacra, cultumq; Deorum, bene uiuendi, paciſq; leges docuit. Pandora iunior, eadem Rhæa Oſyridis mater, Oceanus rex, à quo Mari, & Nilo flumini nomen, huius ſoror, & matris numen Thetis, horum filia tertiæ terræ portionis nomine Europa. Typheus gygas Aegypti Tyrannus, hij præter Tuiſchonem Aegyptum coluerũt. Iapetus iunior, Grana filia, Granus, Granaus Italiã cum Comero habitarunt. Araxa priſca, à qua Scythico flumini nomen Araxi, huius filius Scitha priſcus primus cum mare, Sabatioq; pontifice, Scythiæ ab ſe nominatæ Rex, Genuit is Prutum, à quo Prutij, Pruteni, Pruſſij, & Napum Napeorum ducem.

Prometheus Priſcus.



Pandora

Oceanus Rex.

Typheus

Europa

Araxa.

Scythæ igitur gens, origine imperioq; non minus fœminis quam uiris illuſtris, imperium Aſiæ ter quæſitum, tributarium ſibi per mille quingentos annos uſq; ad Ninum tenuit inuicta. Bactrianum mille urbium regnum, item & Parthicũ condidit. Parthi namq; Scytharum exules hinc uero domini, quorum fuerãt ſerui. Darium ingenti ſtrage fugauit, ingentiore Cyrum, & Zopirionem, Alex. M Ducem proſtrauit. Romana magis audiuit, preſſitq;, captis aquilis, quam ſenſerit arma, Vide Iuſtinum libro 2. Emiſit hæc deniq; populos uniuerſo penè terrarum orbi formidatos, & exitioſos. Alanos, Hunnos, Gothos, Bulgaros, Sclauos, Turcas, & Tartaros. Eiuſce præterea gentis fœminæ apud Thermodoonta flumẽ exules, in amiſſorum cæde maritorum ultionem, contemptu dein uirorum, matrimonium ſeruitutem adpellantes, Amazonum nomine regno capto, non modicam Europæ, Aſiæq; partem armis obtinuere, ciuitates alias condidere, Themiſcyrã cõditricis reginæ nomine, regni caput. Epheſum, & Smyrnã, & alias euertere, tãti animi factæ, ut cũ ſummis Principibus Hercule, Achille, Alex. M. atq; Pompeio M. manus conſerere non detrectarint. Vna item earum regina Minothęa cum Triginta millibus fœminis, Viginti quinq; dierum itinere, prolis concipiendæ adfectu Alexandro M. congreſſa, poſt dies triginta grauida receſſit.

Scytha priſcus.



Ex Iuſtino Scytharum laus;

Parthi.

A Scythis orti populi.

Amazones;



Amazonum ortus atq; patria

Minothea

Poſt aquarum itaq; cladem tripartito in orbe cælebriora regna ſunt habita, in Aſia quidẽ, celſiſſimũ, omnium

Principalia orbis regna

Babilonicum:In Aphrica Aegyptium,& Lybicum:In Europa uero quatuor, Itali-
cum,Celtiberium,Celtarum,& Tuiſchonum,hijs Ionicum nonnulli addunt, Ex hijs
Germniæ laus Europæ regnis,Tuiſchonum omne in Germaniæ adpellationē collatum,imperij diu-
turnitate,geſtarumq; rerum gloria cæteris facile præſtat. Id ante Romani imperij de-
clinationem teſtantur in Aſia Cimerij. In Europa occupatæ Italiæ partes, incenſa Ro
ma,uaſtata Hyſpania, & Gallia in Germaniam tractæ Belgo. Quingentorū annorum
cum Romanis cruentiſſima utrinq; certamina.Poſt Romani uero imperij declinatio-
nē feroces adhuc Germani priſtina libertate uindicata, Burgundiones, & Franci to-
tam Galliam. Sueui Luſitaniam. Vandali Lybiam.Saxones Britaniam.& Longobar-
di Ciſalpinam Galliam mauortibus armis poſſederunt. Atq; poſtremum Ro.imperij
maieſtate,animi,uiriumq; potentia,ſui iuris effecta,ſeruata fide,magnanimitateq;,ru-
ditatem, ferociamq; exuerunt adeo,ut eis in orbe nunc uſquam haud facile homines,
uel quouis in genere ſtudiorum, artiumq; tum domi, paceq;,tum foris, belloq; pol-
lentiores, hoſpitaliores, item generoſiores, ac ſimul corporum forma, roboreq; præ-
ſtantiores reperiantur.

HEBREORVM PATRVM SVCCES-ſus ex Moſe.



Sed reuertamur ad pio-
rum ſucceſſionē natus eſt
SEM Anno mundi Mil-
leſimo quingenteſimo
quinquageſimo octauo,
nempe nonagintaocto an
nos ante diluuiū:Et mor-
tuus eſt LAMECH pa-
ter NOE quinquennio
ante diluuium ,Mathuſa-
lem uero obijt in ipſo dilu
uij anno poſt cuius mor-
tem NOACH in Arcā à
Deo Vocatus eſt Hinc ue
rò Anno Nini Magni qua
drageſimo tertio ab aquis,
ducenteſimo nonageſimo ſecundo ab Adam,milleſimo Noningenteſimo quadrageſi
mo octauo in Vr oppido Caldeorū natus ABRAHAM,Magnus atq; glorioſus elec
tę ſtirpis pater,et dux, anno uitæ ſuæ,ſeptuageſimo quinto iubente Deo, ex Arā,ubi
patrem ſepelierat defunctum- in Cananeorum terram profectus, hinc,urgente fame,
in Aegyptum,inibi,ut ſcribit Ioſeph. Sacra,Deum unicum omnium creatorem,Cœ-
lum uniuerſamq; naturam docendo, locupletatus, reuerſus, Hebron auitū oppidum
eligens LOTH,ex fratre nepoti Sodomam habitandam conceſſit,quo paulo poſt ab
ſe deuictorum à regum ſpolijs erepto,à Salemi rege, atq; pontifice Melchiſedech pa-
nem,& uinum cum benedictione, relatis in gratiam exuuiarum decimis accepit.
Si annos ſupputabis per ſingulas ętates,inuenies ab ortu SEM Vſq; ad generationē
Abraham Trecentos et nonaginta annos.Et cum Abraham mortuus ſit Centeſimo
et ſeptuageſimo quinto anno, Ratione deducta inuenitur Sem, abnepotem ſuum
Abrahamum ſuperuixiſſe triginta et quinq; annos. Et ab hoc SEM conſeruabatur
à patriarchis ut omnes primogeniti fuerint Sacerdotes deoq; Victimas immolarunt
quæ uidelicet Primogenita et quam dignitatem ESAV frater ſuo Iacob uendiderat

Anno

HEBREORVM PATRES, *& anni ab aquis ad Moſen.*



		Anni uitæ.	Anni gñatõis.	Anni ab hoie cõdito.
1.	SEM.	600.	2.	
2.	Arphaxat.	338.	35.	
3.	Sale.	433.	30.	1723.
4.	Heber.	464.	34.	
5.	Phalech.	239.	30.	
6.	Reu.	302.	32.	1819.
7.	Saruch.	230.	30.	
8.	Nachor.	148.	29.	
9.	Thare.	205.	70.	1948.

Anno deinde ætatis ABRAHÆ nonageſimo nono à Deo ter benedictus,& nomine auctus, teſtamenti ſempiterni promiſſionem carnis circumciſione ſigillatam, mox ut eſt iuxta diuinum mandatum proſecutus, anno ſequente Iſaac ingenuũ filium, à Deo promiſſum ſimul & à ſe benedictum,ex uetula, ſteriliq; Sara coniuge no-



bili genuit. Quo tempore paulo ſuperiore,unico duabus cum filijs, uxore, ob reſpectum, in ſalis ſtatuam uerſa, LOTH ſaluo,quinq; Sodomorum urbes igni punitore Deo ſunt extinctæ. Cauſam horribilis interitus Sodomorum & quibus peccatis dominum Deum ad tantam indignationem prouocarint cõplectitur Ezechiel Cap: decimo ſexto, quo exemplo Deus nobis declaratum uoluit quæ ſors ſit peccatorum futura qui ad Dei monita contumaces ſunt Deumq; non requirunt & ipſum humana negligere neq; curare ſentiunt, cum tamen omniũ uias,ſtudia,& exercitia,cogitationes etiam ſecretiſſimas & penetralia cordis intueatur,audiatq; omnium afflictorum clamores,digne cuiq; in ſuo iuditio pro meritis repenſurus ut obſtinati, conſcelerati aliud non expectare debeant quam ſortem Sodomorum Pſal:11. Porro in confinio Arabiæ & Paleſtinæ qua montes utrinq; dimiſſi, ſubiectis campis excipiuntur,quinq; ciuitates fuiſſe referuntur Sodoma, Gomorra, Adama,Seboim & Segor. Quæ habeant fœcundiſſimam terram & ex Iordane fluuio immenſam fertilitatem & commoditatem. Vt & rerum ubertate & abundantia incraſſatæ ſibi ipſis interitum acquiſierint quod ex affluentia contemptus Dei faſtus & luxuria adoleſcant,quæ mala domini indignationem accerſunt, iratus itaq; Deus regionem Arabiæ confinem,tunc Pentapolim appellatam, Ante annos urbis conditæ undecies centenos & ſexaginta igne cœleſti perdidit ut ſuorum peccatorum noxa hæc regio arſerit & conflagrarit in Exemplum quo nos ad Dominum à peccatis pœnitendo conuertamur eiusq; bonitati nos committamus, ſi horribile exitium & æternam perditionem euadere & effugere uelimus. Facta eſt autem hæc ex-

uſtio hominum, ciuitatum Anno mundi Bis milleſimo quadrageſimo ſeptimo. Agebat tum ABRAHAM Annum Nonageſimum nonum dum ob deteſtanda flagitia & inceſtas nefandasq́ libidines hæ urbes deletæ ſunt & locus ubi fuerunt ingens lacus factus eſt, cuius longitudo & latitudo per aliquot milliaria protenditur, hodie etiamnum pice plenus perpetuis uaporibus exæſtuat in teſtimonium diuinæ indignationis & uindictæ, quemadmodum enim Deus in ENOCH nobis uoluit eſſe exemplum æternæ uitæ beatæ qui & in alijs multis operibus immenſam ſuam bonitatem nobis declarauit & teſtatus eſt quo eam nobis commendatiorem redderet, ſic ediuerſo horribiles edidit ultiones & uindictas, quibus traderet nobis quanta ſeueritate puniturus eſſet ſcelera ſi in his contumaciter & laxis habenis pergeremus, quo Dei ingenium exploratum haberemus nemoq́, niſi abunde prius admonitus, ſua culpa perderetur, nam ſicut Deus Benignus eſt pœnitẽtibus & ad ſolius eius bonitatem & miſericordiam confugientibus, ſic etiam iuſtus eſt ad eos meritis ſupplicijs puniendos qui contempta eius maieſtate ſceleribus adobruuntur. Contigerunt hæc poſt diluuium Anno CCCXCI. Poſt mortem uero NOE vno & quadraginta annis. Hoc modo teſtatus eſt Deus ſubinde ſe peccatores ulturum & iudicaturum. Tum

ABRAHAE SVCCESSIO.

Genus Loth.



1. ABRAHAM.

Anni. uitæ.	Añi gñatõis.	Anni ab hoīe cõdito.
175.	100.	2048.

2. Iſaac.

180.	60.	2108.

3. Iacob.

147.	90.

4. Ioſeph.

100.	2308.

HEBREORVM AEGYPTIÆ *tiæ ſeruitutis anni.*

145. 2453.

Iacob peregrinatio.

Hij anni poſſunt ſuppleri per Amram 65. Et Moſen 80.

LOTH ex filiarum inceſtu nati ſunt Amon & Moab filij Amonitarum, Moabitarumq́ reges. Anno autem ante mortem ABRAHÆ decimoquinto Sexagenarius ISAAC, ſterili Rebeccæ Deo partum fauente, gemellos edidit fratres, priorem ESAV Idumeorum principem, & IACOB poſteriorem licet, à patre tamen, Deo diſponente, primogenitorum iure donatum, atq́ ſimul à Deo benedictum, XII. Patriarcharum patrem. Iacobo



ex Rachel natus eſt Ioſeph cum eſſet annorum Nonaginta unius. Nam IOSEPH erat triginta annorum cum ſtaret coram Pharaone liberatus ex carcere Gen: 44. His accedunt ſeptem anni fertilitatis deinde duo famis, Dicit enim Ioſeph ad fratres ſuos, Adhuc quinque anni reſidui ſunt famis & c. Gene: 45. fuit ergo Ioſeph in deſcenſu Iſraëli in Aegyptum annorum triginta nouem, Et cum IACOB ad Pharaonem dixerat ſe centum & triginta natum annos his ſi ademeris triginta nouem ætatis IOSEPH, remanent Nonaginta unus annus quot IACOB habuit. Qui ſacra poſt uota, grauesq́ poſt labores, Iſraelis nomen adeptus, annos natus centum & triginta

triginta cum ſeptuaginta animabus ad Ioſephum filium, Hyſmahelitis anno ætatis ſuæ decimo ſeptimo à fratribus uenditum, ſeu diuina gratia, diuinoq; ſuo ſpiritu, à Pharaone Mundi ſaluatorem appellatum, regnoq; præfectum, à filijs ductus, Heliopolim dono regis annos deinde quibus uixit ſeptemdecim habitauit, à Ioſepho, atq; moriens præceperat, in auitum ſepulchrum repoſitus eſt. Hæbreorum itaq; gens, in Aegyptum colonia poſita, deinceps mirum in modum & uiris, & opibus aucta, ſuperſtite Ioſepho duce, fœliciter ibidem uixit. Quo defuncto, à ſeruitute, in quam inde ſubacta fuit grauiſſimam, Aegyptijs decem plagis atrociſſimis afflictis, Deo ſuos probante, tum atq; miſerente, nec deſerente, per Moſem ducem eſt ope diuina liberata, inque pomiſſam patriam reducta.


Ioſeph mundi ſaluator.



IOB GENVS.

Sunt qui ſcribant, Ex Nachor Abrahami fratre IOB Auſitidis in finibus Idumeæ et Arabię Regulum ſingulare patientiæ ſpectaculum progenitum eſſe. Item & Iacobi ex Dina generum fuiſſe. Certe conſtat Aarabiſſam habuiſſe uxorem. In præfatione libri IOB in Biblijs commemoratur filius Zaræ filius inquam de ESAV filijs de matre uero Boſra, ita ut ſit quintus ab ABRAHAM, ſunt autem hi reges qui regnauerunt in Edom, in qua et ipſe regnauit primus Balach filius Beor. poſthunc, Iunior Balach, Poſt eum Iob Cui Succeſſit Huſam, qui erat dux ex Themanorum regione, poſt illum regnauit Adad filius Beach, qui occidit Madian in campo Moab.

MONARCHIAE I. BABYLOnicæ, Regnorumq; ſucceſſus, ex Beroſo.



NYMBROTH, ſeu NYMBROTVS, Babylonicus Saturnus, filius CHVS, filij CHAMESIS deorum iunioris, filij NONSEMEN: Robuſtus coram Domino uenator, accepta cum octo filijs, ut ait IOSES,

 à Gaza

Nymbrot regnum. ANNI AB AQVIS. 131. *Anni ab homine condito.* 1787.

BABYLONIAE IMPE*ratores, & anni.*

Aureum ſeculum.



Primorũ regũ mos

Nyna. 1. Nymbrotus. 56. 1843.

2. Belus. 62. 1905.

Generis annorũq; deſcriptio.





Idololatriæ initia. 3. Ninus. 52.

4. Semiramis. 42.

Semiramis opera. 5. Zameis Ninus. 38. 2037.

à Gaza ad Aegyptũ terra, in Meſopotamiæ campo Sennar anno ab aquis Centeſimo triceſimo primo Regiam Tetrapolim Arat, quæ Edeſſa, Alcath, quæ Nyſibis, Calannæ, quæ Seleutia, ſeu Ctheſiphon, & Babel, turri, propter inflictam à Deo linguarum, à qua & nomen habet, confuſionem, incompleta fundauit. Quam ſuus deinde ex Belo filio nepos Aſſyrius idem Hercules. Ninus Iupiter, in Aſianæ Monarchiæ caput euexit tũ, cũ primus omnium ipſe, aureum ducentorum quadraginta annorũ Saturni ſæculum in ferreum mutauit, uiolato gentium iure, quo intra ſuam cuiq; patriam regna finita, per Reges, quorum arbitrium pro legibus erat, non ambitione, ſed uirtute delectos, ſua tueri magis, quam proferre ſolebant. Hic noua imperij cupiditate finitimos primum armorum rudes adgreſſus populos, tum, uictoria uictoriam pariente, Reges debellauit. Farnum Medorum regem cum uxore, filijsq; ſeptem crucifixit. Sabatium Saturnum, è Scythia in Italiam fugauit. Atq; Barzanem Sabatij filium, Bactriorum regem, regno capto, peremit. Gentibus tum omnibus inter Tanaim, & Nilum poſitis, ſubactis, Monarchicum ſtatuit imperium. Nynam regiam, Aſſyrium quoq; regnum ſuo nomine condidit, & primus Belo Ioui, Iunoniq; parentibus, & auis ſtatuas, ac templa dedicauit, Generis, annorumq; hoc inſcripto epitaphio. Eſt mihi pater Iupiter Belus. Auus Saturnus Babilonicus. Proauus Chur Saturnus Aethyops. Abauus Saturnus Aegyptius. Attauus Cœlus. Phœnix, Ogyges, AB OGYGE AD MEVM AVVM SOL ORBEM SVVM CIRCVMLVSTRAVIT SEMEL, AC TRITIES, AC CENTIES. AB AVO AD PATREM SEXIES ET QVINQVAGESIES. A PATRE AD ME BIS ET SEXAGESIES. Hic primum, ferro quæſitum ius. Dominandi, ſeruiendique nata conditio, Idololatriæ, ſacrilegique ritus orta prophanitas eſt. Nyno autem defuncto, dum deficientèm à ſe ciuitatem oppugnaret ſagittæ ictu interijt, Semiramis Aſculonita illius relicta uidua cum aliquandiu filiũ ementita, tum puer credita, ita ſexus rerum geſtarum amplitudine uindicauit contemptum, ut nulli etiam uirorum ſuam uel uituperij turpitudine, uel laudis honeſtate cederet, quæſitos à marito regni fines tueri non contenta, Aethyopiam, & Aegyptum adiecit, tum uirtute non uerbis certatura incredibili exercitu, Etheſia numerante, peditum ſcilicet ter millenorum millium: Equitum quingentorum millium: Curruum Centum millium, Camelorum ſeſſores,

quatuor

BABYLONIAE REges & anni.



6. Arius. 30.
7. Aralius. 40. 2107.
8. Xerſes Baleus 30.
9. Armatrites. 38.
10. Belochus priſ. 35. 2210.
11. Baleus iunior. 52.
12. Altadas. 32.
13. Mamitus. 30. 2324.
14. Manchaleus. 30.
15. Spherus. 20.
16. Mamelus. 30. 2404.
17. Sparetus. 40.
18. Aſcatides. 40.
19. Amyntes. 45. 2529.

quatuor cubitorum gladios tenentes Centum millium & Nauium claſſem viginti millium cõtra Staurobatem Regem in Indiam prima ferrũ, & ignem prouexit. Ecbathanam Medorum Regiam condidit, Babyloniam murum auxit, atq; muniuit, Pulſo autem priuigno Trebeta, Trebirorum in Belgis authore, ob petitum à filio concubitum, ab eo eſt interfecta, de huius propudioſi ſcorti flagitijs vide Oroſium lib 1. Cap. 4. Hic tum, præter unum iuniorem Baleum, cui uictori Indi ſua, ſeq; dedidere, & ſucceſſores parti regni, fœminarumq; delitijs, ocioq; cõtenti, paulatim cum ſua ſuis amittendi, tum & alienis aliena quærendi cauſam præbuere. Ita fit perpetuo, ut quę uigil prudentia, atq; ſtrenuus labor compararunt, ea torpens inertia, & ignauum ocium redamittat. Fuit autem Babylonia Semiramidis opere, præter paluſtrem locum, cincta muro in quadrum ambitum ſtadiorũ quadraginta octo: cubitorum alto ducentorũ & quinquaginta ſpiſſo, ædificijs duplici ſerie mœniorum uice ſuperſtructis, turrium trecentarum & portarum Centum, Superbum Hercle, hoc humanæ temeritatis opus. Opus inquam, quod multo plus cruoris quam cæmenti hauſit, multoq; plures homines, quam lapides contriuit, uniuerſo exitioſum orienti. Sed parũ hoc, inſpecta Roma, quæ ſimul illud omne, cum eo, quod in orbe reliquum illi fuerat, deuorauit. Horum auariſſimorum operum, uel à ſolo, quod eis hodie ſuper eſt, nomine, gloria, uel hodie, humano cruore quæritur, paſcitur, atq; ſeruatur. Dum poſt NOE terramq; diuiſam Soboles CHAM multitudine Iuuentutis feroci laſciuiret, quæ propria fortitudine non Dei benignitate & propiciatione, ſe bona habere credebat. Hinc eueniebat. Vt uoluntati diuinæ negligentes, & inobedientes fierent. Quos elatiores & ad iniuriam atq; contemptum Dei, propenſiores. Nimbroth filius CHVS effecit, Qui cum eſſet audatior & manu promptior, ſuadebat ut nõ domino tribuerent, quod homines fœlices eſſent, ſed propria hominum uirtute id conſtare. A timore itaq; Dei reuocabat & ſpem in propriam uirtutem reponere docebat. Ob quam rem etiam turrim ædit iſſimam, quam ne Deus aquis ſubmergere poſſet, ædificandam ſuadebat. Huic reliqui ad peſſima per ſe proni facile obſequebantur. Hic Nimbroth Robuſtus uenator dicitur, quia animarum deceptor, hominumq; oppreſſor fuit quos à cultu Dei abſtrahebat, fuit autem principium regni eius, Babylon. Hic autem Nimbroth primus Tyrannidem arripuit, quem etiam Aſtrologica ſcripſiſſe & Geometrica, orbiſq; diuiſiones Syri commemorant. Deinde refertur, De terra Sennar: quæ pertinebat ad regnũ Nimbroth: exiſſe Aſſur & ędificaſſe Niniuen, aliaſq; ciuitates, hoc eſt primatũ ad Aſſyrios deuolutũ. Certe multo celebrius regnũ Aſſyriorum, quã Chaldaicum extitit. Quod regnũ & ciuitatem Niniuen Ninus Beli filius, ualde & immenſum ampliauit qui

[Margin notes: Treueris — Babylonę amplitudo. — Roma.]

qui ideo conditor fertur Niniues magnæ ciuitatis, cuius etiam nomen à conditoris nomine deriuatum eſt, ut à Nino Niniue nuncuparetur quia eam ualde ampliauit. Porro Aſſur, ũde Aſſyrij, in filijs SEM reperitur qui fuit Noë filius, unde apparet de progenie SEM exortos fuiſſe, qui poſtea Gigantis illius regnũ obtinerent. Præterea ſacræ etiam literæ teſtantur primum regnum ex Nimbroth apud Babilonios initium ſumpſiſſe ubi quidam interpretantur Nimbrothum uenatorem robuſtum coram Deo dici, quod potens fuerit princeps qui ut homines ſubegerit ad obtemperandum & uoce uenatoris inſuper ſignificatum, ciuilem poteſtatem uindictam eſſe ordinatam à Deo, ut quæ Dei miniſtra ſit ad rebelles & contumaces compeſcendos. Itaq; prima Monarchia apud Chaldæos cœpit, quemadmodum & Xenophon teſtatur, & regnarunt primum poſteri CHAM, quod Nimbroth ex his originem habuerit. Cæterũ penes poſteritatem Nimbroth, non permanſit imperium, nam apud Aſſyrios nouum regnum exortum eſt per Aſſur, ut ſic à Chaldeis regnum ad Aſſyrios translatum ſit, qui Niniuem habuere Metropolim, urbemq; Babylonem ſubegerunt quod Diodorus Siculus pluribus commemorat. His diligenter examinatis depræhendimus Chaldæos Babylonem & Monarchiam octoginta & ſeptem annos obtinuiſſe, Deinde uero Aſſyrios Babylonem & Monarchiam occupaſſe. Sed poſt obitum Beli & Nini urbs Babylon per reginam Aſſyriorum ſemiramidem firmata & amplificata ut Solinus cap: 64. Et Pli. lib. 6. cap: 22. referunt. Porro hæc Monarchia Aſſyriorum, uſq; ad Sardanapalum ſub triginta ſex regibus durauit Mille trecentis & triginta duobus annis, uſq; uidelicet in quartum annum Oſiæ regis Iuda. Poſtea uero Mædi & Perſæ eam inuaſerunt. Hæc Aſſyriorũ Monarchia aureo capite ſtatuæ Dan: ſecundo & per Leænã Dan: ſeptimo adumbrata eſt. Tam magnum uero nomen Babylonis poſtea ab Aſſyrijs occupatũ euaſit ut Aſſyrij etiã, Chaldei, Phœnices, Meſopotamæi & reliqui in Babylonis nomen conceſſerint, ut non ſit diſcrimen cum dicitur Iudæos in Chaldæam, Aſſyriam uel Syriam ſiue in Babyloniam captiuos eſſe deductos. Fuitq; hæc Monarchia una, quatuor uidelicet maximarum mundi Monarchiarum, quemadmodum ſingulæ ſuo ordine ſequentur.

AETAS MVNDI. IIII.

MOSIS, ET IVDICVM ISRAHELIS ſucceſſus, ex ſacra Hiſtoria, & Philo.



ANno Aſcatidis octauo: ab ABRAHAM quingenteſimo: ab aquis Septingenteſimo nonageſimo ſeptimo: ab ADAM Bis milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio, à primo ABRAHÆ in Aegyptum ingreſſu ad ſeruitutis ſolutionem quadringenteſimo & triceſimo MOSES atnepos Leui, uir ſtrenuus, ſapiens, & Prophæta, legũlatorum maximus: Hominibus, Deoq; cum dilectus, tum & ab eodem mire ſeruatus, & ex opilione ad montem Oreb liberando Iſraheli dux cõſtitutus, cẽſu armipotentiũ uirorum, præter innumeram fœminarum, impuberum, uernarumq; multitudinem, plus quam Sexcenta millia. Cancrepolytanæ poteſtatis, xi. Pharaone, magno exercitu per rubrũ mare ſicco pede transfugas, perſequẽte, illic cum

ISRAHELIS IVDICES *& anni iuxta 70. & Philonem.*

Pharaonis interitus.

1. Moſes.
   90.
2. Ioſua.
   27. 2520.

3.	Othomiel.	40.	
4.	Aod.	80.	2640.
5.	DelboraBarach.	40.	
6.	Gedeon.	40.	2720.
7.	Abimelech.	4.	
8.	Thola.	22.	
9.	Iayr.	22.	
10.	Iepte.	6.	
11.	Eſebon.	7.	
12.	Labdon.	8.	
13.	Samſon.	20.	2809.
14.	Heli.	40.	
15.	Samuel.		
	SAVL REX.	46.	

cū ſexcentis curribus quinquaginta millibus equitibus atq; Viginti millibus peditibus demerſo, Aegyptiā ſeruitutem ſoluit. Hinc ut Ioſes ſcribit, hoſtiū armatus exuuijs, angelo Domini diu, noctuq; præceſſore, in Arabiæ deſerta profectus, Amalechitas, eo orante, & Ieſu pugnāte, uincens præda gentiumq; metu ditatus eſt. Vbi duarum tabularum leges, dei digito in Syna monte conſcriptas, tulit. Ligneum templum conſecrauit, Sacerdotes & *Lex data*



Leuitas, Aaron fratre diuinitus ad pontificatū delecto, conſtituit. Subinde poſt multos errores, grauesq; murmurantis, ac delinquentis populi adflictos Cananeorum gentes, Duce Phinea Eleazari Pon. filio, qui legum zelo, viginti quatuor millia rebelliū occiderat, bello adgreſſus, paucis uictor, ex una Madianitarum, Amorreorūq; ſtrage, regibus quinq;, populoq; utriuſq; ſexus (ſolis puellis ſaluis) omni, cum Balaamo uate, qui ab Aſina ſermonem extorſerat, & ſalutis futuræ ſtellam è Iacob oriturā prædixerat, *Balaami fata.* interfectis, prędam retulit. Ouium, Sexcentorum ſeptuaginta quinq; millium, Boum ſeptuaginta duorū milliū, Aſinorum millium ſexaginta & unius, & puellarum uirginum triginta duo millia. Captisq; ſexaginta urbibus Arabiæ fines uſq; ad Iordanum obtinuit. In hijs deſertis, cœlo eſcas, & petra potum, abunde præbentibus, in conſumpto ueſtitu, annis quadraginta cū duræ ceruicis populo, laborioſe tranſactis, omniq; à ſe liberata gente, uno duntaxat Ioſua cum Caleph ob fidem ſuperſtite, incredulitate præueniēte Deo, præmortua, in monte Nebo, nuſquam extante ſepulchro, anno uitæ ſuę Centeſimo & viceſimo uiuaci ſenſu ab humanis glorioſe decedens, nouæ gentis Pon. Eleazari Aaronis filio, atq; ducatum Ieſu Naue, qui Ioſua, Dei præcepto tradidit, Ioſua igitur uir ex Ephrateorū tribu fortiſſimus & in ſalutem electorū Dei maximus, Armipotentiū, præt vigeſies ter millenos Leuitas xl. annis in deſerto genitorum ſexcentorū & unius millium ſeptingentorum & triginta uirorum manu, Iordanem ſicco pede tranſgreſſus, Sole diē prorogante, Regibus xxxi. exciſis, à Deo cum promiſſam, tum à ſe captam Cananeorum terram, tribubus Iſraelitarū in colonias diſtribuit, Arcam domini à Galgalis in Silo trāſtulit. Eo proinde, anno ętatis CX. magna cū laude defuncto, Tribus Iuda Simeone aſcito, Pon. Phinea. occiſis Cananeorum & Phereſeorum decem millibus Hyeroſolymam igne, ferroq; deuaſtauit. Dumq; Adonibezech Regi Berech capto extremorum artuum faſtigia truncarentur, crudelitatis ille ſuæ ſibi conſcius, exclamauit, Septuaginta

Moſis obitus.

Hieroſolyma capta.

Reges



Reges amputatis manuum,pedumq́ faſtigijs, ſub menſa mea ciborum reliquias colli-
gebant, Sicut egi,ita rependit mihi Dominus: Vide Ioſephum libro v. Capite v,Hoc
Lais à da- loco Ioſes reponit hyſtoriam ſceleris tribuum Dan,& Beniamin ſub interregno com
nitis cap- miſſi: Quo ex illa ſexcenti uiri, rapto cum ſacrificulo Nichæ Idolo, Laidem urbem,
ta. dolo captam,nomine patriarchæ ſui Dan habitarunt. Vide iudicum Capite 18 Hæc
uero propter Læuitæ concubinam fæde ſtupro necatam,à cæteris tribubus in ſceleris
Beniami- ultionem iuſſu Dei concitatis quadraginta milibus ſuorum bina cæde fuſis, tertia
tarum pugna,ad ſexcentos profugos, eoſdem, tum & à connubijs eorum abiuratos, cum ui-
ſcelus. cis,& oppidis extincta, ſed permiſſo tandem nubilium puellarum raptu fuit repara-
ta: Vide Ioſephũ libro v.capite 6 Iudicum xix.xx et xxi Capitibus.Hinc clamante ad
Dominum peccatore populo ſuſcitauit ei Deus Othonielem fratrem, & generum
Caleph tribus Iudæ principem. Qui Meſopotamiæ rege deuicto, Iſrahelem Idolola-
tria contaminatum, ab octo annorum ſeruitute liberauit. Eundem Moab rege dolo,
Sangaris tum decem millibus cæſis, pace in annos octuaginta ſtatuta,ab octodecim annorum
fortitudo. iugo redemit ambidexter Beniamites Aioth. Inde fortis Sangar pro Iſrahele pugnãs,
Sexcentos Philiſteos uomere peremit. Mox Delbora cũ Barachæ filio Abinoes de tri
Iahel. bu Nephtalim prophetes & iudex, ingenti Cananeorum exercitu profligato,duceq́
tum Syſara à Iahele Aber Cinei uxore truncato, Viginti annorum abſtulit ſeruitu-
Gedeon. tem, pace quadraginta annorum pacta, Iſrahele autem ob peccata ſua item vij annis
oppreſſo, ſupplicante, Gedeon idem Hyeroboel ex infima Manaſſæ familia uir, ab
Angelo roridi uelleris oſtento,prouocatus, Baal euerſo, cum delectis trecentis uiris
Madianitarum,Centena Viginti millia poſtrauit. Soccotharum ſeniores tribulis,ſpi-
nisq́ contriuit,& Phanuel diruit. Ex ea præda inauribus uidelicet,millenis ſeptin-
gentis ſiclis æſtimatis,donatus,Ephod domus ſuæ ruinam conflauit. Pacem deinceps
toto uitæ ſuæ tempore uictor obtinuit. Principatum tum ei, poſterisq́ ſuis oblatum,
Abime- eum nec ſibi,nec filijs,ſed Domino deberi teſtatus eſt.Eo uero defuncto,ſuus ex con-
lech. cubina genitus filius Abilemech arrepta tyrannide, Septuaginta legitimos fratres,
uno minimo Ioathan ſaluo, necauit. Hinc iuxta dignam Ioathan imprecationem,
Sychemitis conſcijs, ab ſe ferro,& igni afflictis, fratricidij,uiolentæq́ tyrannidis pœ-
nas,à fœmina proſtratus dedit: Poſt Tholam ex Iſachar. Et Iayrum Galaaditẽ,trigin-
ta filiorum principatu memorandum, populus in mala pronus, crimina ueteribus
adijciens

adijciens noua, Philiſtinorum ſeruitutem annos incidit octodecimo. Tum ueniam precatus, liberatorem meruit Iepte Galaaditem ex adultera natum, & à fratribus domo e- *Iepte.* iectum, uirum fortiſſimum, qui ad ducatum rogatus, accepto ſpiritu Dei, una die uiginti Amanitorum ciuitates ingenti cæde uaſtauit. Vnde uictor unigenitam filiam, poſt bimeſtrem uirginitatis luctum, ex uoto ſacrificauit. Rebellium Effrateorum quadraginta duo millia cecidit. Hinc poſt Eſebonem Iudæum, & Labdonem Effrateum, numeroſa, fœlicicꝗ prole memorandos: Iterum ſceleratæ, ſeruæcꝗ genti datus eſt liberator ex tribu Dã, Angelico prænuntio, & uterina ſanctificatione Nazarȩus clariſſimus, atcꝗ fortiſſimus, Iſrahelis Hercules, Samſon. Qui inter alia multa præclara faci- *Samſon Hebræorum Hercules.* nora, ruptis ferreis compedibus, pulli aſini maxilla Philiſteos mille cæteris fugatis, contriuit. Tum ſitiens, ex eiuſdem malæ dente molari fontem impetrauit. Aeneas Gazæ portas aſportauit. Annorum quadraginta ſeruitutem, atcꝗ tributa ſuæ genti ſuſtulit uictor. Poſtremum à Leone, ab hoſte inuictus, Dalilæ meretricis ſuæ dolo uictus, & robur & oculos amiſit. Robore autem recuperato, dum in deriſum Philiſtinorum principibus è carcere in Phanum ductus eſſet, oculorum ultionem precatus, cum Phanum, tum ſeſe cum tribus millibus proſtrauit. Hinc Heli primo ex Ithamar *Heli Pontifex & Iudex.* cum Pontificatu, ducatum gerente, quòd is filijs ſuis ſacerdotibus, etiam monitus, licentiæ nimium indulgeret, necꝗ correctionem adhiberet: Filijs cum triginta milibus populi fuſis, Arca Dei capta eſt. Quo nuncio terrefactus Pater ille, ſubito caſu fracta ceruice Nonaginta octo annorum ſenex, cum aboriente Nuru expirauit. Victores autem Philiſtæi ſeptem iam menſibus horrendis atcꝗ pudendis afflicti calamitatibus, Arcam dei miris dónis, ſpontinocꝗ fœtarum uacarum ductu reddidere. Quam, cum indignè, utpote, ſine ſacerdotum miniſterio, Bethſamites attrectaſſent, de ſenioribus ſeptuaginta & de plebe quinquaginta millia, ſunt à domino morte confecta. Sub defuncto Heli ſacris inſtitutus fidelis Samuel Effrateus propheta diuinitus Annæ ſteri- *Samuel.* li natus, ac Deo dedicatus. Principatum adeptus, Iſrahelem ad pium cultum reductum, à Paleſtinis ope diuina ſuperatis, diſterminauit, atque pacauit: Dum uero grauatus ætate gerendis rebus impar uideretur, ſui item filij à paterna uirtute degenerarent, factioſus populus legitimi, pacificicꝗ principatus impatiens, renitente propheta, in ſuum excidium, gentium more, Regem exegit, ei à Samuele iuſſu Dei hoc præſcripto iure permiſſum. Tollet inquam Rex imperaturus, ad agrorum ſuorum, militiæcꝗ *A Populo rex poſtulatus.* labores filios ueſtros, ad delitiarum ſuarum paramenta filias ueſtras. Seruis ſuis, & eunuchis optima uinearum ueſtrarum, oliuetorum & agrorum, fructuum item decimas expendet, in opus ſuum ſeruos ueſtros, ancillas & iumenta coget, addecimabit quocꝗ Greges ueſtros, Eritis & uos ei ſerui: Et clamabitis in die illa à facie regis electi, & non exaudiet uos dominus in illa die, quia regem uobis petiſtis.

REGNORVM ANNALES.


ANno Beli triceſimo primo Sytioniorum̃ regnum in Achaia ab Aegyaleo in Aegyalea ab eo & poſtea ab Argiuorum Rege Pelope, Peloponneſſus adpellata, ceptum, ultra ſexcentos annos in Argiuorum regnum̃ deſijſſe notat Euſebius. Sub Nino Thebeorum dinaſtiam Centum & nonaginta annos in Aegypto regnaſſe ſcribit idem. Argiuorum Regnum ab Inacho anno Bal. Xerſis primo fundatum, poſt ſexcentis & ſexaginta annos in Mycenas eſt translatum. Anno Armatritis primo. Paſtorum, ab Iſrahelis forſan paſtoribus, ſub ea Aegyptum ingreſſis, adpellata, dinaſtia centum & tribus annis Aegyptum tenuit. Eiuſdem viceſimo primo anno Argiuis leges dedit eorundem Rex Phoroneus priſcus. Sub id temporis Hyſpanis præfuit Betus: Vnde Beticæ nomen, & poſt

hunc Deabus ſub Belocho. Oſyris Macedonem filium, Aemathijs regem dedit. Italiæ, cui extinctis Tyrannis, annos decem præfuerat, Apenninæ ab Api, nomen reliquit. Sub Baleo iuniore Sueuus & Celte Reges ſuis regnis ſua nomina indidere. Eiuſdem anno triceſimo primo Polytanorum Aegypti Dinaſtia cepta quadringentos triginta et octo durauit annos.



Roma. Condita.

Anno Mancalei duodecimo Italus, Heſpero fratre Celtiberorum rege ſubfecto, Sycoro filio pulſo, Italiã à ſe nominatam, rexit. Capenam ad auentinum collem ſtruxit Ianigenis Morgetem filium Coritum. Aboriginibus autem filiam ſuam Romam ſub Regulam ſtatuit, Quæ mox anno prænumerato ſui nominis oppidum in pallatino colle fundauit, anno à condita Babylonia quingenteſimo & quadrageſimo nono: A Comero quingenteſimo treceſimo nono: ab aquis ſexingenteſimo & octogeſimo: ante Troiam conditam centeſimo quadrageſimo octauo. ab ea Vrbi, Populo Romulo nomen extat.



Athenæ condita,

Anno Mameli nono Belgius Celtas regens, Belgarum principatum edidit. Eiuſdem decimo Cecrops priſcus in Attica Regnum, & hinc Viceſimo primo Athenas condidit Poſt quingentos circiter annos ad Magiſtratus delatũ. Hinc ad Democratiam, Anno Spareti Viceſimo Iſis de Iaſij nuptijs ex Italia in Agyptum reuerſa eſt.

Anno Aſcatidis octauo Moſes cum Iſrahel Aegyptũ eſt egreſſus.



Troia fundata

Luſus Celtiberos, & Alloprox Celtas regnantes, ſuorũ nominum populos reliquere. Anno eiuſdem triceſimo ſexto Aegyptus, Danao fratre expulſo, Aegypto nomen dedit. anno eiuſdẽ ultimo Dardanus ex Italia in Samothratiam profugus, Troiam cum illuſtri regno per reges Sex annos ducẽtos nonaginta ſeptem conſeruatam, fundauit. Quæ anno Tautanis uiceſimo quarto incerto, ut ait Dion, authore deſolata, multas gentes, & uiris & opibus ditauit. Eandem ab Hectoris filijs reſtauratam, Fimbria Ro. quæſtor, euertit non impune, eo à Sylla in ſuimet necem adacto, qui eam uti Romanis agnatam, iter ũreſtituit. Vide Sabellicum Enneadis ſextę libro tertio. Obtinu

it hæc

BABYLONIAE IMPERATORES & anni.	
20.	Belochus ij. 25.
21.	Bellepares. 30.
22.	Lamprides. 32.
23.	Soſares. 20.
24.	Lampares. 30.
25.	Pannias. 45.
26.	Soſarmus. 19.
27.	Mytreus. 27.
28.	Tautanius. 32.
29.	Tenteus. 40.
30.	Tyneus. 30.
31.	Dercilus. 40.
32.	Eupales. 38.
33.	Laoſtenes. 45.
34.	Pyrithidias. 30.
35.	Offrateus. 20.
36.	Offraganeus. 50.
37.	Aſcarazapes. 42.
38.	Tonos cōcoleros. 15.

it hæc urbium uel maxime ſola, hanc felicitatem euerſa,
ut multi potentes principes,Gentes,& urbes,ſuam nobi-
litatem,latente uetuſtate,honeſtaturi,quam & ſi à profu-
go fratricida ſit orta,genus ſuum in eam referant.

Sub Amyntis imperio lanigenas rexit Thurrenus,
Cybele in Phrygiam profecta . Sub Belocho Iuniore
Aſterij Cretenſis regis,ex Europa rapta filij,Minos Cre-
tam , Radamantus & Sarpedon Lytios ſanctis legibus
rexere.Eiuſdem imperij anno viceſimo primo,Paris Cel *Minos*
2616. tarum rex Parriſiorum urbem condidit. *Rex.*

Anno Bellepa viceſimo quarto Cadmus , Phœnicis *Paris.*
frater, Agenoris Aegyptij filius, cum fratre Sydonem,
Syriamq; gubernauit.Hinc Lamprius primus in Boeti- *Cadmus*
am profectus, Thebe fundata, linguam Græcam & lite- *literarũ*
ras Phœnicibus atq; Galathis ſimiles,à Pelaſgis primum *Græcarũ*
ſuſceptas,rudi tunc Græciæ primus intulit . Quas ſub *inuentor.*
2711. Soſare,Thebas regens,Amphion auxit. Eodem tem-
pore Mars Ianus iunior , & poſt hunc Saturnus iunior
Aboriginibus præfuere, Sub Lampri,Imperatorem Di
naſtia Aegyptum annos Centum quadraginta quatuor
tenuit. Et Celtas rexit Lemannus,à quo non Aleman-
nis,quibus ab eius nominis ſuo rege nomen eſt, ſed Lau-
ſanenſi laco uox indita.

Anno Panniæ ſecundus Orpheus Trax Muſices pre-
conia tulit & lyræ. Eiuſdem anno decimo Celtarum rex
2819. iunior Galathes,per deuictos Sarmatas, Aſiam inuaſit.
Galathas,ac tum ex hijs,& Græcis,Gallogrecos peperit.

Anno Soſarmi tertio natus eſt Amphitrionis Hercu-
les , idem Heraclius Alceus omnium fermè primus &
maximus pyrata,qui anno uitæ quinquageſimo ſecundo
furia percitus, igni morbum cum uita combuſſit. Qua
calamitate mota coniunx ſua Deyanira laqueo ſe ſuſpen-
2937. dit. Huic Herculi,à quo nec Troiam ſub Laomedontis
regno captam eſſe credibile eſt, recentiores Græci, atq;
ſolent omnia nobilia ſibi , ita præclara Lybij Herculis,
nec non Hebræi Samſonis geſta admentiuntur.

Sub Tautane, Diapolitana Dinaſtia cepta,annos cen-
3012. tum ſeptuaginta octo tenuit Aegyptum . Sub eodem *Troia.*
Troiæ deſijt regnum. *deſijt.*

Anno Tentei primo Francus Hectoris filius à Celtis
in regem aſſumptus, eiſdem ſuum reliquiſſe nomen cre-
di poteſt,quod in altero Francogallorum regno receptũ,
hactenus manet . Profuerit hîc ueram cauſam Troiani
3122. belli referre . Dum Pelias inter Græcorum reges tum
temporis maximus,cuius conſilijs cæteri obtemperabãt,
audiuiſſet quomodo Laomedon qui Troiæ rex erat , Ia-
ſonem filium fratris ſui & reliquos Græcos cum eo pro
uellere inaurato ad Colchos gentem fortiſſimam,miſſos:
tranſitu per Troiam prohibuerit atq; inſuper iniurioſe
afflixerit,indignatus eſt,miſſaq; ualida manu,ut regnum

Laomedontis affligeretur.Ignorãtibus Troianis ſuperuenerunt Græciterramq; eorũ
latè uaſtauerunt ,filiam etiam Laomedontis regis Eſionam nominis pulchram ac de-
coram nimis,captiuam cum ſpolijs multis,ſecum in Græciam deduxerunt.Igitur poſt
aliquod interuallum in Macedoniam eorum menopolim confluxerunt reges Græ-
corum, ad diem feſtum celebrandum,conuenerunt autem principes de cuncta Græ-
cia inter quos & Pelias, Iaſon Nepos eius, Agamemnon & Memnon frater eius Aiax
& Palamedes,Achilles & Triptolemus,Menelaus atq; Polypus,Caſtor & Pollux
Alea qui primus tabularum luſum reperit & cæteri multi,ut Ioui ſacrificarent. Hoc
cum Alexander filius Priami percepiſſet,Troia egreſſus exercitum ſecum ſumens,na
ues magnas, conſcendit & per mare Mediterraneum, ad regiam Agamemnonis ue-
niens,ad Palatium eius acceſſit ubi Helena regina Menelai uxor,Deæ mineruæ diem
feſtum celebrabat . Alexander uero Helenam reginam ualde ſpecioſam ilico inua-
dens,rapuit cum theſauris eius omnibus ac uiri ſui, ob uindictam Amitæ ſuæ Hæſio-
næ, quam Græci captiuam tenebant & reddere nolebant . Quod ut cognouerunt
Græcorum reges,grauiter hoc ferentes,inito cõſilio,cum omni adparatu,undiq; con-
fluxerunt,inſtructaq; claſſe transfretantes mare:Ilium petierunt repetentes Helenam
ut recederent,Romani autem reſponderunt ſe hoc non facturos,,niſi prius Heſionam
regis priami ſororem recepiſſent. Quam ob rem utriſq; indignantibus,decem anno-
rum bella grauiſſima geſſerunt . Erant igitur filij Priami regis ex matrona nominis
Hecuba, primogenitus Hector pugnator fortiſſimus. Secundus Alexander,qui ra-
puit Helenã.Tertius Troilus.Quartus Deiphœbus.Quintus Achimachus.filias au-
tem duas habebat Polyxenam atq; Caſſandram ualde decoras, quatuor autem prælia
habuit Hector cum populo ſuo contra Græcos , in quibus ceciderunt de Græcis du-
centa quinquaginta octo millia ducenti quatuor , quos ipſi recenſuerunt, De Troia-
nis uero Centum triginta quatuor millia, quadringenti uiginti duo . De regibus
Græcorum & Aiax cecidit,in quarto uero Palamedis occiditur,& dum loricam eius
auream detraheret Achilles inopinateq; adueniens Hectorem ſpolijs inhiantem, in-
cautum occidit.Hunc Troilus ſic amauit ut mortem fratris Hectoris,ulciſceretur,&
ipſe duobus pręlijs peractis,fortiſſimum ſe declarauit.Tunc Agamemnon,infecto ne
gotio reuerſurus erat in Græciam,niſi ei Achilles reſtitiſſet, qui magis mori eligerat
quam ſine uindicta ſuorum & abſq; uictoria recedere.Igitur iterũ ſe ad bellum cohor-
tantur, cum Troianis Troilus occurrit . Quibus fortiter tribus diebus ac noctibus
continuo decertantibus multi cecidere,De Græcis Centum quadraginta & quinque
millia:De Troianis Centum & duodecim millia, inſuper Troilus ab Achille percuſ-
ſus,mortuus eſt, cuius corpus Achilles circa ciuitatem trahens, maximum luctum
Troianis intulit. Quod Hecuba Troili mater cernens,multo redimere auro cupiuit,
ut ſepulturæ traderet:Achilles autem Polyxenam Priami filiam petens in matrimo-
nium dixit ſi ei daretur,& corpus mortui redderet & Græcos à Troia recedere face-
ret.Sed dum illi promiſſa eſſet,Troili cadauer parentibus reddidit,Achilles uero dum
templum Dianæ adiret,quaſi Polyxenam ibi accepturus,iuxta palatium conſtitutus,
inſidijs Alexandri circumuentus occiſus eſt . Agamemnon autem cognita Achillis
morte, iterum hortabatur populum cum magno clamore recedere à Phrygia, cui re-
ſtitit Triptolemus,qui uiuus recedere nolebat, niſi necem prius patris uindicaſſet.
Iterumq; ortum eſt prælium Deiphœbus quippe cum Troianis agmini Græcorum
occurrit , in qua pugna ceciderunt de Græcis Centum & quindecim millia inſuper
quinquaginta quatuor:De Troianis autem ſeptuaginta millia ſexcenti & tres,uulne-
ratus eſt ab hoſtibus Deiphœbus,& in ciuitatem reuerſus mox defunctus eſt , Tunc
domeſti reges Aeneas & Vlyſſes , regi Priamo ſuaſerunt , ut redderet Helenam,
datis inſuper muneribus,& recederent ab eis Hoſtes , quoniam ſe imminutos ac pene
uictos cernebant,Quod dum Agamemnon percepiſſet præbuit aſſenſum Alexander

autem Helenam reddere noluit, frater quoque illius Achimagus magis populum ad bellum excitabat, Quod Aeneas & Antenor audientes indignati ſunt & clam mittentes ad reges Græcorum, inierunt cum eis fœdus, ut ipſis parcerent & omnibus quæ ad eos pertinere uidebantur & ipſi ciuitatem manibus eorum traderent: Accepta uero fide à Græcis nocte media ſignum in auditum in ſimilitudinem equini capitis excogitantes ſupra murum poſuerunt, quorum fraude Græci urbem intrauerunt ac ſuper Priamum ac liberos eius irruerunt, nec ulli ex eis pepercerunt Helenam autem receperunt. Aeneas uero abſcondit in turri urbis Polyxenam, atq; Caſſandram: Treptolemus autem requiſiuit Polyxenam, pro qua pater ſuus Achilles mortuus fuerat. Sed dum Aeneas ſe ipſam neſcire teſtaretur, adeoq; in hoc mendatio depræhenderetur, à Phrygia, deiectus eſt: Agamemnon autem Polyxenam Triptolemo tradidit, ille uero eam ſuper tumulum patris trucidauit. Ergo igni ferroq; funditus euerſa Troia, Aeneas cum omnibus ſuis à finibus Troianorum depulſus, alias quærens ſedes Latium uenit ibiq; habitauit, A quo deinde Romani principes exorti ſunt. Condita fuit Troiæ meteopolis Ilium caput olim Aſiæ tempore iudicis in Iſrael Eliud & deuaſtata, Anno quarto Iephtæ iudicis Iſraëlis, octauo die Iunij poſt conditum mundum uicies ſepties centenis ſexaginta duobus annis: ante natum uidelicet Chriſtum Mille Centum & nonaginta octo annis.

Itaq; ab excíſa Troia per annos quadringentos uiginti & octo. Ad ROMVLVM Latinorum, Albanorum, Syluiorumq; idem regnum, ab ÆNEA Troiano, ducta in uxorem uicti Latini regis filia, captum, hos tenuit reges. ÆNEAM Lauinij in agro Laurenti coniugis ſuæ nomine, & ASCANIVM, Albæ regiæ, conditores. SILVIVM Poſthumū. ÆNEAM Syluiū, LATINVM iuniorem. ALBAM Atum, Aegyptum, Capim, Capetum, Tyberinum, Agrippam, Remulum, Auentinum, Procam, Amulium à Romulo peremptum. Eadem tempeſtate Antenor, & idem nobilis Troianus, comitibus Henetis ex Paphlagonia ſecum in Italiam profectis, Patauium urbem condidiſſe, hij uero poſitis inter Alpes, & Adriam ſedibus, Henetorum populo, Venetiarumq; urbi nomen peperiſſe feruntur. At origo huius uetuſtior à Veneto Phaetontis filio putatur. *Latinorū Albanorum, Syluiorum reges.* *Patauiū cōditum.* *Venetiæ conditæ.*

Anno Dercili quarto Eriſteus Lacedæmoniorum, & Athletes Corinthiorum regna cœpere. Eodem imperante Amazones, quæ ſub Tautanæ Epheſo capta, ſpectatum toti Aſiæ templum Dianæ combuſſerant, cum Cymmerijs Aſiam inuaſere.



Anno Eupali decimoſexto Aphricæ caput Carthago à Tyrijs fertur eſſe condita. Sed Menandro Tyriorum Chronicæ textore, anno Aſcarazapis Sexto, Pygmaleonis Tyriorum regis Septimo à Didone Pygmalionis ſorore Arx Byrſa, tum inde ciuitas extructa eſt. Quæ Lybia ſubacta, magnam maris obtinuit portionem, huius quoq; occupauit Sardiniam, Sycíliam, & cæteras Inſulas. In Hyberiam captam, colonias poſuit. Qua principatum contraxit, Græcis potentia non imparem, opulentiaq; Perſarum regno comparandum, quem poſt Septingentos annos cum Romanis conferens, amiſit, funditus igne, ferroq; euerſa, hinc uero ab Octauio Cæſ. reſtituta. *Cartago condita Aphricæ caput.*

HEBREORVM REGNVM. EX ſacra Hiſtoria.

Saul Rex

SAulo igitur humilis generis, eminentis uero corporis Beniamita, ab aſinis ad regiam maieſtatem euecto, dum is Samueli recta monenti pareret, Ammonitas, & Paleſtinos, agricolarum armis, Sexaginta millibus cæſis, uicit. Hinc autem elatus, prophetam negligens, Phytones conſulens, ſacerdotes occidens, ac Deum contemnens, Amalechitarum male uictor, cum à Deo, tum ab hominibus deſertus, Dauide in Regem à Samuele conſecrato, à Paleſtinis cum tota domo ſua uictus, ſuapteq; tum manu confoſſus, hoſtibus ludibrio fuit.

AETAS MVNDI. V.

REGNVM IVDA.



Genus Dauid.

ANno Dercilitriceſimo primo: à Moſe quadringenteſimo ſexto: ab Abraham noningenteſimo quadrageſimo primo: ab àquis milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio: ab Adam Bis milleſimo octingenteſimo & octogeſimo nono. Dauid hac propagine è Iudæ tribu natus. Iudas, Phares, Eſrom, Ram, Aminadab, Naaſon, Salmon, Boos, Obeth, Ieſſe, Dauid, ex opinione, Deo non genus, & faciem, ſed uirtutem & cor aſpicienti, in Regem & Prophetam conſecratus, inſigne totius & regiæ maieſtatis, & pœnitentis humilitatis exemplum præbuit. Nam expugnato hactenus inuicto Iebuſeo, regiam ſedem, conſtructa Syon arce, in
2929. Hieroſolymam, ab ſe auctam, poſuit. Regnum ab hoſtibus funda, ferroq; ſtrenuiſſe uindicatum, reformata religione, in timore Dei continuit. Tum ſimul atq; tranſgreſſionis ſuæ pœnas, conuitia, famem, peſtem, hoſtilem, ciuilemq; gladium, ac fidelis, humiliſq; Dei ſeruus, patientiſſime tulit. Poſtremum ab ædificanda domo Dei per Vatem, ob cruentas manus ſuas, repulſus, ingens hoc, & ſanctum opus unà cum regno Solomoni filio reliquit, glorioſè defunctus. Qui mox hinc, regni totius pace firmata, Regum ipſe omnium diuitijs, ſapientia,
3030. gloriaq; ſplendidiſſimus. Conductis Centum quinquaginta tribus millibus & ſexcentis operarijs in monte Moria precioſiſſimum Deo templum, anno regni quarto ceptum, undecimo perfecit. Inde quoq; regia domo impenſiſſime completa, magnificati ab ſe regni tranquillitate laxatus, innumerarumq; fœminarum conſortio cum deprauatus, tum ſtultus, Idololatriam, proindeq; dignam Dei indignationem incidit. Qua tum primum, ultore

IVDA REGES, ET ANNI Ex 70. & Philone.

1. DAVID.
   40.
2. Salomon.
   40.
3. Roboam.
   17.
4. Abias.
   3.
5. Aſa.
   41.
6. Ioſaphat.
   25.
7. Ioram.
   8.
8. Ochozias.
   1.

Deo

Athalia.
7.
9. Ioas.
40.
10. Amazias.
29.
11. Azarias.
52.
12. Ioathan.
16.
13. Achaz.
16.
14. Ezechias.
29.
15. Manaſſes.
55.
16. Amon.
12.
17. Ioſias.
31.
18. Ioachaz.
menſ. 3.
19. Ioachim.
11.
20. Ioachim.
menſ. 3.
21. Sedechias.
11.
*
* *
DESOLATIO.
70.

Deo,graui ē mœſtitia patri eſt adpoſitus, quum iā grandæuus ab aduerſarijs uexatus, decem regni ſui partes Hyeroboamo profugo ſeruo ſuo, Abhiæ Vatis inditio, ceſſuras,agnouit. *Initium regni Iſrahel.* Eo itaq; ſepulto,à filio ſuo Roboam rudi,pauidoq; rege, Quod neglecto ſeniorum conſilio,ad
3111. inconſultam iuniorum perſuaſionem elatus,iugum ſupplici populo comminaretur aſperius,decem Tribus Regnum Iſrahel conſtituentes, ad Hyeroboamum Ephrateum uirum uiribus,ingenioq; pollentem defecere.

Sed & Seſacus Aegypti rex, dum Roboam relicto Domino,patrizans fœminis indulget, Hieroſolyma capta, templum, domumq; regiam ſpoliauit anno regni quinto. *Hieroſolyma capta.* Huic è liberis octoginta octo ſupſtitib. ſucceſſit.

Abias, patre fortior quidem, ſed peccando ſimilis,
3208. Hyeroboamum Idololatram ſuperbum, quinquaginta millibus Iſrahelitarum cæſis,humiliauit adeo, ut ſubinde Iſrahelis reges penè omnes,à domino iuſtè,quem dereliquerunt,relicti,mutuis ſeſe cædibus, uſq; ad regni perditionem extirparint.

Hinc Aſa patre melior, ſyncero corde ei, qui ſibi fidentibus robur præbet adhærens Deo, pace fretus,abſtulit prophana. Zaram quoq; Aethyopum regem Centum millibus millitibus, & curribus trecentis armatum
3308. ſuperauit. Inde, quo proximo tempore regia Samaria ab Amri Iſrahelis rege condita eſt, *Samaria condita.* ad humanam conuerſus opem,& bellis,& morbis eſt ægre ſuperatus.


Ioſaphat autem rex, operum magnitudine Dauidi ſimilis,diues,iuſtus,& inclytus, uniuerſum regnum, conſtitutis ad ſacram legem iudicibus, atq; prædicatoribus, ad pium cultum reducere ſtuduit. Domino cōfidens, hoſtibus ſeſemet fundentibus, uictor, ditia Moabitarū ſpolia in benedictionis ualle collegit. Sed,quo uno peccauit, impiorum Iſrahel regū ſocietate factus eſt infortunatior.

Identidem & Ioram ex pio patre impius, & infelicior filius, qui fratribus ſuis, & aliquot Principibus interfectis, Nathanicam progeniem extinguere conatus, relictoq; domino,coniugis Idola colens,à Philiſteis,unico minimo Ochozia ſaluo,tota eius exciſa domo,uictus, tum longo uiſcerum egeſtu mortuus, ignominia notatus,regia caruit ſepultura.

Ochozia tum matris impulſu patrizante,à Iehuh Iſrahel rege,qui,Heliſeo prophetante, ad prophetarum, & Naboth ultionem, uniuerſam domum Iſrahel regis Achab,Ieſabelæ regina à canibus dilacerata,atq; Baal cū ſacerdotibus ſuis euertit,cum fratribus interempto.

3443. Athalia regis mater, & Achab filia,tyrannide correpta,quicquid Dauidicę ſtirpis reliquū erat,auferre nixa: Salomonis genere iā nunc, ut aſſerit Philo,omni deleto, unico per Ioſabet cognatam Ioiadę Pon.uxorē,è Nathan ſtirpe Ioas infante ſeruato, Quo tum anno ætatis ſeptimo

rege conſecrato, illa templo per tumultum eiecta, gladio fuit diſcerpta. Huc uſqꝫ, authore Philone, ſtirps Nathan, Acheſar, id eſt, Principis frater, & Mathathim, id eſt, ad ſuccedendum donata, dicta eſt. Inde qui deinceps è genere Dauid principatum geſſere, trinomij uel binomij fuerunt.



Igitur Ioas, Elyh, Symeon, tutore Ioada Pon. ſimul, & optimo Principe, anno uitæ ſuæ Centeſimo & triceſimo ad reges condito, à Deo auerſus, Syrorũ ultionem, quam languens euaſerat, à ſeruis Zachariæ Sacerdotis, Ioiadæ filij, impio eius iuſſu lapidati, in lecto necatus, & extra regum ſepulchra poſitus, recepit.

Zachariæ ſacerdotis exitium.

Similiter Amazias à domino ad Idola conuerſus, tum à Ioas Iſrahel rege, templo, regiaqꝫ Gaza direpta, captus, ſuorum poſtremum coniuratione fuit occiſus, ſubfecto ſedecim annorum filio AZARIA SEV OZIA. Qui dum Zacharia uidente, Dominum quæſiuit, fortuna, uictoriaqꝫ clarus, urbem, regnumqꝫ reparauit, & auxit. Inde uero contra Pontificis monita ſuperbiens, lepra, illegitimi ſacrificij pœna, cõtabuit. Vtque deinde cum Domino inuictus IOATHAN regnum tenuit inuictum: Sic aduerſus Dominum inuictus ACHAS regum ex bono patre omnium facile peſſimus, præter cladem à Syris acceptam, à Facæa Iſrahel Rege, Centum & uiginti millibus de Iuda cæſis, innumera mulierum, puerorum, prædæqꝫ multitudine capta, iuſte adflictus, Aſſyriorum inutili præſidio, tributo ſponte penſo, uindicatus, Idololatra factus, in tempore uel anguſtiæ ſuæ aucto in dominum contemptu, legitimis ſacris, temploqꝫ interdixit. Quæ omnia iuxta ſacræ legis inſtitutum, ex peſſimo patre filius optimus.

Faceas rex Iſrahelis.

Rex diues, & inclytus EZECHIAS reſtituit. Idola, & Aras abſtulit. Aeneum Moſis ſerpentem, ne coleretur contriuit. Paleſtinis uictis, à Senacharibo Rege obſeſſis, auro pacem emit, hinc non impune uiolatam, quando eo, & Eſaia ſupplicantibus, per angelũ Domini, Aſſyriorũ C.n.ũ octoginta quinqꝫ millibus nocte cæſis, Rege cũ fugato, tum & in templo à filijs occiſo, obſidio fuit ſoluta. Eius anno Sexto Regnum Iſrahelis cum Oſea Rege, quia non audiuit uocem domini Dei ſui à Sarmanaſar Imperatore in Aſſyrios eſt tralatum. Vbi in captam Semariam impoſiti Samaritani, Iudæis deinceps in proſperis amici, ſed in aduerſis aduerſi, quietem à Leonum inſultu habere non prius potuerunt, quam Hebræos ſacerdotes recepiſſent. Hinc mira unius generis & morum uiciſſitudine MANASSES duodecim annorum Rex degener magos, & Idola coluit, innoxio cruore pollutus, exacta Babylonico in carcere pœnitentia, & Dominum & regnum recuperauit.

Regnum Iſrahel extinctũ.

Amon patre, cuius uices annos decem geſſerat deterior, Dominum contemnens, etiam à ſeruis eſt contemptus, & occiſus.

Rurſum IOSIAS octo annorum Rex ꝛptimus, recta uia cum Domino, tum prophetis adquieſcens, ſecure, proſpereqꝫ uixit. Prophanis omnibus extirpatis, ſacra reſtituit, ac Paſcha omnium ſplendidiſſimum celebrauit. Tum diuina monitione poſt habita, contra Aegyptios prælians, teli ictu, maximo cum populi ſui luctu, luctum HYEREMIA canente, expirauit. Aegiptij uero Rege NECHAONE SYRIAM tenentes, HYEROSOLYMA capta, gente mulctata, impioqꝫ rege IOACHAS ablato, ſub tributo fratrem ſubfecerunt ELIAKIM qui IOAKIM.

Hieruſolyma capta.

Qui

Qui,dum combuſtis Hieremiæ uaticinijs,Dominum,& Aſſyrios contempſiſſet,cum uaſis domini in Babyloniam ductus,& illic occiſus,extra murum eſt abiectus.Relicto octo annorum filio rege Elych,Neri, Ioakim ſeu Iehonia. Is Aſſyrijs uexantibus, ne quid ei grauius accideret,ſponte cum tota domo ſua,cum decem millibus captiuis,ſenioribus atq; principibus,cum uniuerſa templi, & urbis gaza in Babyloniam tranſmigrauit,acceptam contra fidem carceri mancipatus,ſpontaneæ tranſmigrationis ſuæ anno triceſimo ſeptimo, Deo Dauidis prolem ſeruare uolente,ab Euilmerodach Rege liberatus,atq; reuerenter habitus,Salathielē genuit Zorobabelis patrem.Succeſſerat illi patruus tributis obnoxius Rex Sedechias,ob cuius tū & in Deū,& in hōines arrogantiam perfidiamq;, ciuitas ſancta,cum templo ſanctiſſimo decimo octauo obſidionis menſe, peſte, fame, ferro & igne miſerabiliter eſt euerſa. Rex ipſe in Reblatha, cum Saraia primo ſacerdote,Principibus Sexaginta regijs agnatis, & liberis coram truncatis, oculis orbatus, atq; cum Babiloniæ uinculis conſumptus,Gens uniuerſa,nullo ſexus uel ætatis diſcrimine, uel cæſa, uel in ſeruitutem cum Ioſedech Ponti. redacta, Iudæq; regnum iam nunc omne, propter obſtinatam aduerſus Deum nuncios, & prophetas Dei, Regis & Sacerdotum,populiq; totius præuaricationem,in Babyloniā à Nabugdonoſore anno regni ſui decimo nono traductum eſt,anno à Dauid quadringenteſimo octogeſimo quarto,à templo condito quadringenteſimo & quadrageſimo.

Tranſmigratio ſpōtanea

Regnum Iudeæ cū Hieroſolyma exciſum.



CATALOGVS REGNI ISRAHEL.



1 Hieroboam. 22.
2. Nadab. 2.
3. Baaſa. 24.
4. Hela. 2.
5. Zambri. dies 7.
6. Amri. 12. *Incluſo interregno 4. annorum.*
7. Achab. 22.
8. Ochozias. 2.
9. Ioram. 15.
10 Hiehuh. 29.
11 Ioachas. 15.
12. Ioas. 17.
13. Hieroboam. 52.
14. Zacharias.
15. Sellum. 1.
16. Mananechem. 11.
17. Phaceia. 2.
18. Phaceæ. 30.
19. Oſeæ. 9.

Summa regni Iſrahel à Roboam ad ſextum Ezechiæ. Anni 261.

BABY-

BABYLONIÆ CHALDEORVM ALIOrumq; regnorum ſucceſſus, Ex Euſebio.





ANno à Nino Milleſimo ducẽteſimo quarto: à cõdita Babylone milleſimo trecenteſimo Quinquageſimo ſecundo: ab aquis Milleſimo quadringẽteſimo octogeſimo tertio: Phulbelochus Babylonicæ militiæ dux, et Arbaces Medorũ præfectus, indignum rati, ſe huius imperio ſubijci, qui muliere corruptior, fœmina potius malit eſſe quam uir, de imperij diuiſioue pacti Regem ſuũ Tonoſconcolerũ, quem Græci uocant Sardanapalum, armis eo compulere, ut quas imperio prætulerat delitias, una ſecum, hoc uidelicet ſolo uirum imitatus, pyræ incendio conſumpſerit. Qua hic Medorum, atq; Perſarum. Ille uera Babilonicum Chaldeorum, à fatidico ſcilicet ſacerdotio adpellatum, Regna ſibi uendicarũt. Huius proinde reges, uel ſolo Iudeorum exitio clari, propter imperij diuiſionem inter Monarchias non admittuntur. 3212.

Porro Phulbelochus Mananehem Iſrahelis regẽ tributo ſubdidit. Phulaſar, Achas rege Iuda ſponte ſibi ſubmiſſo, prouocante, Faceam Iſrahel regem, terra Neptalim, mulctauit, Raſiaq; Damaſci rege perempto, Damaſcenos in Cyrenem tranſtulit Salmanaſar, Oſea Iſrahel rege capto, Iſrahelis regnũ ultore, diu tollerante impietatẽ Deo, excidit. Reliqui Iudæ regnum tam diu afflixerunt donec Nabugdonoſor magnus, geſtorũ ſcilicet magnitudine Herculi comparatus, id omne, deuictis Syris, Aegyptijs, Libijs, & Hyberis, impiorũ flagello, deleuit. Hic 3319. tumcontra Deum cœli ſuperbiens, beſtiarum, ferarũq; conuictu humiliatus. Deo cuius omnes uiæ, iuditia ſunt uera & opera, quiq; ſuperbientes humiliare poteſt regnum cui uult dat, & auffert, benedixit, & gloriam dedit.

Anno Phulbel ſeptimo. Granaus, Macedoniæ regnũ reſtaurauit & eiuſdam quadrageſimo ſecundo Lydis, teſſerarum pilæ aliorumq; ludorum caupone, inſtitutoriæ, lanarum tincturæ, retiorumq; texturæ doctoribus, 3429. Ardiſſus fecit regnum, à Cyro, Cræſo ditiſſimo capto, deletum. Eiuſdem anno quadrageſimo ſexto Olympiades ſunt repetitæ. Is idem eſt annus uidelicet quadrageſimo ſexto Azariæ regis Iuda. Anno Merodach, qui Maſſem Iudæ regem caſtigauit treceſimo quarto. Homer. Græcorum Poetarum princeps Illiadem, anno ab illo denaſtato quinquageſimo finxit. Litteras Græcas emendauit & auxit tam ſero cepere ſapere Græci.

CHALDEORVM BABYLONIÆ reges, & Anni. Ex Metaſtene Perſa.

1. Phulbelochus. 48

Regnum Chaldeorum Medorum et Perſarũ.

2. Phulaſar. 25. 3212.
3. Salmanaſar. 18.
4. Sannacharib. 7.

Regnum Iſrahelis & Iudeorum deletum.

5. Aſaradon. 10.
6. Merodach. 51.
7. Benmerodach. 21. 3319.
8. Nabugdonoſor 35.
9. Nabugd. Magnus 45.
10. Euilmerodach. 30. 3429.
11. Regaſar 3.

Homerus poëta Græcorũ

12. Labaſardach 6.
13. Baltaſar. 5.

medorum

MEDORVM REGES, ET ANNI. EX METASTANE.

1. Arbaces.	28.	5. Arbianes.	22.	9. Apanda.	30.
2. Mandanes.	50.	6. Arceus.	40.	10. Darius & Cyrus.	12.
3. Soſarmon.	30	7. Artines.	22.	Facit 304. Annos.	
4. Articarmin.	50.	8. Aſtibarus.	20.		

ROMANI REGNI SVCCESSVS EX LIVIO.

ROMANORVM REGES *& anni, ex Euſebio.*



ROMANORVM REGES *& Anni, ex Euſebio.*

1.	Romulus.	38.
2.	Numa Pomp.	41
3.	Tul. Hoſ.	32.
4.	An. Mar.	23.
5.	Tar. Priſ.	37.
6.	Ser. Tul.	44.
7.	Tar. Super.	25.
		240.

ANno Phulaſar uiceſimo ſecundo à Troia deſtructa quadringenteſimo uiceſimo octauo: à Roma condita octingenteſimo ſeptuageſimo tertio: à Comero primo Rege milleſimo quadringenteſimo & duodecimo: à primo Iani in Vaticanũ receptu milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto Romulus, cui ab urbe nomen, quam à Roma fundatã, & adpellatã, regiã in tetrapolim conſtituit. Ex Albanorũ Regum genere natus, uir ferox occiſo fratre Remo, Tuſcorum auxilio, Romanum regnum, ſe rege primo, condidit. Quo firmato & aucto, Quirini numine in Deos euanuit. Has inter alias ſtatuit leges, nempe, Qui Romanus eſt, nullam ſedentariam exerceat artem, ſed militiæ tantum, & agriculturæ operam det. Mulier adultera, uel uinipota nece puuiatur. Parentes ante nuptias, relegandi, uendendi, & occidendi liberos ius habeant. Romanum itaq; regnum iniuria, uiq; conditum, Iano belli, paciſq; indice dedicato, tum pacis ſtudio primũ clauſo, religionis inſtitutæ cultu, pie, iuſteq; gubernandum, Sabinus Numa docuit Rex. Eidem pacato, ueteri Alba euerſa, ciuiumq; duplicato numero, Cælium addidit Tullus Hoſtilius è Tugurio, & ex Bubulco, Rex Romulo ferocior, regno ultro donatus, primus regum purpuratus, fulmine cum domo perijt. Hinc Ancus Marcius, Numæ tum genere, tum religione ex filia nepos, uictis Latinis, Auentinum & Ianiculum urbi coniunxit & Hoſtiam condit. Cuius ſuperſtites Filij Regno fraudati, fraudatorem poſtea interemere. Tarquinium Priſcum Corinthi profugum. Qui primus id ambitione, & oratione obtentum, regijs Hetruſcorum inſignibus uidelicet Corona aurea. Sella eburnea. Sceptro habente in cuſpide aquilam, Tunica purpurea duodecim Securibus & tubis, quibus etiam poſt exactos reges, præter coronam, & pictam togam, primi magiſtratus uſi ſunt. Centurijs item, & patribus auxit uictor, ac urbem muro clauſit. Cędibus igitur regno parari cœpto, idem ſibi Tarquinius, à Tyrannide Superbus Tullij Seruij Tarquin. Priſc. generi, è Serua nati Regis optimi Quirinalis, Viminalis, & Eſquilinij auctoris, Soceri ſui, ſocru, uxoreq; conniuentibus, impia cæde quæſitum. Contemptis ordinibus, legibusq; dum id ſolus, armis ſtipatus, regere conaretur, ut ſcelus ſcelere, proindeq; tyrannis libertate uindicaretur, is ob filij ſui Tarquinij Sexti incæſtum, cum uniuerſa domo ab aucta à ſe urbe eſt extruſus. Anno conditi regni ducenteſimo quadrageſimo.

Inſignia regia Ro.

GALLORVM SVCCESSVS EX LIVIO. & Iuſtino.



GAlli ferox & adeo inhumana gens, ut ad hominum pernitiem inter arma, ferrumq́ nata eſſe uideatur. Vniuerſum prope terrarũ orbem bello peruagata memoratur. Primum Paniæ ſub imperio, Galathe rege, Galathas in Aſiam poſuiſſe. Hinc ſub annum Nabugdon. M. circiter, quintum & Tarquin Pris. Ro. Reg. quindecimum mittente ſub augurio ex ſorore nepotes Ambigato Celtarum rege, Sigoueſus per Hercinium nemus Germaniam inuaſit. Belloueſus autem ſuperatis Iuliarum Alpium iugis, pulſoq́ tum in Rhetias ab hoc dictas Alpes, Rheto Tuſcorum principe, in Ciſalpinam Tuſciam à Gallis deinceps Ciſalpinam Galliam nominatam, Mediolano in agro ab Heduis Inſubribus Gallorum gente maxima cognomine Inſubrio condito, regnum ſtatuit. Hũc ſecuti Boij inter Padum & Alpes, & hos ſecuti Senones Galli inter Vfentem & Atheſim flumina ſedibus captis, Bergomum, Comũ Brixiam, Veronam, Tridentum, Vincentiam, atq́ nonnullas alias alpinas condiderunt urbes. Hij deinde conuenis Gallis aucti, Brenno duce, ſub Arthaxerſis M. imperij anno uiceſimo ſexto Cluſinis ex pugnatis fuſisq́ ad Allaim Romanis, Romam cæſis patribus, incenderunt. Dumq́ Brennus Capitolinæ obſidionis mille auri pondo precium à Manlio Capitolij, hic in decus & hinc dedecus ſuũ ſeruatore, iniquius exiegeret. Camillus exul Dictator adueniens, non auro, ſed ferro patriam redimendam Proclamans, arrepto auro, incendiũ Gallorum ſanguine reſtinxit, ciuibusq́, ne Veios tranſmigrarent, perſuaſis, urbem intra annum reparauit. Alter ingratæ patriæ Pater, adpellatus. Brennũ hunc Sueuorum Senonum ducem, & Siguini Viſuntinorum regis generum, in occupata Gallia Senonã Vrbẽ Senonum Sueuorũ nomine condidiſſe. Britanniam cepiſſe, Senones, Sueuos, & Galos in Italiam duxiſſe, Romam incendiſſe. atq́ memoratas ſubalpinas ciuitates ab ſe conſtructas, uel nouatas, eiſdem habitandas tradidiſſe. Allobroges item, & Auenzam, quæ uelut altera Troia fuerit, Heluetiorũ caput, tenuiſſe: Viterbienſis Gotfridus ſcribit. Hinc ab incenſa urbe anno Centeſimo octauo Seleuci M. quadrageſimo alter Gallorum dux Brennus quinquaginta milliũ peditũ & quindecim milliũ æquitũ exercitu in Aſiam, ad alterã numeroſam conceſſit ſociorum portionem, quæ Belgio Duce per Illyrios, inuinctas prima poſt Herculem alpes emenſa, Pannoniam inſedit.

Mediolanum conditum.

Roma incenſa.





BRENNVS



CAMILLVS

Hinc macedoniam, Orientis paulo ante dominam, Ptholomeo Ceraunos per parrici- *Ptholomei Macedonum regis exitus.*
dium rege, pacem, his uenalem, emere contemnente, perempto uendicarat, à Soſtene
rege fruſtra retuſa. Hij iuncta mox omnem Græciam, Aſiamq; terrore nominis ſui ter
ritarunt adeo, ut licitatam pacem, Reges ultro mercarentur. Vectigalia, ſtipendiaq;
tribuerent neq; ſua poſſe, uel tueri uel recuperare ſine gallico milite arbitrarentur.
Quo ſuperbiens Brennus, nil Xerxis qui quadraginta millium militum exitio, ſacri-
legium expiauerat, exemplum ueritus, Deos aggredi tentauit, Delphici templi cap
tus opibus, ſacrilegium excuſauit, dictitans, Deos non indigere, ſed locupletes ipſos
indigentibus elargiri debere. Vi ergo numinis proſtratus, ſe perfodit doloris impati- *Brenni exitus*
ens. Itaq; Galli rege deſtituti, fulminibus grandine, fame, peſteq; occiſi, rerum deſpe-
ratione. peremptis uxoribus, & liberis, in Græciam, & Aſiam diſperſi, Antigono Ma-
cedonum, & Attalo Aſiæ regibus parricidiorum pœna data, rurſus coacti, cum Ni-
comede Bithyniæ rege recuperatum regnum diuidentes, eorum pars Græcis mixta,
in detenta portione Gallogræcorum nomine uſq; ad ſuperatum Anti. M. permanſit *Gallorum diuiſio.*
uniuerſæ formidabilis Aſiæ: Pars ad Saís, Danubijq; confluentē Scordiſcorum adpel
latione reſedit, à Liuio Druſo uicta: Pars Tectoſagorum Toloſam patriā reuerſa, graſ
ſantem in ſe peſtilentiam, augurio docta, ſacrilegia præda Toloſenſem in lacum demer
ſa, ſedauit. Fuerat ea auripondo ſemel millena milia & centum milia quæ ſumma bre
uius & latinius dicitur Vndecies Centena millia, & argenti quindecies Centena mil-
lia à Q. Cepione Ro. non impune, eo ſcilicet, toto exercitu à Gallis interfecto, extrac-
ta. Hæc uero pars iterum prædæ ſpe, Pannoniam, ſpoliatis Iſtris, & ultra Gallogræciam *Gallogræcorum exitium*
repetiuit. à Cn. Manlio, deuicto per Scipiones Anthio. M. cui præſidia tulerat, è My-
ſio Olympo ſupra quadraginta millia. partim ꝑciptata, partim cæſa, partimq; exutis
armis diuendita, deſijt tota. Victoria hæc maioris, quam ditiſſimi imperatoris Anthi
ochi æſtimata. Certarunt nempe Romani cum finitimis de principatu, cum Carthagi
nenſibus de imperio, ſed cum Gallis de uita ſemper, donec intra Italiam à Marcello re
cepti, extra uero à Mario, Fabioq; cruentiſſ. cædibus adflicti, atq; poſtremum decem
nali bello in ſua patria à Cæſare ſubacti, gens hæc, Romana dominatione, linguaque
ſuſceptis, quietior, & humanior eſt effecta.

DVCATVS IVDA SVCCSSVS EX ESrahim, Ioſepho & Philone.

IVDA POST BABYL. CAPtiui. Duces & Anni, Ex Philone.



IYeroſolimorum Regno deleto, Gens & in Deum & in homines, & impia & ingrata, tum beneficijs, tum pœnis uiciſſim, inuicta maximis, Pars in Aegypto, ſed maxima pars in Babylonia, ſeptuaginta annos dura captiuitate oppreſ ſa, remiſſionem Dei miſeratione tum demum obtinuit. Vbi capta à Perſis Babylonia mox Darij, Cyriq; regum iuſſu, Barachias à ducato Zorobabel appallatus. Regis Ioakim ex filio Mezabele Salathiele nepos, Babylonia anno ante ſolutionemq; decimo ſeptimo natus tum generis tum ueritatis præconio dux Iudæorum factus, quadraginta duorū millium quadraginta et ſexaginta uirorum cenſu, Hieroſolimā cum Hieſu maximo optimoq; pontifice, patriam ciuitatem, templum patrias leges & ſacra reſtituturus conceſſit. Ab opere tamē aliquandiu, tum propter iniquas finitimorum uexationes & accuſationes, tum quod Iudith Hebræa uidua, truncato Holoferne duce, Bethuliam liberaſſet, & Iudæi fugientem tunc exercitum ditiſſ. *Captiuitatis Babyloniæ ſolutio.* *Holofernes cæſus.*

1. BARACHIAS Zorobabel. 58. 3501.

Heſter.

2. Reſa Myſciola 66.

3. Ioan. Ben. Reſa, 53. 3620.

Legis tranſlatio,

4. Iudas Hyrcanus. 14.

ſpolijs exuiſſent, Aſueri, cuius anno decimo tertio geſtum hoc erat, interdicto eſt impeditus. Sed & gens, licet interceſſore Ieſu, Darius Longus patris edictum relaxaſſet, ac templũ conſummare mandaſſet, quietem habere non potuit donec Heſter regina, Mardochei cognati ſenis conſilio, ei ipſi à marito Arthaxerſe M. pacem & libertatem impetrauit. Eius rei gratia Mardocheo, qui annos uixit, Centum nonaginta et octo hortante, Ioakim Pon. Ieſu patris ſui anno Pon Sexageſimo quarto, uitæ uero Centeſimo & triceſimo defuncti, ſucceſſor, Heſter & Phurim, ſed prius Iudith, & liberationis anniuerſariũ conſcripta, ſtatuit. Et Pon. in annum Arthaxerſis M. geſſit. Varia ſubinde ſorte reperandarum ſuarum rerum ſtudio dedita, cum Perſis ipſis in Alexandri M. poteſtatem uenit.

IVDÆORVM SVB GRÆCORVM IMPERIO ſucceſſus ex Ioſepho.

IVDA DVCES & Anni.

Alexandri apud Iudæos geſta.



5. Ioſephus primus. 7.

6. Abner Semei. 11.

Ptholomei dolus

7. Elych Mathathias, 12.

8, Aſar Maath. 9.

9. Nagid Artaxat. 10.

10. Agai Hellij 8.

11. Maslot Naum 7.

12. Amos Scirach. 14. 3712.

13. Mathathias Siloa. 20.

19. Ioſephus Arſes. 60.

Sacerdotũ ambitio.

15. Ianneus Hyrcanus 16.

ALexander M. è Tyro cruce purgata, Hieroſolymam profectus, Iudæis, Ioſepho duce, & Iaddo Pontifice, cum populo obuiam progreſſis, dum ſe ei benigne ſubmiſiſſent, audito Danielis, Perſarum imperium Græco uaticinantis, Vaticinio. Tum Pontifice, temploq; donis magnifice honorato, ſeptimi anni tributum relaxauit. Samariam tributo liberam adiecit. Thebaidis regionem cuſtodiam tradidit. Atq; tum præfecto dato, innoxie ceſſit. Sed ipſi paulo poſt occiſi præfecti pœnas recepere. Seleucus Nicator Iudæos in nouas ab ſe cõditas ciuitates tranſlatos, pari cum Græcis honore, ciuilitateq; donauit, & Aegyptijs caſtris præfecit. Ptholometus autem Lagi gregarij militis filius, & primus poſt Alexandrum M. ob uirtutem ex gregario milite rex Aegypti, capta per dolum Hieroſolima, magnũ Iudæorum numerum in Aegyptum captiuum duxit, à Philadelpho Ptho. accepta per ſeptuaginta duos Seniores diuina lege muneribus donatum, atq; relaxatum. Philopator Ptho. Iudæam ex improuiſo Sexaginta millium cęde captam, Antiocho M. uictori reliquit. Epiphani Ptho. ob contractam affinitatem redditam. Sic Iudæa cum Syriæ Aegiptiq; regum tum inteſtinis agitata diſcordijs, recepto Machabeorum Principatu, libertatem uindicauit.

MACHABEORVM SVCCESſus ex ſacra hiſtoria, Philone, Ioſepho. lib. 12. Cap. 6. 7. & 8.

IAnneo Hyrcano Iudæorũ Duce apud Ptho. Epiphanem gentis ſuæ negotijs implicito, fratres interea ſui per ignauiam, & ſeditionem Principatum, ſimiliter & ſacerdotes per auaritiam

ASMONAI PRINCIPES ET
Anni,Ex Phylone,



1. Iudas.
5. 3803
2. Ianathas.
19.
3. Simon.
8.
4. Ioan. Hyrcan. Priſ.
26.

ASMONARVM REGNVM.



1. Ariſtobulus Rex.
1.
2. Ianneus Alexander
27.
Solomon Alexan.
0.
3. Hyrcanus.
34. 3927.

REX IVDAEORVM.
HERODES.
31.

Summa annorum ab homine condito ad Criſtum.
3958.

auaritiam &, ambitionem Pontificatum exitioſe pertur-
bauere. Onianamq;,qui Heliodorũ imperialem exacto-
rem ſubitanea morte,diuinitus ob ſacrilegiũ percuſſum,
uitæ reſtituit, legitime,ſanćteq; Pontificatum gerente,
Simonis templi præpoſiti factione,Iaſonis item,qui Hy
eſus,Nam arrogantis ad gentium placita nominibus ſe
nominabant ſacerdotes,fratris ſui ambitione, tum Mene
lai,qui Onias, Simonis proditoris fratre ſcelere necato,
Siquidam in leges ſacras delinquere non cedit impune, *Hieroſo-*
Lyſimacho ſubinde ſacrilego Menelai fratre,tum proxi *lyma cap*
me Iaſone occiſis. Menelao iterum leges, &urbem pro- *ta.*
dente, Hioroſolyma ab Anthiocho Epiphane,tunc Ro-
manorũ iuſſu per Popiliũ ab Aegypti inuaſione repulſo,
capta eſt. Qua per triduum, ſine ulla, uel ætatis miſera-
tione Octuaginta millia hominum cæſa, quadraginta
millia uincta, nec pauciora pecorũ more diuendita ſunt.
Templũ mille octingẽtis auri talentis ſpoliatũ, & Olym
pij Iouis ſtatua fœdatum eſt: Hinc uero, quod omnium
fuit grauiſſimum, relicti ipſo rege cruentiores longe
Philippus & Apollonius præfecti, innumera hominum
multitudine feſto die trucidata,nec non ſacris prophana
tis omnibus,item & legis diuinæ libris decreto cõbuſtis,
& interdictis, Iudæos horrendiſſimis crutiatibus à pa-
trijs inſtitutis ad omnem gentiũ impietatem cogebant.
Quas ob impietates, tum principum, tum ſacerdotum *Mathathi*
delictis illatas, Mathathias Aſmonai ſacerdos in uico *as Aſmo-*
Modin,de uice Ioab Hieroſolimitis, Dei zelo cõmotus, *nai.*
Apollonio præfecto ſacrificante Iudæo ad aras occiſo,
cũ filijs & ſocijs in Syluarũ latebras ſe recepit. Vbidũ per
Sabbatũ inermes. opprimerentur, mille ſcilicet uiris
fumantibus globis in ſpecu ſuffocatis,decreuit. In ſabba
to repugandum eſſe. Tum illic moriens, filios ad-
iurauit, ut priſcorum exemplo leges, & patriam
uitæ proferrent. Iudas igitur cognomento Macha
bæus paterno iuſſu eum feris, & loco pabulo poti-
us quam cum legis deſertoribus communicaturus Cor-
reptis de domo Dauid principatu,ſimul atq; Pontificatu
paucis in annis patriam & ab hoſtibus, & à præuaricato-
ribus uiudicauit, leges & ſacra reſtituit. Romanam im- *Nicone-*
petrauit amicitiam, qua Iudæi omnium Origentalium *ris cædes*
primi libertatem,alieno dono,obtinuere. Tum pro legi
bus, libertateq; à ſe quæſita, pugnans, pugnando ſimul
& orando Triginta quinq; milibus cæſis, Nicanoris De-
metriani ducis caput in Hieroſolymorum arcem, mina-
cemq; dextram cõtra templum ſuſpendit,& linguam bla
ſphemam auibus diſcerpſit.Sic tandem uincendo uictus,
honorem quem uitæ prætulit ingenti cum laude eſt adſe *Simonis*
cutus. Eundem hinc Jonathas ſtrenue conſeruatum *interitus.*
& auctũ, Hieroſolima reſtaurata, Ptholomenſium dolo
cum mille millitibus interfectus,Simoni fratri reliquit,

Samaria diruta.

Quo poſt magnifica geſta, pacemque ab Anthiocho Sidete Trecentis auri ta lentis è Dauidis mauſolæo prolatis emercatam, à genero ſuo Hyericontis præ fecto Ptholomeo in conuiuio per dolum occiſo, Ioannes Hyrcanus priſcus filius in ſo rorium, cuius manum uix euaſerat, matris magnanimæ, fratrumque commiſeratione uindictæ fruſtratus, Romano fœdere renouato, Ducatum cum Pontificatu, ſic geſſit, ut filio reſumendi regni uires magna Iudæorũ fælicitate parauerit. Primus Iudæorũ externo, mercenarioꝗ milite uſus, Idumæis uictis, Iudæorũ ritum præcepit. Samari am, ab Herode Sebaſte nominare reſtauratã, euertit. An. Cyriceno, ac duobus eiuſdem ducibus profligatis, Gentem ſuam à Syrorum imperio liberauit. Sub id tempus Ptho lomeus Phyſcon Iudæos Alexandrinos, quod Onia duce Cleopatram uiduam regi nam tuerentur, Sexaginta millia cedi ſuperſtites, cum uxoribus, & liberis elephan tibus peſſundandos dum obieciſſet, tum auerſæ beſtiæ obiectos contriuere.

MACHABEORVM REGNI SVCCESſus, Ex ſacra hiſtoria. Et Ioſepho.

Iudæorũ clades

Alexan crudelitas.

Hieroſolyma capta.

ANno à regni Deſolatione Quadringenteſimo octogeſimo tertio Ariſtobu lus Hyrcani priſci filius Principatu inito, Regium diadema reſumpſit. Vir regno quidem utilis, Itureos circumcidit uictos. In matrem uero, & fratres regnandi cupidine, crudelis, crudeli morbo defunctus, Ianneo Alexandro è fratris carcere ſoluto ſe longe crudeliori, adeoꝗ truci, ut Trucida uoca retur, regnum dimiſit. Quo ille ſuſcepto, mox fratrem regni adfectu inſimulatum, ne cauit. Contra Pthol. Latyrum, atꝗ Demetrium Reges, grauiſſ. militum, gentiꝗ iactura, ſcilicet plus ſexaginta milibus ammiſſis, mulieribus & pueris ferro, & igni coctis, pugnauit. Tum ira in captam Gazam relata, Syrorum regum exitio adiutus, omnẽ Syriæ orã à Stratonis turri ad Rinocetãuſꝗ, cũ Mediterraneis ciuitatibus, per Põpeiũ Syriæ poſtea reſtitutis, ſuæ ditiõis fecit. Ab Arabibus, Moabitis, & Galaaditis tributa uictis exegit, Antipatrũ Herodis M. patrẽ Idumæis præfecit. Externis, inteſti niſꝗ bellis ſemper agitatus, intra ſex annos mille ſeniores, & plebis Qinquaginta mil lia peremit, Ex rebellibus ciuibus, Bethamitis captis, octingentos potentiores Hiero ſolymã ductos, concubinis adcumbens ipſe, in plateis crucifigi, uxores eorum & libe ros corã occidere iuſſit. ſexies mille ſolẽni ſacrificio deridentiũ ſe trucidauit. octies mil le ſpontaneo exilio adagit. Interroganti, quid ſe uellent, audacter reſpõderunt, nil, niſi mori. Militans, triennali quartana, cruce dignus, extabuit. Hinc mariti commiſſione, Tyrannidem exoſa, regnans Solomon, uiri nomine Alexandra, fœmina prudens Pha ryſęorum, quibus tum ſumma uel conferendi, uel nocendi erat apud populum antho ritas, uſa præſidijs, Hyrcanum filium pontificem dum creaſſet. Isꝗ tum, ea glorioſẽ defuncta, regnaret. Ariſtobulus ambitioſus, cruenta pro regno diſcordia contra fra trem, & Phariſæos etiam uiuente matre, ſuſcitata, fratre cum Antipatro ad Arabas pulſo, tyrannidem agens, à pompeio Magno, Hieroſolyma Viginti duum millium cæ de, murorumꝗ deiectione capta, cathenatus, Hircano anno regni ſui primo, ſub Ro mani præſidis agnitione reſtituto, atꝗ poſtea per Cæſarem confirmato, cum filijs in tri umpho Romam eſt productus. Atꝗ poſt alteram à Gabinio captiuitatem, cum à Cæſ. dimiſſus, tum à Pompeianis interfectus. Et ab eiſdem Alex. filio regno innixo, ſubla to, Antigonus alter filiorum Roma per fugam elapſus, mille talentis, ac quingentis uirginibus puellis comparato Parthorum auxilio, captum patruum, ne ſcilicet Ponti ficatu fungi poſſet, auribus mutilatum, iterum Parthis tradidit, anno regui ſui trice ſimo quarto. Hircano igitur in Babyloniã ducto, Herodes Iudææ Tetrarcha Romam

fugatus

fugatus, M: Antonio patrono, Iudæorum regno impetrato, eoq; tum inuitis Iudæis initio Hieroſolymam triennij pugna Anto: præſidio cœpit cum Antigono, ab Anto: mox ad Herodis gratiam occiſo. Subinde clarus Aſmonai Principatus, agnatorum diſcordia, finem habuit anno à Iuda Centeſimo Viceſimo nono à repetito regno ſeptuageſimo primo.

Iudæorũ regni interitus.

HERODIS MAGNI SVCCESSVS.

HErodes Magnus Aſcalonita Aſmonai ſeruus, Antipatri Idumæi plebei uiri, nec quicquam ad Iudæos pertinentis filius, ab eo Galilææ dux, uir foris, quam domi felitior, Iudæis inter ſe pro regno digladiantibus, ipſe ob fidem tum à patre, tum à ſe Romanis ſeruatam, ab Antonio & Octauio Cæſare anno imperij decimo, Iudæorum rex declaratus, Gallicis atq; Germanicis militibus, Cæſ: dono ſtipatus, in inuitam gentem annos Triginta unum deſæuit cruentiſſ: Porro Tyrannidis anno Viceſimo ſexto Hyrcanum, à quo iam pridem multis beneficijs affectus, & à parricidij ſupplicio liberatus fuerat, legitimum regem, octoginta annorum ſenem uirum optimum, & innoxium, etiam ab hoſtibus cultum, ad Iudæorum gratiam ſocerum ſuum, diſſuadentibus amicis, generi falſum confidentia, è Babylonia Hieroſolimam reuerſum, poſt multas, ſed immeritas perpeſſas calamitates. Socrum item, & Ariſtobulum Leuirum ab ſe Pontificem factum Vxorem item Mariannem cum duobus ex ea filijs ſuis, regno timens, impie necauit. Anno triceſimo Zanederim, qua tunc ſceptrum Iudæ penitus eſt ablatum, Proſelitis, atq; Phariſeis ſuffectis, domus Dauid aboleuit. Nec nõ & tribum Iuda, omnemq; Dauidis germen, eo quod iam natus eſſe diceretur, Chriſtus in lege promiſſus, extirpare conatus, Salomæ ſororem cum marito de tribu Iuda. Item & filium ſuum è coniuge tribus eiuſdem genitum, Atq; poſtremum Chriſto iam nato, & in Aegyptum angeli monitu ſeruato, cunctos infra bimatum Bethlehem oppidi Iuda maſculos neci tradidit. Vnde exprobrabat Cæſ: melius, inquiens, eſt Herodis porcum eſſe quã filium. Principibus deniq; legitimis ablatis, ſacra quoq; lege prophanata, ignauum populũ prophano gentium ritu corrupit. Iacob igitur patriarchæ uaticinio completo, Iudæi ſeuiſſ: tyrannide feſſi, ultro, fide data, ſeſe ei, ac poſteritati ſuæ dediderunt. Hinc legitimo principatu in ſua ſtirpe regnatum annis, Centum & tribus ipſe uero, poſtquã Hieroſolymam ſplendidis ædificijs, & duplo quam fuerat, anguſtiore templo exornauit, aliquot item ciuitates uel condidit, uel inſtrauit, uel amplificauit. Parrhicidiorum, innoxijq; cruoris pœnas à uermibus, exurenteq; tabe miſere corroſus, exegit. Anno, poſt Triginta unum annorum tyrannidem, legitimiq; regni ſexto. Cuius legitimi ſcilicet regni anno primo, & ab homine cõdito Ter milleſimo noningẽteſimo quinquageſimo nono, natus eſt Chriſtus Ieſus Dominus noſter, in ſecula benedictus.

Zamederim extincta.

Infantiũ cædes.

Chriſtus natus.

IVDAICÆ SVCCESSIONIS FINIS.



HERODIANI IVDEORVM REGNI REGES ET ANNI.

1. Herodes. M: 37.
2. Archelaus 9.
3. Herod: Tetrar: 22.
4. Agrippa Priſ: 7.
5. Agrippa iunior. 37
6. Agrippa ultim: 30.

Summa. 132.

MONARCHIA II. PERSARVM.

SECVNDÆ MONARCHIÆ PERSICÆ ſucceſſus ex Herodoto, Euſebio.



Medorũ regñi fi nis.

PERSARVM MONARchæ, & Anni. Ex Metaſtene Perſa:



1. Darius Cyrus.
 2.
2. Cyrus ſolus
 22.
3. Priſcus Arthaxerxes Aſuerus
 20.
4. Cyrus Artabanus. menſ: o.

DArius Iſtaſpis uirtute quam genere clarior Perſa, Perſarumq; præfectus à Medis defectionis impetus aſcito in rem fratre Cyro uictor, Apandam, quem Græci Aſtiagem uocant, ſegnem regem ſuum captum, Hyrcanis præfecit. Ac regni titulum, Medis ablatum, Perſis adſcripſit. Hac occaſione ut Iuſtinus & Oroſius commemorant Aſtyages rex Medorum uirili prole uacuus Cyrum nepotem, ad Perſas relegauerat, quem & auus paruulum ob ſomnium occidi iuſſerat ſed beneficio Harpagi ſeruatus fuit, quo regem Aſtyagem ſic offendebat ut filium eius unicũ & paruulum interfecerit epulandumq; patri appoſuerit, ac ne quid infœliciſſime orbitati fœlix ignorantia ſubtraheret, infames epulas, oſtenſis Patri cum capite manibus, improperauit, in ultionem ſeruati nepotis. Sed Cyrus his cognitis poſtquam adoleuit, congregata Perſarum manu, auo certamen indixit, Porro Aſtyages ſceleris ſui oblitus, quod in Harpalum amicum dudum admiſerat, ipſi Harpalo ſummam belli cõmittit, qui acceptum exercitũ, poſtquam dolorem illatum diſſimulauerat, odiumq; regis in uindictæ occaſionem diſtulerat, nactus iam oportunitatem regis crudelitatem perfidia defectionis ulciſcitur, confeſtim Cyro per deditionem tradidit, Quo comperto Aſtyages raptis ſecum copijs in Perſas ipſe proficiſcitur, acriuſq; certamen inſtaurat, propoſito ſuis metum, ſi quis è prælio cædere moliretur, ferro exciperetur, qua

neceſſitate

PERSARVM MONARchæ & anni.

5. Darius Longiman: 37. 3522.
6. Darius Nothos. 19.
7. Arthaxerxes M.
8. Darius Mẽnon fil: 55.
9. Arthaxer: Ochus. Fratres. 26. 3262.
10. Arſes. 2.
11. Darius. 6.

neceſſitate inſtanter Medis pugnantibus, pulſa iterum Perſarum acies, cum paulatim cederet, matres & uxores eorum obuiam occurrunt, orãt ut in prælium reuertãtur cunctantibus ſublata ueſte obſcœna corporis oſtendunt rogantes num in uteros matrum uel uxorum uelint refugere, Hac repreſſi caſtigatione erubeſcenteſq; in præliũ redeunt & facta impreſſione, quos antea fugiebant, iam fugere compellunt, Ibi tunc Aſtyages capitur, cui Cyrus nil aliud quam regnum abſtulit, nepotemq; in illo ſe magis quàm uictorem geſſit, eumq; maxime Hyrcanorum genti præpoſuit, & fuit is finis imperij Medorum. Regnũ enim Aſſyriorum à Sardanapalo per Arbactum exortũ & acquiſitum in Medos concedebat. Belochus tertius militiæ princeps & clandeſtinus Sardanapali hoſtis, cum Arbacto Medorum principe partitus erat Monarchiam Aſſyriorum ea lege ut Belochus Babyloniam, Arbactus Mediam & Perſas regeret, itaq; interfecto Sardanapalo diuiſa eſt Monarchia, & apud Medos regnauerunt Arbactus annis xxviij. Poſt eum Mandanes annis quinquaginta, Soſarmos triginta, Articarnim quinquaginta, Arbiones uiginti duobus, Arceus quadraginta, Arthines uiginti duobus, Aſtybarus cum Apanda filio uiginti, Apandag Aſtyages ſolus triginta, quo deuicto Cyrus & Darius regnarunt in Perſidæ annis ſex, inde alijs ſex Perſico regno reſignato Cambyſi filio, Sexenale bellum Tomyri regnis Scytharum intulerunt, ſexto anno à Babylonijs euocati atq; Baltaſſare interfecto, in qua regnatum fuit annis quatuor & trecentis uſq; ad Baltaſſar interfectum, deinde reunitam Monarchiam penitus in Perſas tranſtulerunt. Totidem etiam annis regnatum eſt apud Babylonios primus rex Phul Belochus 48. Pulaſſar 25. Salmanaſſar 17. Sennacherib 7. Aſſar adom 10. Ben Merodach 21. Nabuchodonoſor primus 35. Nabuchodonoſor Magnus 45. Amilinus Euilmerodach 30. Dein filius eius primus Regaſſar 3. Secundus Labaſſar 6. Tertius Baltaſſar quinq; annis. Inde Cyrus Boſphoro ponte cõmiſſo, quos imperij cupidine inuaſerat, à Cymerijs Scythis Nonaginta millibus amiſſis, fugatus, cum reliquo, qui fuerat Septingentorum millium, nauium ſexcentarum exercitu, magnam Aſiæ partem, Iones & Macedoniam non impune domuit ſcilicet trecentis millibus ad Marathonam à Milciade Athenienſium duce fuſis. Tum reparatis uiribus, Baltaſare inerti Chaldęorum rege deuicto, Aſiani imperij caput Babyloniam ſubegit. Qua miris artibus capta, reunitam Monarchiam in Perſepolim Perſarum regiam tranſtulit, anno ab ea diſpertita triceſimo quarto & regni ſui duodecimo. Vbi mox anno Monarchiæ primo. Iudæi, Barachia duce, muneribus, ſacris uaſis, & liberaliter donati, ſecundum prophetarum oraculum ad urbis, templiq; reſtaurationem in patriam ſunt remiſſi.

Chaldæorum regni finis.
Iudæi liberati.

Interea uero Cambyſes ſæuus, à miti patre Cyro, Perſico regno ſex annos præfectus, ob negatam filiam, Amaſim ex plebeio fœlicem, admirandæq; prudentiæ Aegypti regem, qui ſcilicet ab omni regni ſui incolis iuſti uictus uitæq; rationem exigebat. Aegypto ſubacta, defunctũ iã uicit, quia Perſarũ dinaſtæ centũ quinquaginta annis imperarũt Aegypto, mox Aethyopas uictos addidit Rex ſæuus inter multa ſæuiter acta, ut ſæuo, ita iuſto exẽplo, pellẽ falſo iudici qui Siſannes appellabãt detractã, ſubfecto in iudicẽ excoriati filio, ſubſtrauit tribunali adfixã. Fratrẽ atq; ſororẽ occidit. In Aegypto Deorũ ædes demoliens, ad Ham̃onis ædem harenarum turbine obrutus,

Falſus iudex excoriatus.



Cyri interitus. impietatis pœnam luit. Dario autem ſecundo imperij anno defuncto, Cyrus Impera-
tor Clariſſ: orientis Imperio contracto, ultionis conatus aduerſus Thamyrim uiduam
Maſſagetharum reginam, Coniugium, quod regnũ, non ſe, peti, crederet, recuſatam,
protulit Huic pridie filium cum toto exercitu, uino prius quam ferro dum fudiſſet,
altera tum cæde ab ea, cum ducentis millibus Perſis ita eſt extinctus, ut ne ullus qui-
dem tantæ cædis ſuperfuerit nuncius. Tum illa triumphans regio capiti in utrem hu
mani cruoris plenum, iniecto, exprobauit, inquiens: Satia te cruore, quem tantopere
ſitiſti Cyre. Huiuſce uero ſtragis, uindictæ fruſtratus Darij filius, Artaxerxes, Aegy-
pto recepta, Græciam, tũc uiris, literis, & armis illuſtrem terreſtri Centum ſeptuagin
Spartanorum interitus. ta myriadum exercitu, nauiumqꝫ mille & trecentarum Imperator ipſe forma, robore,
conſilioqꝫ præſtantior omnibus, adgreſſus, à Leonida Spartanorũ duce ſexcentorum
manu, non uictoriæ ſpe, ſed mortis ultione apud inferos cænaturo, in quartę diei con-
flictu, uicendo inedia, laboreqꝫ cũ defatigato, tum deuicto, à Thermopylis in maria re-
pulſus, Athenas, trucidatis ad unum incolis, combuſſit. Inde ad Salaminam, quò de-
ſolata patria confugerant Athenieſes, ab eorũ duce Themiſtocle parua claſſe uictus.
quem paulo ante terra, mareqꝫ uix ſuſtinuerat, unica ſcapha in Perſas trepida fuga re-
latum, Artabanus filius, & hunc ſeptimo cruenti imperij menſe regni competitor in
terfecit Longimãnus frater. Hic Danielis ſexaginta nouẽ hebdomadæ, ab anno Lon-
giman: decimo nono inceptæ, In Tiber: quindecimum Cæſ: finientur apte: Artaxer:
Magnus Lon: nepos Imperij, uitæqꝫ diuturnitate prouintiarũ Centũ Viginti ſeptem
Vxorum Centum & quindecim & pellicum quadringentarum numero filiorũ item
Centum uiginti quinqꝫ & ex illis quinquaginta cum liberis & uxoribus affectati par
ricidij criminatorum cæde. Tum & Iudæorum, atqꝫ Græcorum pace, liberateqꝫ me-
Iudæis et Græcis libertas data. morandus, Ochum filium reliquit, ſucceſſorem omnium, qui Perſis imperarunt cru-
deliſſ: adeo inquã ut is à crudelitate nominis ſui perpetuitatem quæſiturus, octogin-
ta fratres occiderit, ac matrem uiuam humauerit. Idem Apodaſmo capta, Iudæos ad
Caſpium fretum in Hircaniam tranſtulit. Sydonem euertit & Aegyptum rebellem
cohercuit. Sed inſtabili humanarum rerum uiciſſitudine urgente, dum unanimis, ſtre
nuaqꝫ uirtus regna parit, regna interim perdit diſcors, & iners otium. Sic ab Aſſyrijs
per Medos ad Perſas, & nunc à Perſis, per Græcos Perſico luxu reſolutos, ad Macedo
nas ante uix ipſo uocabulo cognitos, Aſiani imperij ſumma tranſiuit.

Græcorum

GRÆCORVM SVCCESSVS.

Græci porro, qui olim Sycionici Regni uetuſtate gloriabantur, mox exciſa Troia, Aſſyriorum declinante imperio, claris rebus ſtudere ceperant, ſub Perſarum imperio, licet magnis ſæpe cladibus afficerentur, ita ſtrenue tamen decertarunt, ut recuperata per Xantippum Ionia, cum pace libertatem à M. Artaxerſe reciperent. Præter id uero, quod uniuerſæ ſapientiæ, Imperio, ut Cyrus aiebat, quantumuis amplo anteponendæ, profeſſoribus, cunctas facile ſuperarent gentes. Præcipue tamen horum inter alios, ducum uirtute floruere, ſcilicet callidiſ. Liui: temerarioq; Themiſtocle, & huic natura diuerſo, paupertatis amatore iuſto Ariſtide. Item Cymone, qui à puero ſtultitiæ ſuſpectus, at erga miræ fortis patrem mira pietate memorandus. Dux, liberalitate, pomaria ſua publicabat. Fortitudine, Perſarum fregit imperium, & oſtrachiſmi poſthabita iniuria, uictor occubuit. Pericle, ut belli ſuaſore ſæuiſſimo, ita pacis Nitia mitiſſ. Alcibiade Aegyptiæ terræ ſimili. Epaminunda, qui dum ſibi nil, ſed ciuibus omnia geri dictaret, ſuo deficiente, è publico ſumptu funeratus extitit. Cum eo uero, Conone, & Ageſilao uti corpore claudo, ita animo in omni uirtutis genere clariſſimo rege, omnis Græcorum gloria defloruit. Poſt horum nempe ducum obitum, Græci ab armis ad otia, & à caſtris ad theatra uerſi, meliores uerſificatores, quam duces dum euaſiſſent. Macedones interea, prius obſcuri, atq; ſola uoce noti, Philippo Rege, qui Thebis obſes, Epaminundæ, Pelopidarumq; uirtutibus imbutus erat, unanimes & exercitati, diſſidentes & ocioſos Græcos, & hinc luxuria uictos Perſas ſubiugarunt. Ex memorandis Ageſilai dictis ſunt, Melius eſt regem quam regnum claudicare, Imperatoris eſt, non ſe, ſed exercitum dictare. Veri officium regis eſt, quam plurimis benefacere. Pulchrum eſt mœnia, ſed pulchrius expugnare uoluptates. Dij non magis caſtis templis, quam iuſtis mortalium operibus delectantur. Græciæ uero ciuitates, authore Iuſtino, dum imperare ſingulæ cupiunt, Imperium omnes, amiſerunt, inq; mutuum exitium ſine modo ruentes, ab omnibus uictæ, periere, quodq; ſingulæ amitterent, non niſi oppreſſæ ſenſerunt. Porro Philippus Rex Macedoniæ, ueluti uulpecula quædam, libertati omnium inſidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo, uictos pariter, uictoresq; ſubire regiam ſeruitutem coegit ante mercator Græciæ, quam uictor effectus. Vltimis igitur Athenienſibus, quo die uniuerſæ Græciæ dominationis gloria, uetuſtaq; libertas finem habuit, deuictis, Ille ciuitatum ducenta millia, peditum equitumq; quindecim millia, auxilia contra Perſas deſtinata, conſcripſit. Quibus coeuntibus, dum nuptiarum filiæ ſpectaculis inter Alexandros filium ſcilicet & generum Epiri Regem intendit, à Pauſania nobili adoleſcente, in illati ſtupri uindictam, adultera Olympiade, ob repulſam, conſcia, eſt interfectus, non impune quidem quandoquidem interfectore crucifixo, reliqui cædis conſcij ad regis tumulum Alexandri iuſſu ſunt occiſi.

Illuſtres duces Græcorū

Philippus Macedoniæ rex.

Pauſaniæ facinus.

TROIANORVM FRANCORVMQVE IN GERmania Regnum ex Tritemio.

ANno à deuaſtata Troia Milleſimo ducenteſimo uiceſimo ſeptimo Franci Troianorum reliquiæ, in Scythia ad Danubij oram à Gothis, Antenore rege cęſo, profligati, Anno Darij Longiman. triceſimo ſecundo, & ante Chriſtum quadringenteſimo & quadrageſimo, Marcomiro rege Germaniam

SYCAMBRORVM, SEV *Francorum Reges & Anni ad Chriſtum. Ex Ioanne Tritemio.*

Neomagum.



1.	Marcomirus.		28.
2,	Antenor 1.		30.
3.	Priamus 1.		26.
4.	Helenus 1.	19.	103.
5.	Diocles.		39.
6.	Helenus ij.		14.
7.	Baſſanus M.		36.
8.	Clodomirus 1.	18.	218.
9.	Nicanor.		34.
10.	Marcomir. ij.		28
11.	Clodius 1.		10.
12.	Antenor 1.		16.
13.	Clodomir. ij.	20.	318.
14.	Merodach.		20.
15.	Caſſander.		21.
19.	Antharius.	35.	402.
17.	Francus.		28.
18.	Clogius.		10.


maniam numeroſa multitudine ingreſſi, ad Rheni fines inter Saxones regno poſito, deinceps per noningentos annos magnam Europæ partem, præſertim Germaniam & Galliam armis obtinuerunt. Hijs Regibus, quorum ſecundus poſt Marcomirum, Antenor, Cambram, Belini Britanniæ regis filiam uxorem duxit, à qua poſteris regibus, ac genti Cymbrorum ſeu Sycambrorum nomen inditum extat. Neomagum & Neopachum regni ſedes condidit. Vbi gens, Scythica lingua relicta, Saxonicam recepit. Septimus Baſſanus Magnus, & iuſtus adeo, ut filium ſtupri damnatum, contemptis omnium præcibus, ſua manu truncarit, inquiens fili, non ego, ſed leges te necant. Baſamburgum conſtruxit. Theobarinum Treuirorum Regem cæcîdit, è Comitijs in Deos euanuit. Decimusſeptimus Francus, à quo Franci, deinde & Teutones dicti, perpetuo cum Saxonibus, atque Thuringis fœdere pacto, mox ſocios Saxones à Gothis octoginta millibus cæde liberauit, tum Gallos regni ſui inuaſores ducenties millenos ſtrage retudit, anno regni ſui uiceſimo quarto, à M. Lolio Ro. Auguſti legato octodecim millium Saxonum cæde uictus, quieuit. dedititi tunc Sueui, atque Sycambri Cæſ. iuſſu, anno ſcilicet imperij ſui uiceſimo ſeptimo, in Galliam ad Rheni finitima ſunt translati.

MONARCHIÆ TERTIÆ GRÆciæ, ſucceſſus. Ex Euſebio, & Appiano.

GRAECORVM MONARCHAE, *& Anni. Ex Euſ. & Appiano.*

Alexandri exercitus.

Darius uictus.



1. ALEXANDER. M. 6.
2. Seleucus Nicator. 42.

ALexander à rerum geſtarum magnitudine cognomento Magnus uiceſimus tertius Macedonum Rex, æqua cupiditatis ſuæ fortuna fretus, paterna cæde uindicata, regnoque pacato, exercituque ad hoc bellum à patre Philippo imperij fundatore, comparato, peditum, uidelicet Triginta duorũ millium equitũ, quatuor millium & quingentorum & nauium Centum octoginta duarum, nullo duce Sexaginta annis minore, ut in pedibus nulli, ſed in lacertis uictoriæ ſpes eſſet omnibus, admirabili pollebat, animi magnitudine orbem terrarum adgreſſus, hoſtium ſemper uictor, Perſicam Monarchiam Dario tribus prælijs in totidem annis cum quindecies centenis mill ibus bellatoribus interfecto, Perſepolique capta, atque tum ebrij conſenſu imperatoris, meretritia Thaidis manu, in Athenarum patrię ſuę uindictam, combuſta, In Græciam cum Perſepolitana. Suſianæ pari gaza decem millium mulorum, & quinque millium camelorum iugis uecta tranſtulit anno regni ſui ſexto, & à Cyro M. Centeſimo nonageſimo primo difficile creditu, ex una eademque gẽte tot eſſe peremptos, è qua non multo prius, decies nonies centena millia conſumpta fuiſſe cõſtat. Hinc Indos, Poro Rege cũ ſexcẽtis Regijs, Et quadringẽtis turritis Elephãtibus capto,

Græcorum Monarchæ & Anni.

3. Antioch. Sother. 10. 3701.
4. Antio. Theos. 15.
5. Seleu. Gallinicus. 20.
6. Sele. Ceraunos. 2.
7. Antioc. Magnus. 37.
8. Sele. Philopator. 12.
9. Antio. Epiphanes. 11.
10. Antioc. Eupator. 2. 3800.
11. Demetrius Sother 12.
12. Alexan. Balans. 10.
13. Demet. Nicator. 3.
14. Anti. Sidetes. 9.
Demetrius Ni. 4.
15. Anti Griphus. 12.
16. Anti. Cyricenus. 18.
17. Philippus & frat.
18. Demet. Ceraunos 2.
19. Tygrane. Armenius 18.
20. Anti. Euſebius. 4.

capto, & reſtituto, tum & immaniſſimus Scythas, Zopirione duce cum triginta millibus amiſſo, uicit. Verumtamen, qui annis duodecim maximo tum ſui, tum innumerarum gentium periculo, imperium uix, nec ſufficiēs adquiſierat, à toto inuictus Oriente, occidentem animo uincens, terrarum omnium ſeſe Regem, & adorandum mundi Dominum adpellans, Babyloniæ anno florentiſſimus ætatis ſuæ triceſimo tertio, Perſico luxu, uino, furore, ſuorum inſidijs, fraudeqꝫ uictus, inuicto mortem animo tulit. Alexandriæ ab ſe conditæ, Ptholomei obſequio ſepultus. Septempedali tunc ſarcophago ſatiatus, cui mundus unus nimium anguſtus fuerat. Subinde relictum imperium, ut breui coactum, ita, ſed breuius in ducum numerum diſtractum, Rurſus ab Athenienſibus bello cepto, multo ſotiali cruore, mutuaqꝫ ducum & hæredum conſumptione, Solo uel Romano ex ſocietate, Aegypti Regno ſaluo, cæſo præclaro Ponti, Thratię, ac Macedonię Rege ſeptuaginta quatuor annos nato Lyſimacho, inuictorū uictorē Seleucū Antiochi Ducis filium. Alex. caſtrorū præfectū & Babyloniæ, uicto Peuceſte, Satrapam, recoactū, ſeptimo à parta uictoria menſe iterū diſtractioni relictum eſt. Victore ſcilicet ſeptuaginta ſeptem annorum perfidi Ptholomei Ceraunos, quē ex Aegypto pulſum, tanquam filium aluerat, inſidijs interfecto. Qua Ptholomeus hic Phyladelphi Ptholomei regis frater, Macedonia potitus, tum à Gallis obtruucatus, horrendorum parricidiorum pœnas luit. Extinctis itaqꝫ iam uniuerſis Alexandri Comitibus, E tribus præcipuis regnis ex imperij diuiſione ſuperſtitibus, Macedonico ſcilicet, Aegyptio Ptholomeorum, & Aſiatico Seleucidarum, Aſiaticum, ſeu Syriacum, proxime Alexandri potentiam æquauit. Seleuci à ſtrenuitate cognomento Nicatoris, uiribus à Phrygia ultra Indum fluuium, Sandracoto Indorum rege ſuperato, prolatum, atqꝫ tum illuſtriſſimis urbibus pro imperij magnitudine ab ſe, ſuo parentum uxorum aliorumqꝫ nomine conditis auctum. Mox ignauorum ſucceſſorum, cognatorumqꝫ Aegypti, Macedoniæqꝫ regnum mutuis, & odioſis ſeditionibus, & nefarijs parricidijs laxatum, Pars ultra Eufratem, uidelicet Babilonia, Meſopotamia, Media, & Perſia, Parthis, Scytarum exulibus, Arſace ex latrone præſtanti rege creato, ab Anthi. Theos defectis in regnum ceſſit, deinceps Perſarum, Saracenorum, Turcarum, atqꝫ Tartarorum nomine, ſæpe licet retuſum, inuicte tamen auctū, atqꝫ ſeruatū. Pars autē intra Eufratem in uiginti duo ſecta, Pompeio M. uictore, Romanum ſuſcepit Imperium. Anno Alexandri M. ducenteſimo quinquageſimo octauo, & ab urbe condita Sexingenteſimo octogeſimo quarto.

Porus Indus uictus.

Alexandri interitus.

Alexandria condita.

Lyſimachi regis cædes.

Ptholomei dolus.

Sandracotus Iudeorum rex.

Regnum Parthorum.

MONARCHIAE III. FINIS.

ROMANI

ROMANI CONSVLATVS INITIA atq; ſucceſſus; Ex Liuio.



LVtius Iunius Brutus, Tarquinij Regis ex ſorore nepos, dum ab Auunculo fratrem cum aliquot urbis primoribus interfectum eſſe didiciſſet, Videretq; prudentiam Tyrannis ob noxiam perparum, cum iuris, tum ſecuritatis habere, permultum uero, innoxiam ſtultitiam. Stultitia igitur ſimulata, Bruti cognomẽtum, Delphicum munus, & oraculum tunc explicuit, quando ſcelerato Lucretiæ Tarquinij Collatini cognati ſui uxoris pudiciſſimus ſtupro à
Lucretiæ interitus. Sexto Tarquinio Regis filio patrato, concitatus, in Regium excidium ſacramento per Deos, perq; innoxium ſanguinem atteſtato, coniurationem prouocauit. Qua mox regali familia, agro Marti dedicato, regioq; execrato nomine, urbe eiecta, à Comitijs Primus ipſe cum Tarquinio Collatino Conſul creatus eſt, anno Cyri Magni quinto, à Romulo ducenteſimo & quadrageſimo. Subinde ut non minor libertatis uindex, quoniam cuſtos haberetur, Collegam Regiæ cognationis abdicauit. Filios atq; nepotes ſuos regiæ factionis ſuſpectos, Quo nil patriæ præferendum eſſe graui doceret exemplo, reiectis populi præcibus, uirgis cæſos, ſecuri tradidit. Conſpirationis indicem Vindicium præmio libertateq; donauit. Hinc urbe pacata pro libertate contra exules bellans, ſuper interfectum à ſe hoſtem occubuit. Collega, quo adiutore reges
Bruti obitus. eiecerat ille, uiro laude digno Valerio Publicola triumphante, annuo matronarum luctu, pudicitiæ uindex, extitit celebratus. Quibus initijs Romanum imperium intra quindecimum lapidem finitum, Conſulum, aliorumq; popularium magiſtratuum prudentia in totius pene orbis Monarchiamglorioſe fuit euectum. Porro in exilium acto cum tota ſua cognatione Tarquinio rege, Primum aduerſus exules pro libertate, hinc contra confines pro finibus, atq; poſtremum contra exteros pro imperio, bella per quingentos annos, Iano duntaxat ſemel clauſo, ex bellis ſuccidue nata, uictrici
Inſigniora Romanorum belli. diomæ Monarchiam peperere, Conſcribit illam inſignioribus quinquaginta ferè bellis compendioſus ſimul & literatus Lutius Florus. Quorum primum Hethruſcum, Porſennam regem, Tarquinorum hoſpitem, Bruti Valerij Cos. Coclitis, Sceuolæ, Clæoliæq; uirtute in fœdus traxit. Tum Valerio P. poſt Sabinum triumphum, è publica ſtipe in rogum elato.

Alterum

Alterum,Latinum,à Tarquinijs commotum,Mamilij Ducis cæde. A. Poſthumium dictatorem effrenis ſignis, & equis, dijs compugnantibus, pugnantem,domi foriſq; partæ libertatis ſeruatorem effecit. At mox aduerſum eoſdem populos pro finibus continuata lite,Magnanimus Martius ciuis,Coriolo,tum hoſtis,muliebris fortunæ ſacro,claruit.Equi uero cum Volſcis Latinorum peruicaciſſimum Quintum Cincinnatum Dictatorem ab aratro ad ſui triumphum euocarunt.

III. Hethruſcum, Veientum trecentorum & Sex,Fabiorum cæde optimis à Tolumnio rege ſpolijs per Corn.Coſſum uindicata,memorandum . Fidenatum,atq; Faliſcorum,Ludimagiſtri proditione,M. Furium, Camillum, uirum bello, paceq; clarum reddidit. Sed eundem ingratæ exulem patriæ,tum maxime fœlicem cum anno libertatis Centeſimo & viceſimo reuocatus Dictator ille Gallico bello.

IIII. Cæſorum ad Alliam,& in incenſa urbe,Romanũ ſanguinem Victorũ Senonum cruore compenſauit. Alter urbis parens,& conditor adpellatus,ciuitatem intra annum reparauit,atq; Ciues,Veios tranſmigraturos,retinuit. Indidem M.Manlius,qua ſeruata Arce ſummum decus,ea regni adfectu,præcipitatus,ſummum dedecus incidit. *Roma incenſa.*

Quintum Latinum ij. Manlium Torquatum,Valerium Coruinum,Decium Patrem & L.F.Camillum.

VI. Sabinum,Curium Dentatum ornauit.

VII. Sammiticum,viginti nouem annis agitatum,viginti quatuor triumphis materiam Fabijs,atq; Papirijs præbuit.

VIII. Hethruſcum,atq; Sammiticum inſigniuit Decium filium,Fabium Maximum ſexaginta millium Tuſcorum ad Cyminiam ſtrage . L. Papyrium Curſorem. Caudini dedecoris ad Luceriam reſtitutione,Cædeq; 30340. Samnitum ad Aquiloniam,& M.Curium tertio de auaritia,duobus ſcilicet de Samnitibus triumpho ſplendidiore. Samnitibus aurum offerentibus dum is reſpondet,Auro non indigere,fictilibus contentum,malle ſe aurum habentibus imperare, quam aurum habere , dum & agri amplificationem recuſauit, Inquiens, Malum ciuem eſſe, cui non id,quod cæteris eſſet ſatis . Id temporis pro Romæ urbis imperio,decem urbanarum legionum potentis,certarunt cum Alexandro M.aduerſæ fortunæ inexperto,uel qualibet uirtute opponendi illuſtres Romani M. Valerius Coruinus, C. Claudius,M.Rutilius, Cl. Sulpitius,T.Manlius Torquatus,Q.P. Phylo.L.Papyrius Curſor,Detij duo,L.Volumnius.M.Curius. *Curij continentia.*

IX. Bellum, quod Apuliam, ac totam Italiam inuoluit Tarentinum, Tarentini nempe à Romanis iniuriarum petiti,bellum.Pyrrho clariſſimo Græciæ rege , è Sycilia,quam extinctis Dionyſijs, & admirandæ ſocietatis Agathocle tyrannis , contra Charthaginenſes regebat,euocato duce ſuſcipientes. Rex bis uictor,anno Sexto uictus,Tarentum, Apuliam,& Italiam totam Romanis in triumphum reliquit. Antigono è Macedonia pulſo,Argis perijt. Exhibuit tunc Roma uirtutem,Conſtantiam ſcilicet in Fabricio, & aurum & beluam regis contemnente , Grauitatem in Appio Cæco,qui regem admitti noluit.Integritatem in M,Curio. Regi proditorem medicum tradente. Continentiam in populo, cum ne fœmina quidem,neue puer Regis munera, Cynea , qui Romam regnum, Senatum uero regum conſeſſum eſſe aiebat, offerente,acciperet . Curius viginti trium millium cæde uictor , primos Elephantes Vrbi intulit antea nunquam uiſos , & ex ſpolijs ampliſſimis pro ſua continentia ſolum fagineũ guttum retinuit anno cõditæ Vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo. *Italia Romanorũ facta.*

X. Picente,Sempronio.

XI. Salentinum,M.Attilio.

XII. Vlſinenſe ob ſeruos,Italicorum ultimum Fabio Gurgiti ceſſit.

Italia quingentorum circiter annorum conflictu Romano ſubiugata imperio,in-

didemq́ certamine pro finibus finito, ne radiantia rubiginefcerent arma, anno Vrbis conditæ quadringenteſimo nonogeſimo pro Marnertinis, & à Tarentinis occaſione capta.

XIII. aduerſus Hyeronem ex pudenda matre præſtantem Syracuſanorum Regem, Pœnosq́ fœdifragos Syciliæ dominos, primam Romanorum claſſem, atq́ prima extra Italiam euexit arma, quibus Hyerone ſuperato, Pœnisq́ in Africam retuſis, prouinciarum Ro. imperij prima facta eſt Sycilia. Tũ Carthago, præcipuis triumphatoribus Duillio, Metello, Attilio Regulo & Luctatio tributaria pace recepta, Sardiniam, Syciliam, uſq́ ad Iberum Hiſpaniam, & maris imperium amiſit, anno belli Viceſimo quarto, Eodẽ Phaliſcis retractis, Iano, ſecundum à Numa, uix per annũ clauſo.

XIIII. Sub Alpinos Lygures, uictore Poſthumio, exarmauit adeo, ut eis uix pro terræ cultu ferrum ſit relictum

Gallorum Reges cæſi. XV. primis trans padum miſſis contra Inſubres Gallos numeroſis armis, tum regibus ſcilicet Britomaro ab Aemylio diſcincto, Ariſtonico à Flaminio Ioui deuoto, atq́ Viridomiro A Marcello Feretrio Ioui ſuſpenſo, tranſpadanã regionem domuit.

XVI. Fuluio uindice, tributis uindicauit Tenſam Illyriorum reginam.

XVII. Punicum ij, omnium facile cladium atrocitate grauiſſimũ ab Hanibile in ſanguinem Romanum deuoto, Hiſpania capta, Saguntoq́, Romanis fido, exciſo, anno Con. Vr. quingenteſimo triceſimo quarto cœptum, inceptoris deuotionem, tamet ſi dijs auerſis, ferocis pro imperatoris animo non conſummatã, illuſtrem tamen effecit. Hannibalis exercitus. Siquidem is traducto uictrici per Hyſpaniam, & Galliam, ſuperatis aceto, ferro, & igne Sineſijs iugis, in Italiam octoginta millium ped. decem millium equitum, & Viginti elephantorum exercitu, Cui uel una illa, ſed poſtea Aſdrubalis cum Quinquaginta ſex millibus, cæde per L. Neronẽ, & M. Liuium ad Metaurũ pẽſata, perinſignis ad Cannas, Aemylij Cos. duorum Quæſtorum. XXI Tribunorum, Conſularium Triginta, Senatorum Nonaginta, Nobilium trecẽtorũ, Pedi. quadraginta quinq́ millium, Equitum duorum millium & ſeptingentorum, todidemq́ prope Sociorum cæde parta uictoria, Romam ad tertium lapidem petitam, uincere debuiſſet. Per ſedecim annos in Italia belligerans, quadringentas ciuitates, hominumq́ trecenta millia contriuit. Interea uero ſupplicem Dijs Vrbem tuentibus, Fabio Max. Dictatore pædagogo cũctante, & Marcello Pugile propugnante, Campanis delitijs emollitus, atq́ tã diu Ferox Imperator moratus, donec Cor. Scipio obteſtatis gladio patriam deſerturis, patre, patruoq́, quatuor Pœnorum ducum, totidemq́ exercituum ſtrage, retenta. Scipionis uictoria. Anno belli decimo quarto Hiſpania uindicatis, Aphrorũ, Numidarumq́ armis Vulcano combuſtis, Syphace rege per Lælium & Maſiniſſam capto, atq́ Hannibale reuocato, tum uicto, tum ſpontaneum in exilium fugato, Charthaginenſibus petitam pacem, anno belli decimo ſeptimo preſcripſit, eorum quingẽtorum, nauium claſſem incendit, transfugas Latinos truncauit, Romanos uero crucifixit, primus à deuicta terra Aphricanus eſt adpellatus.

XVIII. Philippum Macedonem, Flamminio duce, adempta Tratia, pacauit. Gretiam, Lacedæmonum tyranno Nabide fracto, libertati reſtituit. Interim Cor. Cethegus Hamilcharem Pœnum, belli authorem, cum Triginta quinq́ millibus Inſubrium Gallorum cæcidit. Et M. Cato Romanorum Sapientiſſimus ſexaginta millium Catonis uictoria. Celtiberorum fuſis, captisq́ quadringentis oppidis Hiſpaniam compoſuit.

Decimũnonum Bellũ, Syriacũ, Anthiochũ M. Trecentorũ milliũ ped. nec minore numero Equitũ, curruũ, & elephantorũ, argẽto, auroq́ nitẽtiũ, exercitu gloriantẽ, Hãnibalis, & Thoas Aetholorũ Ducis ſuaſu, cum Ro. conflicturũ Ducibus. Attilio Glabrione è Græcia in Aſiam Centum triginta quinq́ millium cæde pepulit. Aemylio mari eiecit. Cor. Scipione quingentorũ milliũ peditũ Equitũq́ Trium milliũ ſtrage, in Syriam

in Syriam anno imperij ſui triceſimo ſecundo ultra Taurum relegauit, atq; cohercuit. Hinc Didymæi Iouis templum ſpoliaturum, cum uniuerſo exercitu finitimi trucidarunt. Scipioni triumphatori Aſiatico cognomen inditũ. Mira, fallacicq; humanarum rerum ſorte, uterq; Scipio repetundarum accuſatus, Affricanus in exilio defunctus, Aſiatici bona publicata. Roma uero Aſiana luxuria cum corrupta, tum uindicata eſt. Id temporis Sempronius quadraginta millium Tum Scipio Naſica optimus, & ſolus Idæa matre dignus Viginti & octo millium: Boiorum inſubrum Gallorum cæde triumphauit.

XX. Aetholos per Fuluium.

XXI. Iſtrios per Appium Anthiochenæ ſocietatis puniuit.

XXII. magnæ æſtimationis, Gallogræcos Anthiochi ſtipendiatos per Manliũ atrociter deleuit.

XXIII. Macedonicum ij. Rege Perſeo capto, regnoq; in prouinciam redacto, ex diuenditis ſeptuaginta uno die captis urbibus, triumq; dierum opulentiſſ. triumpho, tam pauperem reliquit P. Aemilium, ut licitatis bonis ſuis uxori dos ſolueretur, urbem autem Romam tam diuitem, ut à tributi præſtandi neceſſitate liberaretur. Rex in carcere perijt. Alexander filius ſuus ſcribam egit, miræ fortunæ exempla.

XXIIII. Illyricum ij. Antius prætor, & XXV. Macedonicum iij. Andriſco ficto rege capto, Metellus peregit.

XXVI. Punicum iij. Carthaginem cum totius Aphricæ imperio per Scipionẽ iuniorem, Aphricanum, eo triumpho dictum, quadraginta millium hominum deditione, ſpontaneoq; XVII. dierum incendio, extinxit, anno belli quarto & Vrbis conditæ ſexingenteſimo & ſexto. Chartago captã

XXVII. Achaicum, libertatis abuſu ditiſſimum æris. Corinthum ſponte conflagrauit Mummio & Metello uictoribus.

XXVIII. Hiſpanicum à Scipionibus ceptum, Auguſtus finiuit. Nunc uero Viriatum ex paſtore uenatorem, ex uenatore latronem, & mox iuſti exercitus ducem maximum, Luſitaniæ totius occupatorem. XIIII. annos contra Ro. frequentius ſuperiorem, Seruilij cõſilio per proditionem interemit. Eodem annorum numero.

XXIX. Numantiam, quæ ſine muro, ſine turribus quatuor millium armatorum ſe defendit. Vna ſtrage Triginta millium Romanorum fudit. Mancinum ad indecoram pacẽ traxit Fame, ſuoq; ferro, & igne ita conſumpſit, atq; militaris diſciplinæ reformatori Aphricano Scipioni triumphũ de ſolo nomine reliquerit. Item mira Scipionum ſors, quæ hic tantus imperator, Auorum ſorte, nulla ſuſpectæ mortis ſuæ quæſtione, nulloq; funeris honore proſequutus eſt, non tamen omnino inultus, cum eo defuncto Gracchiana triumuirum ſeditio acrius exarſerit. Scipionis Aphricani ſors

XXX. Aſiaticum Regij ſanguinis Ariſtonicum Aſiam, Romanis Attali Pergãmeni Regis teſtamento liberam ſibi uendicantem, Craſſo prætore cum exercitu cæſo, Cos. Perpenna illegitimo, & primo Romanorum nephando Aquilio uictoribus cum Attalicis Aſiæ Gazis, uitijſq; ſimul Romam tranſmiſit. Eiſdem, atq; poſterius Lici Craſſo uictoribus, fame, hoſtili, ſpõtinoque ferro uicti, Sycyliæ, Cyliciæ Capuæq; potentia regibus equati, & ſerui & fugitiui. Aquilius repetundarum accuſationem oſtenſis cicatricibus diluit

XXXI. Numidicum. Certhagini poſt quadraginta annos reliquum Metellũ regni deuaſtatione Numidicum Marium & Syllam. Bocchi mauri regis, clade, fraudulentiſſimi regis, qui Fratricidio muneribus redempto, uenalem urbem fecerat, Iugurthæ triumpho, ſed cruentiſſimo Romæ ducum, odio ſubinde cepto extulit.

XXXII. Primis Romana tranſalpes in Galliam tranſlatis armis, anno urbis Sexingenteſimo viceſimo ſeptimo. Fabio Max. Duce, Allobroges, & Virtuitum Auernorum regem Centum & quingentorum millium cæde uicit, & cum Domitio proconſule ad Vindalium oppidum uictore Trophæa erexit. Eodem Gn. Martium Con. Alpinos Sarnios ſuopte igne, ferroq; extirpauit.

Sarnioru̅ exitium.

XXXIII. Cymbricum, Ambronicum, Teutonicum, ac Tigurinum. Quo ſcilicet Cymbri, negata ſibi à Roma colonia, Illyricum populantes, Carbonem Con. cum exercitu, hinc Syllani Con. copias, hinc in Galliam ducti, primo Scaurum Con. cum exercitu, altero Procon. Manilium, & Cepionem octoginta millium armatorum, colonum, Lixarumq; quadraginta millium cæde, præda omni in Rodanum demerſa fuderunt, anno urbis Sexingenteſimo quadrageſimo ſecundo. Inde cuncta prædando in Hiſpaniam profecti, à Celtiberis, quibus id cum Cymbris commune, quod in acie glorioſum, ſed in lecto ignominioſum mori ducerent, in Galliam repulſi, Ambronibus, quorum Triginta millium, ad Iſaram Rodani confluentem cæcidit Marius, atq; bellicoſis Teutonicus iuncti, geminis caſtris Italiam inuaſuri, pars una Teutobocchо grandi rege, ad aquas uictoris Proc. adpellatione Seſtias ducentorum millium cæde, atq; Nonaginta millium detentione. Altera uero pars, Bolo rege fugatum Con. Catulum ſecuta Centum quadragintarum millium cæde, & ſexaginta millium captiuitate, à Mario quintum Con. ſunt deleti. Nemine autem ex tanto numero uiuere potius, quam ſeruire cupiente, ſuperſtites cæſorum fœminæ fugitiuos ſeſeq; & infantes ſuos, ex capillis ſuis ſtrangulis, cæſorumq; gladijs atroci ſpectaculo trucidarunt. Heluetij Tigurini, qui prius in Allobrogum finibus Conſulem Caſſium, & Piſonem cum exercitu poſtrarant, in alpium præſidio poſiti, diſperſi, latrocinijs, & ignobili fuga euanuerunt, Anno urbis Sexcenteſimo quinquageſimo ſexto. Triumphator Marius tertius urbis conditor adpellatus aquilam, cæteris ſignis ablatis, legionibus conſecrauit.

Mulieru̅ facinus.

XXXIIII. Thraces hoſtium cruentiſſ. præcipuo M. Lucullo cruentiſſ. ſubdidit. Dum autem Roma foris dominatur, intra ſe tribunitijs interim uexata ſeditionibus. Italiæ Sociorum bellum.

XXXV. præcipuo Tribuno plebis Druſo authore ſuſcitatum, totius Senatus armis, grauibus utrinq; cladibus, ac tum donata ciuitate, pacatum, Ciues cruentiſſ. ac plus quam hoſtile in bellum.

Seditiones.

XXXVI. Irritauit. Nempe dum Marius uir agreſtis, & literarum contemptor, ſæue honores uendicare. Sylla uero uir nobilis, & literarum cultor, ſæuius iniurias uindicare conatur. Marius Septim. Con. pacificorum Senatorum, nobiliumq; ſæuus trucidator, à ſæuiore uindice in ſpontaneam manus ſuæ necem adactus, honores ſuos uili ſuo, ſuorumq; exitu fœdauit. Sylla autem ſæuior, ſed inultis tot innoxiorum cædibus, non ſolum fœlix, uerum etiam facile omnium fœliciſſ. cum poſt, ſupra Centum millium ciuium, duorum millium & ſexingentorum equeſtris ordinis, nonaginta Senatorum, & quindecim Conſulum cædem, poſt ad inuentas proſcriptionis tabulas, honorum, bonorumq; priuationem. Poſt perpetuam dictaturam anno urbis Sexingenteſimo ſexageſimo octauo ſponte, raro exemplo relictam, priuatus, in campo Martio ſepulturæ honorum meruit hac inſcriptione: Nemo amicus in beneficentia, & nemo inimicus in iniuria referenda me ſuperauit. Etiam poſt mortem de Lepido, ſtrenuoq; Sertorio per Pom. uindicatus honore. Cum itaq; Roma uirtutis ſuæ oblita, in ſeſe fureret, hac opportunitate, ſuaq; potentia illectus Mithridates, omnium ſuæ uel ſuperioris ætatis regum Rex Ponti, atq; viginti duarum prouinciarum imperio, totidemq; linguarum peritia clariſſ. à Sociorum inuaſione, bello XXXVII. contra Romanos accepto, exercitu peditum ducentorum milliu̅ equitu̅ quinquaginta millium, curruum ſexcentorum & nauium trecentarum Græciam & Aſiam occupauit, cæſis

Epithaphium Syllæ.

una die

una die citra ullum uel ſexus uel ætatis diſcrimen, quicquid in hijs Romani nominis fuit, nempe Centum quinquaginta mille Romanosq; duces ludibrijs adfecit. Aquilio, liquato in fauces eius auro, Romanam exprobrauit auaritiam. Aduerſus eum, anno Vrbis ſexingenteſimo ſexageſimo ſecundo. Sylla fælix, ærarij inopia, templorum etiam Delphica inuitatus lyra, donarijs corraſis, expeditus, Athenas dira fame cepit, duos regis duces plus Centum ſexaginta millium cæde profligauit. Ilium Fimbria uaſtatore uindicato, reſtituit. Romæ ſæuiturus, Rei pacta occupatorũ reſtitutione, poſtulatam pacem dedit. Qua per Regem ſoluta L. Lucullus uirtute, atq; delitijs, quam genere clarior, eundem, & Armeniorum regum Regem Tygranem, capta Trecentorum millium hominum regia Tygranocerta, tanta ſtrage adflixit, ut Granicus, & Eſopus amnes cruore tingerentur, ad Arſamum flumen Reges tres profligauit, Syriam, Tygrani ademptam, Antiocho Comageno reddidit. Fæneratores per totam Aſiam oppreſſit, facile tum huius præclariſſ. belli triumphator affectus, ſi ſollicitata militum defectio, ſed uel maxime, ſi alienę uirtutis impatiens, principum domi æmulatio, non obteſtitiſſet. Quaobrogato ei Imperio, Pompeius illuſtris uir, & hac uictoria & magnus. eſt Imperator adpellatus, Pyratarum bello XXXVIII. in quadraginta diebus confecto, Regem adgreſſus, eo quadraginta duorum ad lunæ radios cæde, prodente filio in ſpontaneam ſui necem adacto, uictisq; Viginti duobus regibus, Ponto, Syriaq; in prouincias redactis, Aegyptijs in ſocietatem, atq; Parthis in fœdus receptis, Romunum imperium ad Aegyptum & Eufratem prolatauit, anno Vrbis Sexingenteſimo octogeſimo quarto. Triumphum Mineruæ inſcripſit Cn. Pom. Magnus Imperator bello Triginta annorum confecto, hoſtibus fuſis uel captis, uicies centum & octoginta tribus millibus. Nauibus octingintis quadraginta ſex. Oppidis Mille quingentis triginta et octo terris à Mętotis lacu ad rubrum mare ſubactis, uotum Miueruæ.

Athenæ captæ.

Pompei triũphus.

XXXIX. Crethenſe Metel. Macedonici filium Creticum & alterum.

XL. Bealaricum adpellauit.

XLI. Cypricum per Catonem Aerariũ Ro. plus quam ullus alius triumphus, ſine armis ditauit. Aphrica, & Aſia cum magna Europæ portione ditionis Romanæ factis, in ea ferociſſ. Septentrionis gentes expugnandæ reſtabant, Bellum itaq;.

XLII. ab Heluetijs Gallorum fortiſſ. Orgentorige Tygurino Galliæ imperium ambiente, in centore, tum Diuico Duce, qui ne ulla ſpes eſſet reditus, pagos exuſſerant ſuos Centũ quingentis ſex millibus et octingentis cæde, & Centum & triginta millibus deditione, cœptum Galliam totam Vercingentorige D. Germaniam, Ariouiſto, Galliæ occupatore Rege, atq; Britaniam Cauſſiuelano D. decem annorum uarijs & ingentibus terra, mariq; cladibus, plus Bis millenorum millium uel potius Vicies Centenorũ millium hoſtium ſtrage Romanis, C. Iulio Cæſ. triumphatore, uiro ingenio pariter &, armis nobili, ſubegit. Anno Vrb. ſexingenteſimo ſecundo Cæſ. cum Gallis bellante, bellum XLIII. Parthicum Orode Rege M. Craſſi ut ditiſſimi ita auariſſimi Conſulis auaritiam, & Dijs & hominibus odioſam, ruptum fœdus, tum Hieroſolymitani templi, à Pompeio in tactam prædam, filij & Vndecim legionum iactura, capiteque ſuo hauſti auri ludibrio adfecto mulctauit. Hinc ſub Octauio, cum eadem gente, quæ Babyloniam & Meſopotamiam Syris ademptam tenebat, pro Syria pugnans. M. Antonius, primo legatam Caſcam cum Syria perdidit. Secundo, Ventidium legatum, Pachori Regis, atq; Labieni Pompeiarum partium Ducis, cum Viginti millium cæde, recuperataq; Syria, fœlicem, infœlicis Craſſi, uindicem recepit, ac uictoria elatus, Ipſe ad tertiũ, dum amiſſis tredecim legionibus in retentam Syriam fuga euaſit, uiciſſe gloriatus eſt. Vera autem gloria, fœlicitati tum ceſſit Auguſti, dum aſpera hæc gens non armis, ſed fortuna Principis uicta, redditis ſponte faſcibus, & ſignis Romanis ducibus ademptis, fœdus impetrauit

Heluetiorum ſucceſſus.

M. Craſſi & M. Ant. ſucceſſus.

ROMANÆ MONARAHIÆ INITIVM. POMpeij. Cæſ. & Octauij ſucceſſus. Ex Flor. Appiano. & Plutarch.

Imperij tripertio



ASianum Imperiũ Romanæ ditionis Imperatore Pompeio factum id cũ opibus ſuis, ſua quoq; uitia luxuriam, auaritiam & ſuperbiam, & ex hijs diſcordiam Romam tranſtulit. Quibus & ipſa tandẽ, alieno principi, uix ſaluo nomine, capta, reſtituit pene omnia. Porro cum iam Romana maieſtas uniuerſo in orbe polleret, ac tanta foret, ut nullis externis uiribus extingui poſſet, inuidens principi gentium populo fortuna, illum ipſum in ſuæ libertatis armauit exitiũ, nimiaq; tum fœlicitate rerũ Dominis in æmulationem deductis, dum Craſſus auarus opes augere. Cæſar gloriæ cupidus dignitatem comparare. Pompeius autem Magnus, utrumq; retinere contendit, omnibus uero pariter potentiæ cupidis, inuaſa Repub. de imperij diuiſione facile conuenit. Qua Craſſo ſortita in Aſia, Parthio auro ſatiato, Imperijq; tum ſumma duobus relicta, dum illorum neuter æqualem, ac minime ſuperiorem ferre ſibi poſſe uideretur, tanquam duos tanti imperij fortuna non caperet, uniuerſis imperij uiribus præter; nec pauciora exterarum auxilia gentium, plus quam Trecentorum millium Ciuium, ſociorumq; armis in ſeſe concitatis, ingenti ad Pharſalum ſtrage Pompeio uictorum uictore deuicto, perq; triumphatum à ſe mare lacera naue fugato, tum ſeruati olim à ſe non inulta Pthomei regis proditione, à uili mancipio clariſſimo pacis, bellíq; Principe coram filio Sex. Pom. & uxore Cornelia, in Cyprum poſtea fuga receptis, truncato, Socer Cæſar uictor, omnẽ uicti generi gloriam, quinq; ſcilicet Gallico, Aegyptio, Pontico, Aphrico & Hiſpanico tri-

ROMANAE MONARchiæ Conss. & Anni.

S. P. Q. R.



Pompei intertus.

1 POMPEIVS. M.

20. 3912.

2. C. Iulius Cæſ.

5.

3. C. Octauius.

21.

Summa annorum ab homine condito ad Criſtum.

3958.

*



umphis

umphis,imperiũ & urbẽ in ſe multis, magniſq; cum honoribus perpetuæ Dictaturæ titulo,Monarchia iamnum cœpta parum fœliciter accumulauit,quãdo ſcilicet illud omne ſexaginta milliũ ciuium,hoſtium uero undecies centenorum nonaginta duorũ millium cruore quæſitum,à collegis in Curia 23. uulneribus interfectus, amiſit. Sic ille,qui terrarũ orbem ciuili ſanguine impleuerat,ipſe nunc ſuo ſanguine ciuiũ impleuit curiam. Sic item illi domito ab ſe terrarum orbi , tanquam nullo iam externo ſuperſtite uindice,domeſtica manu miſere cæſi,pœnas dedere. Hanc autem cædem,tametſi patria libertas excuſaret,ac Bruti quondam factum,ſimili quidem ſorte,ſed exitu diſſimili Brutos,& Caſſium in eandem cum ſexaginta coniuratis irritarit. Fortuna tamen obſtitit nil,quin totius Imper. Ro. Principatus Caio Octauio Cæſ.hæredi ceſſerit. Nam poſtquam res populi Ro.in unum Cæſarem coacta fuit eo miſeranda nece dijs adnumerato,hinc libertatis,hinc illius atq; Pompei uindicta totum ſimul imperij corpus terra,mariq; ſubito rurſum diſturbauit . Qua dum fortuna Cæſarianas inclinaſſet ad partes . Octauius Cæſaris ex ſorore nepos, & adoptione filius annum natus duo deuigeſimum Hirtio & Panſa Coſs. dolo peremptis, præter legem Conſul creatus,ut quod ſolus differet,trium potentia in unum relegaret.

Octauij ſucceſſus

Triumuiratum plus Sylla tyrannicum, cum potente M. Antonio, diuiteq; Lepido citra Senatus conſultum, inijt. Qua mox omnium ſæuiſſima ciuium,ac etiamnum primorum fœmina, matronarumq; ſine ullo ſanguinis , amicitiæue reſpectu, nempe trecentorum Senatorum, duorum millium equeſtris ordinis , fœminarum locupletiorum mille quadringentorum. Ciuium intra & extra urbem potentiorum centum millium proſcriptio,direptio,atq; cædes eſt inſecuta, ac bella ciuilia quinq; confecta,Quibus cum maximo ciuium,ſociorumq; cruore ſunt extincti, Bruti duo , Caſſius,eloquentiæ princeps Cicero, Sex. Pompeius, Lepidus, Atq; poſtremum M. Antonius animo uarius & ſuperbus,cum luxurioſa & ambitioſa Cleopatra, quæ fratre Pto. & Arſinoë ſorore M. Ant.& Cleopatræ occiſis,Aegyptum regebat.

Triumuiratum.

Cui ille repudiata Cæſ. ſorore Octauia,ſe regem iunxerat,Imperium Ro. libidinis precium daturum , ad Actium à Cæſ. claſſe deuictus,atque tum Alexandriæ, Idem ſuis ceſſantibus illæcebris, ne triumpharetur,faciente Regina,ſuapte manu præparatum in Mauſeolum eſt illatus. Hinc Aegyptum nobilem,iam Ro. armis ſubactam,quæ ſola hactenus ex Alex. M. Imperio inuicta manſerat , anno Lagidarum regni ducenteſimo nonageſimo quinto , & Imperij ſui cum Anto. geſti duodecimo Cor. Gallo præſidi,in prouinciam redegit.

M. Anto. & Cleopatræ interitus.

Octauius Qui tum ſopitis iam ciuilibus bellis, humanioribus quoque populis per omnes terras pacatis ſolus triumphator, terno , Illyrico ſcilicet, Actiaco,& Alexandrino triumpho , & Auguſti nomine inſignitus , arma in efferatiores gentes conuertit. Quibus in ſeptentrione Germaniam,quam procul inſpexiſſe ſatis fuit priuigno, Cl. Druſo, ex ea uictoria, poſt mortem, Germanico duce ita uicit,ut libidinoſo Quintilio Varo cum tribus legionibus cæſo , Imperium, quod Oceanum attigerat, intra Rhenum, Danubiumq; flumina terminaretur .Pugnæ gentiſq; ferociam, ferociſſimum nec inſolitum,mulierum facinus, quæ deficientibus telis infantes ſuos humo colliſos,in hoſtium ora contorſerant,indicauit. Varum ſuperatis Vindelicis,Noricis,Rhetijs,cæteriſq; Alpinis populis, uindicauit Druſi frater Tiberius.

Mulierũ facinus.

Tum Cæſar Sueuorum,Cymbrorumq; deditorum portionem in Belgas & Rheni confinia tranſtulit. Pannoniam, Myſiam, atq; Dalmatiam per Vibium prouincias fecit. In Meridie per Coſſum Muſalamos , & Getulos . Per Turmium Marmaridas, atq; Garamantas compeſcuit . In Oriente Armeniam à Parthis , duobus amiſſis nepotibus , recepit , Vltimum bellum . In Occidente , Hiſpaniam ultimis Cantabris, & Aſturibus ſubactis, prouinciam legibus quietiorem, mitioremq; reddidit. Hijs tantis uictorijs Orbis Imperium adeptus Pop. Rom . Is perinde ac ſi eum uictorijs aſſuetum , perpetuo uincere oporteret , nec ulla iamnum externa

ſubeſſet uictoria, ſeſe ipſe bellis diſſentionibusq; fatigatus, uicit, atquepacatam in Monarchiam fœliciſſ. Principi redegit. Poſtquàm igitur, ſecundum Sex. Ruffi. computum, Roma fuit, à primis Coss. Iunio Bruto, & Valerio publicola, uſq; ad Hircium & Panſam Coss. ab Octauio ſucceſſore ſublatos, Per annos Quadringentos ſexaginta & ſeptem ſub octingentis ſeptuaginta ſeptem demptis extra ordinarijs Conſulibus: Sub Decemuiris, anno Vrbis Trecenteſimo ſecundo creatis, annos duos: Sub Tribunis militum, anno Vrbis trecenteſimo decimo, creationis annos quadraginta tres. Sine Coss. quadraginta quinq; & ſine Magiſtratibus quatuor annos hic mos uni ſcilicet, pro rege, Imperatori, ſanctiori nomine Auguſto adpellato, parendi, repetitus eſt, authore Sex. Aur. Victore anno Auguſti decimo tertio ab exactis Regibus quadringenteſimo octogeſimo ſecundo & ab Vrbe Con. Septingenteſimo viceſimo ſecundo, Imperij autem Ro. magnitudinem hijs definit Strabo. li. 17. Cum tres ſint continentes, Europam fere totam habent Romani, prǽter eas partes, quæ extra Iſtrum ſunt, & præter Paroceanitas, qui intra Rhenum, Tanaimq; habitant. Aphricæ uero ora, quæ nobis aduerſo eſt, tota eis paret, nam reliquum inhabitabilis eſt, uel ſterilis, uel à paſtoribus incolitur. Eodem modo & Aſiæ ora, quæ ad nos uergit, tota eis ſubiecta eſt, niſi quis Acheos, Zygos, & Eniochos in ratione ponat, qui in ſterilibus locis latrocinantur, & paſtoralem uitam agunt. Mediterraneæ regionis partem Ro. habent, partem Parthi & Barbari. Qui ultra hos ſunt, Orientem & Septentrionem uerſus Indi Bactrij & Scythæ, de hinc Arabes, & Aethyopes, ac ſemper eis aliquid additur.

Monarchiæ Romanæ cõſtitutio.

PRAEFATIO IN CHRISTI Genealogiam.

SAtis per diutinam experientiam edoctus noui, quandoquidem noſtro ſæculo totus mundus petulantibus & luxuriantibus linguis ſit refertiſſimus neq; mihi defuturos, qui meum inſtitutum uellicare & mordere nitantur dum in ſtudioſorum uſum utrunq; Euangeliſtam Mathęum uidelicet & Lucam in Chriſti ſaluatoris Genealogia conciliare ſeu potius explanare intendam. Vt inter cætera uel ſaltem hoc mihi occinant D. Paulum haud fruſtra monuiſſe Genealogijs non eſſe attendendum, ideoq; potius ipſas cauendas eſſe. 1. Timoth. 1. Tit. 3, Hos naſutulos uelim qui ſe omnium oculos configere & præſtringere poſſe ſentiunt, diligentius Apoſtoli uerba ſenſumq; & in quem finem loquatur expenderent, quæ hinc manifeſta reddentur, ſi conſiderauerimus, quis tum ſtatus & qui tum mores, atq; ſtudia Iudæorum fuerunt. Non enim abſolute prorſus loquitur Paulus, ſed pro rerum conditionibus. Gloriabantur ſanè Iudæi in carne, quo utiq; morbo in plæriſq; incurabili laborabant, ſeq; Deo uel ob hoc ſaltem acceptiſſimos confidebant, quod eſſent ex Abrahamo propagati. Cui ſeipſum Deus perpetuo fœdere obſtrinxiſſet, qui fallere nollet. Ideoq; perplexas, intricatas & non finiendas ſuæ Genealogiæ quiſq; ſeries & ſucceſſiones ab Auis, proauis, Abauis, Atauis, ac tritauis, repetebant ut quilibet hoc pacto ſuos maiores recenſendo, in re friuola & nullius momenti occuparetur, priuatam hinc exiſtimationem magno cum ſupercilio aucupantes. At interim maiora & quæ uerę pietatis erant negotia, in quibus cum primis exerceri conueniebat negligentes. Hos Paulus redarguit, & à ſua uana ac carnali confidentia dehortatur & ad ſaluberrima inſtigat.

Verum longe alia ratio eſt in Chriſti ſeruatoris Dei & hominis Genealogia inueſtiganda, quod multi ſalutares fructus inde reportentur, Non enim priuatam æſtimationem ex ea uenamur, ſed quid ſpiritus ſanctus hiſce uoluerit examinamus

& excuti-

& excutimus omnia ſiquidem ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut inde conſolationem habeamus ad fidem noſtram ſtabiliendam & aliorum exemplo à malis uel cauendis cautiores reddamur uel ad rectiora amplexanda excitemur & propellamur. Nam ad plæraq; nomina hiſtoriæ admonemur, quam exacte perſcrutari oportebit potiſſimum eos (ſi modo frugi eſſe neq; turpi ignauia obſordeſcere uelint) qui ad alios inſtituendos, conſolandos inquam aut deterrendos deſtinati ſunt. Cæterum quis Chriſti ſaluatoris Genealogiam ab Euangeliſtis proditam, ſicut piorum etiam patrum Genealogias à Moſe, idq; ſpiritus ſancti adflatu conſcriptas, tanquam ſtultas calumniari auderet.

Docet ibidem etiam Paulus contentiones pugnasq; legales omittendas, debuit ne igitur Paulus, Negligere uſum & fructum atq; uim legis de qua nullus Apoſtolorum diligentius ac fuſius ſcripſit, nullusq; frequentius acrius & uehementius cum Iudæis de ea depugnauit ac decertauit? Non ideo ſunt hęc in claſſem & ſeriem eorum recenſenda, ſiue referenda, quæ Apoſtolus fabulis & ſtultis quæſtionibus confert & committit.

Abuſum in omnibus reformidabimus, ſed rectum uſum rerum inoffenſum retinebimus, ſi recto docendi officio uelimus defungi.

Sanè nunquam licebit in ſacris & diuinis ſic colludere, ut ſi duo in bona re culpanda conſentiant ſic uno perperam mulgente hircum, alter ſtolidior cribrum ſupponat & applaudat, facilis eſt in malo conſenſus, Quin potius in nos deſcendentes, ueteres auias & uitia irradicata è pulmone reuellamus & quod prauum eſt corrigamus neq; nobis in uitijs blandiamur. Mora & ſacrilega noſtra ora non in cœlum protendamus, ut ſpiritum ſanctum qui in Moſe & Euangeliſtis ſeſe illuſtriſſime exeruit, in ordinem plebeium & ad modulum noſtrum redigere contendamus, dum is noſtro ſummo bono Genealogias piorum Patrum, maxime proinde Chriſti ſaluatoris, nobis cognitas eſſe uoluit. Non itaq; torqueamus ſcripturas neq; nos harum rerum cenſores ſtatuamus, quas potius uenerare & pia deuotione admirari & religioſe obſeruare & amplexari debemus. In ijs uero nos exerceamus, ſiue alios ſaltem exerceri inconſputos ſinamus, quæ ad ueritatem Dei ſanamq; doctrinam excolendam & prouehendam conducunt.

STVDIOSIS HAVD PARVM CONSVLTVM & utile fore confidebam ſi quæ de Genealogia Chriſti ſaluatoris ſparſim prodita ſunt huc referrem & tranſcriberem.

QVum Dominus noſter Ieſus Chriſtus in una perſona uerus ſit Deus & uerus homo, haud ſine maxima ratione tam diligenter in ſacris literis utraq; natura tam diuina quàm humana de eo aſtruitur & prædicatur. Quamuis enim Satan, per Hæreticos ſuos ſatellites ſumma uerſutia & dolo, idq; magnis Eccleſiarum & piorum motibus & turbis, utranq; in Chriſto naturam ſæpius oppugnarit, nunquam tamen euicit, Quod ſpiritus ſanctus per Orthodoxos repugnarit, noſtroq; bono fidei ueritatem & integritatem obtinuerit, Ne ulla parte nutaret. Vt Chriſtus Ieſus quia Dei filius, adeoq; uerus & Aeternus Deus eſt: ideo quoq; inuocandus, adorandus & colendus exiſtat atq; in eum credendum & confidendum ſit, qui ex hac omnipotenti natura potuerit, peccatum, Mortem, & Satanam, deſtruere, uincere, & abolere. Iuſtitiam uero ſalutemq; æternam reſtituere & reparare. Homo autem cum ſit uerus, quod & religioſe credere debemus, hanc inde ineffabilem conſolationem capimus.

Cum

Cum ex noſtra deprauata natura obnoxij ſimus peccato , morti & Satanæ adeoq́ ſub ira Dei obſtricti, quo ſpem haberemus ex noſtra miſeria emergendi, dignatus eſt filius Dei noſtram carnem & ſubſtantiam(ſed abſq́ peccato,quod ſuaſu maleuoli ſerpentis nobis acceſſit) in ſeipſum nempe in perſonæ unitatem aſſumere & ſic ſeipſum pro noſtris peccatis in mortem dependere , Qui uictor peccati, mortis & imperij Satanæ, in quo uenundati eramus, glorioſe à mortuis reſurrexit in eoq́ corpore in cœleſtem gloriam aſcendendo,ut eam nobis pararet ingreſſus eſt, quo fides noſtra firma & incorrupta maneret,etiam nos qui in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum credimus,abolito peccato,morteq́ abſorpta ac deſtructis quæcunq́ peccatum conſequuntur in eandem immortalitatem & cœleſtem gloriam , quam in Chriſto capite & fratre noſtro cernimus & ſcripturæ teſtantur, conformari & configurari, non ſuo enim ſed noſtrorum omnium nomine & loco qui fideles ſumus Chriſtus omnia geſſit & fecit.

Proinde Euangeliſtæ utramq́ naturam diuinam nempe & humanam in Chriſto in perſonę unitate exprimunt,peculiariter uero Matheus & Lucas catalogum maiorum Chriſti ex qua uidelicet linea & quibus ex parentibus carnem aſſumpſerit diligenter recenſent & referunt,quo certior ratio ueræ eius humanitatis nobis conſtaret, ipſum uidelicet, Benedictum illud eſſe ſemen quod Adamo,in Paradiſo poſt præuaricationem promiſſum fuerat. Hoc tamen hi duo Euangeliſtæ fecerunt conſilio nonnihil diuerſo.

Matheus enim Ioſephi patres recenſet contentus hinc colligi poſſe Chriſtum de ſtirpe uel familia ſiue tribu Iuda ſecundum carnem propagatum, quod IOSEPH de eadem tribu extiterit, & licet Chriſtus nihil ex IOSEPH acceperit ſed ex Maria uirgine natus ſit,ſponſa nempe Ioſephi:At quia Hebræi Genealogias non niſi per uiros contexant atq́ Numeri 36.mandatum ſit uxorem non de alia quam de ſua tribu ducere , uel hinc luculentum reddi et Mariam matrem ſaluatoris de tribu eſſe Iuda ex qua ſaluator Chriſtus Dominus noſter ueram carnem humanam accepit . Siquidem Ioſeph qui iuſti titulum in ſcripturis habet mandato Dei obediuit, neq́ aliam uxorem de alia uidelicet tribu quam de ſua iuxta legis ſcriptum duxit.

Lucas progenitores Mariæ deſcribit quam de ſtirpe Iuda deſcendere ex poſteritate Nathan fratris Salomonis teſtatur. Sed quia Lucas retrogrodo proceſſu à Maria ad Adamum uſq́ protoplaſtum & Deum conditorem , eius aſſendit ediuerſo Matheus ab Abrahamo , & Dauide uero ordine ad Ioſephum uſq́ deſcendit ideo & nos ordinem Lucæ,perſpicuitatis gratia mutauimus , & exordium ab Adamo ſumpſimus,ut cum uentum ſit ad eos quos Matheus poſuit ipſos coniungere ſimulq́,& unà cum Luca ponere poſſimus quo cuncta in utroq́ Euangeliſta reddantur illuſtriora & perſpectiora.

¶ Lucas.

Die ſexto creauit Deus ad imaginem ſuam primum hominem Adamũ Gen.1.& 5.

1. Adam.

Huic primo anno promittitur gratia contra peccatum & uita contra mortem & ſpiritus ſanctus contra Satanam idq́ per ſemen,mulieris Gene:3. Qua Promiſſione ADAM & HEVA per fidem ex morte uiuificati generant CAIN & ABEL, filias quoq́ genuerunt.Incipit ergo Eccleſia Dei propagari,ſed mox,Cain apoſtata conſtituit Eccleſiam Diaboli,proinde cum CAIN & HABEL obtuliſſent, Deo ſacrificium occidit HABEL,præualetq́ in hoc ſæculo Eccleſia Cainica, ſed ſignificatur, Eccleſiam Dei uiuere alia uita ſcilicet æterna in HABEL mortuo,qui in Deo uiuit certe primum exemplũ ſeminis promiſſi,Gen:4.prima igitur hęc crux & perſequutio fuit

fuit,quæ infertur pijs ab impijs propter Euãgelium:exemplum in primis horrendum eſt,nam contigit hæc cædes non alia de cauſa, quam ob cultum Dei, quem ſanè,cum ſyncerè peragitur, Satan ferre non poteſt. Ideoq; impellit CAIN ad fratrem interimendum, ſi poſſit uerbum Dei & ſyncera doctrina extingui: Et indicat hoc factum, quàm uehemẽs ira et quãtus furor ſit Satanæ aduerſus pios,& quæ infirmitas & ignorantia ſit hominum.In qua Hiſtoria obſeruanda quoq; ſunt,quæ de uenturo iuditio & horrenda ultione propter ſanguinis effuſionem,inſerta ſunt. CAIN uero contumax poſtquam fugit conſpectum ſui patris, urbem cœpit ædificare ENOCH uocatam, ſeq; præſidijs talibus tutari conatus eſt,et in omne genus flagitiorum corruebat,cuius etiam filij omnis generis opificia & artes excogitarunt. Sed bone Deus quid interim ADAM & HEVA egerunt tot annis ſoli poſt occiſum Habel & abiectum Cain? luxerunt ſcilicet horribiles illos caſus & mundi excidia tam triſtia & infœlicia. Quid paſſi ſint facile æſtimabimus ex malignitate ſerpentis infernalis, morſus ſcilicet eius & deſperationis,ſimiliumq; agonum impetus. Item exempla peſſima Eccleſiæ Cainicæ:nullus homo fuit nec miſerior neq; afflictior primo parente neque erit: Ipſe enim conſcientia illa horribili oppreſſus,qui ſuo ſolius peccato efficax cauſa fuit perditionis in corpore & anima omnium poſterorum ſuorum, hoc eſt totius generis humani, hinc & homicida primum ſui ipſius, deinde omnium filiorum ſuorum uſq; in finem mundi atq; infinitæ animarum multitudinis. Talia cum ſerio cogitaret,mirandum eſt quomodo poterat uno momento uiuere, niſi Deus per angelos familiariter conſolatus eſſet ipſum,ſe filium miſſurum ſuum qui de ADÆ carne ipſi quoq; filius futurus eſſet,qui infinitum hoc malum eſſet reſarſurus & qui ſublaturus ſit peccatum, mortem,Satanæq; imperium.Hinc forte apud gentes reliqua manſit fabula ex obſcura antiquitate, quod Saturnus ſenex deuoret omnes filios ſuos.In talibus anguſtijs Adam pœnitebat,ſuamq; fidem in promiſſo ſemine igitur exercebat & Satanæ reluctabatur. Atq; poſt acerbiſſimam conflictationem ADAM dum eſſet centum & triginta annorum genuit.

2. Seth.

Hic probitate & pietatis ſtudio clarus fuit, poſt occiſum Abelem Dei regnum erigere & illuſtrare conatus eſt,& cæptum eſt inuocari nomen Domini ſcilicet quod Euangelium de ſemine mulieris ſucceſſum habuit, forte conuerſis aliquot ex Eccleſia Cainica Epiſcopante ipſo ADAM & SETH.

Ex hoc SETH patres ſancti poſtea procreati ſunt, & permanſerunt generis Seth reliquiæ: Nam Caini poſteritas in diluuio in uniuerſum extincta eſt. Teſtatur Ioſephus lib.1. Ca:4. ab ADAM & SETH duas tabulas eſſe factas: Alteram puram: Alteram lapideam,& inſculptum illis fuiſſe uerbum Dei & prophetias. Scribit præterea & ab illis diuiſum annum in duodecim menſes, eoſq; primum curſus aſtrorum obſeruaſſe & docuiſſequarum rerum cognitione Deus aperuit & his duobus uerbum Dei, literarum characteres & maximas quaſq; artes debeamus unde & græci teſtantur,quod artes & literas à phœnicibus acceperint.Et uixit SETH Centum & quinq; annis & genuit.

3. Enos.

Vixit uero Enos nonaginta annos & genuit.

4. Kainan & Kenan.

Vixit quoq; Cainan ſeptuaginta annis & genuit.

5. Malalehel.

Vixit Malalehel ſexaginta quinq; annis & genuit.

6. Iareth.

Vixit Iareth centum ſexaginta duobus annis & genuit.

7. Enoch.

De plærisq; patribus poſt SETH uſq; ad annos NOE, nihil memorabile præter Genealogiam ſcriptum eſt, ut interim hoc certo ſciamus ex quibus Chriſtum ſaluatorem naſci oportuerit, ſed tamen obiter ſcriptura meminit de fato ENOCH quod ad Deum, coram quo ambulauit, ſublatus ſit, quod factum Deus mundo ob oculos obiecit ut cognoſceret & crederet immortalitatem poſt hanc uitam reſtare. HENOCH enim incipit uitam æternam poſt ABEL, etiam corporaliter translatus uicto ſerpente & morte per ſemen ut non dubitemus de uita tam animæ quam corporis ſi credamus in Chriſtum ſemen benedictum & perſuaſiſſimum nobis eſſe debet, quod Deus ſit iudicaturus, ſeruaturus nempe pios & ulturus ac puniturus impios. Porro uixit ENOCH, ſexaginta quinq; annis & genuit.

8. Mathuſala.

Vixit quoq; Mathuſala Centum octoginta ſeptem annis & genuit,

9. Lamech.

Vixit quoq; Lamech Centum octoginta duobus annis & genuit filium NOE.

ADAM uiuit cum	Seth.	900.	Annis.
	Enos.	695.	
	Kenan.	605.	
	Malalehel.	535.	
	Iareth.	470.	
	Henoch.	308.	
	Mathuſalach	253.	
	Lamech.	56.	

Et hi uiciſſim cum ADAM totidem annis uixerunt uidentes, audientes, expertiq; ſuas & illius tentationes: Diſputantes interim de ſerpente, peccato, morte, inferno, Rurſus de ſemine Mulieris, iuſtitia, uita, Paradiſo, Angelis &c. Magnumq; fuit ſolatium ADÆ & EVÆ, uidere ſedem ſeminis promiſſi in poſteritate iſta, quo mortuo ENOCH fuit reliquis ſolatium, ſublatus in uitam. Et moritur ADAM anno 930. annis uidelicet 126. ante natum Noë.

10. Noe.

Huic ſecunda promiſſio facta eſt Gene: 9.

SETH mortuus eſt anno ſuæ ætatis 912. proinde poſt eum ENOS docuit. Iucundum certe fuit dum NOE audiuit ex ENOS, ô fili mi pater meus SETH ante te quatuordecim annos mortuus eſt, & monuit, ut te docerem imo Auus meus ADAM primus homo multa mihi de ſerpentis malignitate narrauit, de Paradiſo, de promiſſo ſemine, futura uita, quæ tibi quoq; trado. Sic Patriarchæ per uocalem doctrinam dum nondum ſcripta publicarentur omnia quæ ipſis & mundo obtigerant tradebant, uide Steuchum de Philoſophia perenni.

NOE habuit patres ex primo millenario ſecum uiuentes.	Enos.	84.	Annis.
	Kenan.	179.	
	Melalehel.	234.	
	Iared.	366.	
	Auum Mathuſalach.	600.	
	Patrē Lamech.	595.	

Horum conſilio haud dubie geſſit omnia uſq; ad annum ſuæ ætatis 500, quando

uocatus

uocatus,uerbo Dei ad fabricandam Arcam cœpit ipſe gubernare ſcilicet mortuis pa-
tribus omnibus præter,Auum ſuum & patrem.

Enos moritur Anno ſuæ ætatis 905.Gen:5.
Kenan moritur Anno 910.Gene:10.5.
Malaleel moritur Anno 895.Gene:6.
Iared moritur Anno 962.Gene:5.
Mathuſalach moritur Anno 969.Gene: 5.in anno diluuij
Lamech moritur Anno 777.quinto anno ante diluuium.

Sem. 448.

Vixiſſe etiam Noë cum his ſuis poſteris ex annorũ ſupputatione comprobatur: ſcilicet cùm.

Arphaxat 348
Salach. 313.
Heber. 283.
Pelech. 249.
Regu. 219.
Saruch. 187.
Nachor. 167.
Thara. 128.
Abraham 59.

Annis.

Neqꝫ hoc prætereundum eſt,cũ Noë iam ſupra dimidiũ annum in arca fuiſſet & inundatio decreſſeret poſt exactũ annũ,cœpiſſetqꝫ terra ſiccari in Armenia mõteqꝫ Ararath ubi cõſtiterat Arca egreſſus eſt.Tum uerò iterum quaſi nouũ mundum cõſtituit Deus, primùm enim donauit uerbum ſuum de mundo non ſubmergendo Gen: 9. Et certitudinis teſſeram addidit Irim,quod ſignum nos moneret de facta promiſſione,beneuolentia quoqꝫ & miſericordia Dei adeoqꝫ ad fidem exercendam,permiſit etiam tum libertatem ueſcendi carnibus,qua ſancti patres ante diluuium nunquam uſi fuerant,præter hæc tulit Deus nouum præceptum de adminiſtratione externa & de inſtituta ciuili poteſtate,clariuſqꝫ præcepit homicidas occidendos & uindicta atqꝫ ſupplicio afficiendos eſſe (nam hoc fere caput eſt omnis ciuilis poteſtatis) per magiſtratus, ꝗbus hoc legitime cõmiſſum ſit. Itaqꝫ ea ratione nouus plane mundi ſtatus de integro conſtitutus eſt,uoluit etiã Deus hoc diluuij exẽplo mundũ reddere cautiorẽ, iudicaturum illum aliquando,& ulturum,ſiquidem peccatum inultum manere nolit.

Noë uero in inundatione ſexcentorum annorum erat : poſt uero diluuium uixit Trecentis quinquaginta annis, & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum & quinquaginta annorum & mortuus eſt. Hic dum quingentorum eſſet annorũ genuit

11. Sem.

Meminit ſcriptura mundũ à Deo punitũ per diluuiũ eſſe & occaſiones annectit,nimirũ,quod deprauari cœperat mundus Gene:6.& referuntur inter capita flagitiorum contemptus Dei & Tyrannis qua omnis generis libido exercetur ſiquidẽ contempto uerbo & cultu Dei,moribus inhoneſtis & uita diſſoluta uixerũt,& ℘ arbitrio gigãtes ſiue Tyranni infirmos & inopes oppreſſere & dominãdi licẽtia pro animi libidine uſi ſunt,propter hæc minatus eſt Deus interitũ per aquarũ illuuiem,ſed hoc ipſum anteqꝫ eueniret prædicare uoluit Noë annos centũ ut cõuerſi quidã ſeruarentur, Porro Noë cũ eſſet natus ſexcentos annos Gen:7.facta eſt inundatio,& ingreſſus eſt Arcã iuxta præceptum domini cum uxore ſua tribus filijs SEM CHAM ET IAPHET ſumptis una cũ ipſorum uxoribus,reliquos homines omnes & exinde multos,fratrũ, patruorũ,Amitarum,Cõſanguineorũ,Affiniũ & Amicoꝝ Noach, qui tamẽ de Eccleſia eius fuiſſe & primi uidebantur, Animantia quoqꝫ omnia abſorpſit & perdidit inundatio.Et ſunt à mũdo cõdito uſqꝫ ad inundationis tẽpora anni mille ſexcenti & quinquaginta ſex.Duratqꝫ inundatio cẽtum quinquaginta diebus Gen:7. Sed priuſquã aquæ decreſcunt & ſiccatur terra durauit inundatio anno uno & decem diebus,Gen: 8.

Viditq; SEM. { patrem Noë 450 / Auum lamech 95. / Abauũ Mathuſalach.100 } Annis.

Sem uixit poſt Abraham 35. Cum Iſaac 100. Cum Iacob et Eſau 50. Annos.

Cæterum Sem biennio poſt diluuium erat Centum annorum quando genuit.

12. Arphaxat.

Et Arphaxat Iuxta ſeptuaginta interp̃tes quẽadmodũ in Græco habetur cui & Lucas aſtipulatur cum eſſet Centũ Triginta quinq; annorũ genuit Cainan. & uixit poſt quã genuit Cainã trecentos & triginta annos. At Hebræi habent porro Arphaxat uixit triginta quinq; & genuit Sale uixitq; Arphaxat poſtq; genuit Sale quadringentis tribus annis. Gene:11.

13. Cainan.

Rurſũ ſeptuaginta habent & uixit Cainan annos Centũ Triginta & genuit Sala & uixit Cainã poſtq; gẽuit ipſe Sala annos trecentos triginta, Magna ſane in his duobus ſupputatiõis annorũ diuerſitas exoritur ſed nos Hebræorũ ſupputationẽ retinebimus.

14. Sale.

Hic quoq; iuxta ueritatem hebraicam & uulgaria noſtra Biblia uixit Triginta annis & genuit.

15. Heber.

Vixit autem Heber triginta quatuor Annos & genuit.

16. Phalech.

Vixitq; Phalech Triginta annis & genuit.

17. Ragâu ſeu Reu ῥαγαῦ.

Vixit autem Reu ſiue Ragâu Triginta duobus annis & genuit.

18. Saruch.

Vixit autem Saruch Triginta annis & genuit.

19. Nachor.

Vixit autem Nachor uiginti nouem annis & genuit.

20. Thare.

Vixitq; Thare ſeptuaginta annis & genuit Abraham & Nachor & Aram in Vr Chaldæorum.

21. Abraham.

Abraham uixit cum Noë annis. 58.

Abrahã natus ſeptuaginta annos migrauit de Vr Chaldæorũ cũ patre uxore, & loth, uenitq; in Arã Meſopotamiæ. ubi Thare mortuus eſt & ſic diluuij & reliquũ tempus uſq; ad egreſſum Abrahæ ex Vr Chaldæorũ Gene: 11. complectatur annos Trecentos Sexaginta tres & decem dies. Manſit uero Abrahã quinq; annis in Haram: & ſic ætatis ſuæ 75. anno proficiſcitur inde ut ueniret in Chanaan, Gene: 12. Ab hoc anno quo Abrahã ex Haram uocatur ſunt uſq; ad deſſenſum in Aegyptũ anni 215. Deinde mãſio in Aegypto 215. Qui anni iuncti faciunt 430. annos Exo: 12. Gala: 3.

¶ Matthæus.

Exorditur Matthæus Euangelium ſuũ & Catalogum parentũ ſiue Genearcharum Chriſti ſecundum carnem ab Abraham & appellat librum Generationis ad imitationem eius quod geneſis 5. legimus: liber generationis hominum, ubi & Catalogus ſubijcitur nominum. Domino eiuſmodi librum ſignificat in quo aliquid recenſetur & imitatur ut hoc nomen proprie catalogo & hiſtoriæ competat. proinde auſpicatur Euangelium Chriſti ab humilitate generationis & humanitatis Chriſti id ipſum per uitæ ærumnas ſupremumq; ſupplicium crucis ad reſurrexionis uſq; gloriam, & potentiam, maieſtatemq; regni eius in quo omnia moderatur deducturus

per

per paſſionem enim ignominioſiſſimam & acerbiſſimā In gloriam ſummam introiuit. Cæterum Euangeliſtæ perſonam Chriſti deſcripturi, quæ Deus & homo eſſet:
1. Mathæus una uoce, uidelicet appelatione Criſti (quod ad diuinitatem attinet) hanc indicaſſe ſatis duxit: Etenim quod Ieſum quoq; Meſſiam ſiue Criſtum expectatum & deſideratum, illum ſanctorum regem, qui uere iudicium & iuſtitiam in terra facturus eſſet, in cuius diebus Iuda ſaluandus & Iſrahel confidenter habitaturus eſſet, cuius nomen eſſent uocaturi, Dominus Iuſtus Noſter. Ieremiæ 23.
2. Similiterq; in eo dum illum, Semen illud benedictum Abrahæ, & filium illum Dauidis æternum regnaturum, genus eius & maiores numerando Euangelizauit. ſcripturam ſcientibus, diuinitatem ſaluatoris admodum explicatè & perſpicuè, prædicauit & teſtatus eſt.

Diuus Ioannes paulo apertius Chriſti maieſtatem prædicauit docens ipſū eſſe illud patris æternum uerbum, illamq; diuinam uim & potentiam qua condita ſunt, conſiſtunt, conſeruantur, & uiuunt omnia, quæ non niſi à natis per Spiritum ſanctū in Chriſto agnita eſt, quibus uidelicet à patre cæleſti audire & diſcere de filio dei datū eſt.

Quod uerò Ioannes apertius egit: nam per totā ſuam hiſtoriam ea potiſſimum de Chriſto memorat quæ diuinitatē eius aſtruūt, & creditur a patribus qui tempori eius uiciniores fuerint ex occaſione quorundam feciſſe qui Chriſtum purum hominem Blaſphemabant.

Mathæus præterea Ieſum Dauidis ſimul & Abrahæ filiū prædicauit, propter inſignes promiſſiones dauidi & Abrahæ factas, quod uidelicet Ieſus ſit promiſſa illa diuq; expectata dauidis & Abrahæ ſoboles quæ omnibus uitam ſit exhibitura.

Sed prius Dauidis quā Abrahæ filius à Mathæo cōmemoratur, quod promiſſio Dauidi facta ut erat uicinior tempori ita habebatur quoq; populo illuſtrior ac memorabilior: Cæperat enim Chriſtus iam uulgo filius Dauid cognominari quod multis in locis apud Euangeliſtas manifeſtum eſt cuius cauſā dederunt prophetæ Eſa: 11. & 55. Hierem: 23 & 33. Ezechi: 34. & 37. Oſeas 3. ac alij loci ſcripturarum quibus Chriſtū ſub nomine uel Dauidis uel germinis eius promiſſum legimus, hos ergo ſequuti Iſrahælitæ Chriſtum quem expectabant, filium Dauidis uulgo cognominabant.

Quod ad Abrahā attinet ſatis notum eſt ſemen illud Benedictum Abrahæ promiſſum in quo omnes gentes & nationes benedicendæ eſſent, Chriſtum eſſe. gene: 12 & 22. quod Apoſtolus exponit, Hebræ: 2. Gala: 3.

Ponit inſuper Mathæus tres Teſſaradecades, quarum primam ab ABRAHAM per patriarchas uſq; ad regem Dauidem deducit: Secundam uero per reges: Tertiam inſuper per principes ſeu duces Iudæorum, quod memoriam fortaſſe lectorum iuuare uoluerit. Niſi ad tres ſtatus uidiſſe placeat quibus ſub Chriſti aduentum completis quod tum & populi huius ſtatus ſic mutari debeat, ut increduli prorſus alienę dominationi ſubijciantur: Cum neq; Iudices ſiue duces, neq; Reges, neq; Pontifices amplius ſint habituri. Et terminos non ſine myſterio ſic collocatos eſſe ſentio, quod conſtet ABRAHAE, Dauidis, & Babylonicæ captiuitatis tempore, deum promiſſionem adæ primum factam de Semine Benedicto, potiſſimum renouaſſe.

Conueniunt autem Euangeliſtæ utriq; in Abraham & quibuſdam, ſequentibus quos in medium paginæ collocauimus. Cæterum Abraham cum eſſet Centum annorum Gene: 21. genuit.

22. Iſaac.

Quemadmodum Abrahæ deus Semen Benedictum promiſit, eodem pacto eandem promiſſionem filio Iſaac repetit Gene: 26 porro Iſaac cum ſexagenarius eſſet genuit ex Rebecca Gemellos Eſau & Iacob. At Chriſti linea deducitur per.

23. Iacob.

Et huic promiſſio Abrahæ facta repetitur & renouatur à deo, Gene:28. legimus inſuper de generationibus Abrahæ, Iſaac, & Iacob Gene: 21.&25. præterea legimus Geneſis. 29. & 30. quomodo Iacob genuerit Iudam & fratres eius. Iacob naſcitur 2108. anno mundi, & cum eſſet 77. annorum profectus eſt in Haran Gene: 28. habebat uero Centum & triginta annos dum in Aegyptum migraret Gene: 47. & annos natus 147. in Aegypto moritur Gene: 49. Anno mundi 2256. qui fuit Annus 46. Balei Iunioris undecimi regis Aſſyriorum Ioſeph tum habuit 57. annos, qui natus 100 annis uitam morte commutauit. Gene:50. Anno mundi 2310. Supputatio uero annorum mundi ad inhabitationem Aegypti & deinde ad Moſen quæ Iſrahelitas duxit ex Aegypto, alioſꝗ duces & reges deuoluitur.

24. Iudas.

Hic à patre Iacob in Genearchã Chriſti conſecratus eſt Gene: 49. propterea Euangeliſtæ huius Iudæ peculiariter mentionem faciunt, propter peculiare uaticinium quod de eo præceſſit quo dei ſpiritus uoluit ſignificare, primo quidem regiam dignitatem fore conculcandam id quod à Babylonijs factum legitur: Deinde uero & conculcatis reliquijs exorituros duces, Iudices & ſcribas ſiue nomophilaces, è quibus naſſendus ſit Sylo cum turbatis rebus Iudaicis omnis eorum poteſtas ad aliegenigenas perueniſſet quod ſub Herode Magno Aſcolonita factum eſſe conſtat, Quem Romani rerum Iudaicarum potiti & uictores regem populo Iudaico dederunt. Et gentes in Chriſtum omni Idololatriæ cultu relicto omnem ſpem collocarunt, uerumꝗ deum coluerunt, & adorauerunt. Deducitur uero progenies Chriſti à Iuda uſꝗ ad Dauidem Meminit Mathæus fratrum Iudæ ideo quod duodecim patriarchæ fæderis dei principes & capita populi dei fuerunt. Ideoꝗ nec Iſmahelis neꝗ Eſau meminit quia ad populũ dei non pertinebat. Et licet ex Iuda tantũ natus ſit Chriſtus, ad reliquos tamen Tribus, omnes pertinuerũt patres illi ex quibus fore natũ à deo promittebatur. Roma: 9.

Præterea in Hiſtoria de Iuda multa ſunt quæ de Iuda repræhenſione digua commiſſa ſunt, nempe quod diſſeſſit à fratribus ſuis quod ad Cananæos conceſſit et mulieri gentili nupſit: quod Nurum ſuam nuptijs filij ſui promiſſis etiam defraudauit quod ſcortatus eſt: quod Nurum ſuam indicta cauſa mox ad mortem rapi, iuſſit. Ex hoc igitur uiro extra coniugium per ſcortationẽ conceptus Phares inter patres ac maiores Chriſti numeratur. Tam abeſt ut qui repræhenſibiles ſunt, ad hanc Chriſti generationem non admittantur, ut non ſine peculiari dei conſilio factum ſit quod plærꝗ inter maiores Chriſti haud leuium peccatorum notis inſignes referantur. Quod uidelicet cauendum fuerat ne putaretur ipſius puritas à patrũ pendere ſanctimonia & integritate. Et conueniebat ut qui pro peccatoribus moriturus, & carnem de noſtra peccatrice carne ſumpturus eſt ꝑ peccatores patres generationẽ duceret carnis enim propriæ puritatem habiturus erat, agnus ille immaculatus, non ex noſtra carne nude natus eſt, pro qua & paſſus eſt, ſed ex conceptione omnium puriſſima quæ eſſet non ex uiri ſemine, ſed ſpiritus ſancti operatione. Neꝗ par erat ut ex maiorum probitate cõmendandus ueniret in hunc mundũ cum non ex patribus ipſe nominis authoritatẽ ac dignitatem deſumpturus eſſet, ſed illis magis quam per ſe non habuerat & perpetuam eſſet allaturus nominis celebritatem. Demum quod Iudas offenſus à fratribus diſceſſit ad Cananæos & ſe illis nuptiarum copula coniũxit figura erat Chriſtum Iudęorum fratrum ſuorum incredulitate offenſum iuncturum fore ſibi gentes. genuit autem Iudas è Thamer, Phares & Zaram.

25. Phares.

Hiſtoria de Iuda & Thaæmer habet Gene: 38. gemelli autem iſti pætulerũt Typum utriuſꝗ populi. Iudaici & gentilium unde Mathæus Typi latoris commonefacit docetꝗ

docetq; Chriſtum & Iudæis & gentibus natum eſſe ſaluatorem, uterq; enim po- pulus in uno continetur utero, hoc eſt, in una ſocietate. Zaram primo productus in lucem, Typum gerit populi Iudaici, qui nititur operibus, & primo in peculium, à Deo delectus eſt, ideoq; manum profert operis inſtrumentum, cui circũligatur coccinum in Typum Leuitici & ſanguinarij ſacerdotij, quo indicabatur peccata per ſanguinem Chriſti eſſe expianda. Atq; hic populus prior cruentam cæde prophetarum & Chriſti, manum retrahebat, locũq; dat poſteriori populo ſcilicet gentilibus. Erumpit hic Phares & pura fide colit Deum: Interim & interſtitium ſublatum eſt id quod inter Iudæos & gentes ſimultatem alebat, Cæremoniæ uidelicet & Circumciſio. Sic gentes in fidem, ad Iudæorum reliquias fideles, ſuſceptæ ſunt. Tandem uero & Zaram in lucem prodijt, id eſt, poſt uocationem & plenitudinem gentium intrabunt & Iudæorum reliquiæ, quod & Apoſtolus Rom: 11. innuere uidetur, quando in fine omnis Iſrahel ſaluabitur. Admonet Hieronimus, obſeruandum in Genealogia ſaluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas quas ſcriptura repræhendit, ut qui propter peccatores uenerat, de peccatoribus naſſens, omniũ peccata deleret, unde & in conſequentibus Ruth Moabitis ponitur & Barſabea uxor uriæ: Phares autem genuit.

26. Eſrom.

Videntur hæc tranſcripta eſſe ex 4. capite libelli Ruth ubi eadem illa uerba ſicut à Mathæo citantur, in eandem formam leguntur, ſicut & in libro primo Paralipp: Capi: 2. & in primis capitibus Numerorum.

26. Eſrom autem genuit Aram.
27. Aram genuit Aminadab.
28. Aminadab genuit Naaſſon.
29. Naaſſon genuit Salmon.
30. Salmon genuit Boos.
31. Boos genuit Obed & Ruth.
32. Obed genuit Ieſſe,

De octo prioribus generationibus nil legitur præcipui, quod notari queat dempta Hiſtoria Boos & Ruth; quæ peculiari & diſcreto uolumine deſcripta eſt in qua iterũ uocatio gentium prælineata depræhenditur. Erat autem Ruth gentilis mulier ex Moab, quæ poſtea cũ ſocru ſua Hebræa, ad Iſrahelitas tranſijt, & à Boos ad coniugiũ admiſſa, mater eſt Regum effecta. Ita certe populus gentium, relictis cognatis ſuperſtitionibus, ad Chriſtum uenit, illiq; fide deſponſatus eſt. Fertur etiam quod Iudas & filij Phares & Eſrom, Gene: 46. cum Iacob ſunt profecti in Aegyptum, in qua & manſerunt, Nati ſunt uero Aram & Aminadab in Aegyto in qua etiam manſerunt. Naaſſon cum alijs duodecim principibus Iſrahæliticis ſuſpenſus eſt, dum quadraginta annos ducem egiſſet, ſed cum Baal Peor in introitu ſanctæ terræ, Canaan initiatus fuiſſet & cum Moabiti defornicatus fuiſſet, Nume: 25.

Cæterum miretur hic aliquis teſte Bullinge: quomodo ſibi hoc congruat quod Rachab & Ruth, hoc loco duabus generationibus coniunguntur, quæ tamen ſecundum ſeriem Hiſtoriæ, propter multos interuenientes annos diſiunctiſſimæ ſunt, nam primo anno Ioſue putatur capta & uaſtata Iericho, ſeruataq; Rachab & locata Salmoni. At primo anno Iudicis Elon duxit Boos Ruth Moabitidem, atq; inter hos terminos interueniunt anni plus minus ducenti ſeptuaginta ſex: ueriſimile itaq; eſt quod plures fuerint eiuſdem nominis, ſcilicet Boos Patriarchæ ſibi ſuccedentes, quorum poſtremus fuerit pater Obed: noluiſſe autem Euangeliſtam idem nomen cum faſtidio auditorum ſubinde repetere ad hoc quod inſtitutam Teſſeradecadem interturbaſſent, uel potius conſentaneum eſt Salmonem & Boos diuina uirtute, Neſtoria (quod

aiunt)ſæcula uixiſſe,ideoq́ referunt à natiuitate Boos uſq́ ad natiuitatem Dauid in tercedere Trecentos ſexaginta annos. Vt Boos natus annos centum & uiginti unum genuerit Obed ex Ruth,octauo anno Boras & Deborę, et obed natus annos centū & uiginti unum genuerit Ieſſe,Demū Ieſſe natus annos centum & octodecim genuerit Dauid.Nec mireris patrum generantium antiquitatem,nam & Abraham natus centum & uiginti annos ſuſtulit ex Ketura ſecunda uxore ſua filios ſex, quos in Arabiam fœlicem miſit, Gene:25.

Præfigurant autem duæ mulieres Ethnicæ Chriſtum etiam ex gentibus & in gentium ſalutem quoq́ natum eſſe.Rachab fuit Chananæa, patria Ierichuntina conditione meretrix, de hac legimus Ioſue 2. & 6. Ruth uero Moabitis fuit,ſed Rachab de infami ſua profeſſione ad pudicum coniugium, ab idoliſq́ ad Deum uiuentem tranſiuit,piamq́ ſe omnibus modis geſſit. Et Ruth ueram religionem complexa eſt,fidemq́ in omnibus ſeruauit. Qui igitur ex gentibus Chriſtum recipiunt non imputabitur illis præputium,ſed in familiam Dei,& conſortium Chriſti connumerabuntur.

Videtur Matthæus pręterea occultius Iudęos pungere & excitare in Thamar,quę incredibili arſit deſiderio Sobolis ex Iudæ proſapia conſequendæ, ut huic deſiderio ſuo omnes poſt habuerit fortunas,imo & in ſummum capitis periculum ſeſe cōiecerit. Admonet igitur Iudæos Euangeliſta,ut benedictum illud ſemen à Deo pręſtitum orbi maximo animi deſiderio excipiant ac amplectentur, ut non dubitandum ſit Thamar quam Iudas ſemine filij defraudauerat bonam ſpem ortam eſſe, quam libido ad hoc facinus non animarat,ſed benedicti ſeminis deſiderium,nam hæc ante & poſt conceptum illum integerrime uixit. Et Berſabeæ peccata quæ ſpreto uiro adulterinis complexibus Dauidis ſeſe obtulit non obſtitere filij ſui fœlicitati,qui ſe ad Dominum conuerterat,obſeruabimus itaq́ nullo peccato deſtinatam Dei gratiam impediri poſſe.Cæterum Ieſſe obſcurus fuit, 1 Para: 2.ut Dauid eius filius à Saule uocatus ſit per contemptum,filius Ieſſe qui & filij gratia nonnihil adflictatus ſit 1 Samu:16. Hic inquam 33. Ieſſe genuit.

34. Dauid Regem.

Quod Dauid regem appellat admonet diuini beneficij, quo Dauid ex caula ouium in principum aulam translatus ſit,nam primus è Tribu Iuda rex creatus eſt. Renouat quoq́ Typum quem Dauid Chriſto prætulit, in eo potiſſimum quod poſt maximas afflictiones peruenit in regnum,ſic & Chriſtus per paſſionem in gloriam cœleſtē intrauit.Pręterea Dauidi inter patres omnium copioſiſſime & euidentiſſime renouata eſt ſeminis benedicti promiſſio, quemadmodum id ex uerbis Nathan prophetæ liquet.2.Samue:7. 1 Paral: 17.Pſalm:89.& 132. quæ neq́ in Salomonem neq́ eius poſteritatem, ſed ſolum in Chriſtum Dominum competunt, cuius regni non erit finis. Hæc etiam promiſſio exponitur à prophetis. Eſaiæ 9.11.&53. Hieremiæ 23.Oſeæ 3. Ezechi:34 Et hic finit Mathæus primam Teſſaradecadem, & ſecundam à Dauid rege incipit inquiens.Dauid rex genuit.

35. Salomonem. Nathan.

Hic diuerſitas quædam exoritur inter Euangeliſtas,Matthæo & Luca. Hæc,quæ Matthæus recenſet uidentur ex li:prim: Paralipp: eſſe deſumpta, quomodo uero Salomon ex ea quæ fuit uxor Vriæ natus Dauidi ſit legimus 2 Regum 12. Certe Euangeliſta facinus illud infame Dauidis non cœlat,ſed in memoriam reuocat, ſiquidem delicta nullibi erunt occultanda,multa minus eorum ex quibus generatio ducebatur, cum is peccatorum gratia abolendorum per illos naſſi uoluerit: prætulit præterea Salomon Chriſto Typum qui unus eſt princeps pacis & patri cœleſti uiuam & ſpiritualem domum ex uniuerſa terra Eccleſiam nempe fidelium erexit & extruxit.

Hic

Hic ſciendũ eſt Matthæũ genus Chriſti deducere per lineã Salomonis naturalẽ uſq; poſt Ioram, nam deinde & ipſe tranſilit in lineam Nathan legalem. Sed Lucas mox ab initio poſt Dauidem lineã naturalem Chriſti à Nathan continenter deducit nã cõſtat Salomonem & Nathan fratres, atq; Dauidis, Barſabeæ filios fuiſſe 2. Re. 5. 1 Para: 3. Mattheus uero etiam per lineam naturalem, ſed uſq; ad Ioram, nam tum tranſilit iuxta legem Dauidis de ſucceſſione regni inſtitutam in poſteros Nathan.

Habuit Dauid duos filios, quos ad imperij ſucceſſionem ordinauit nempe Salomonem & Nathã & inter hos talem conſtituit ordinem, ut primũ quidẽ Salomon & poſteri eius in Iſrahel regnarent, poſtquam autem Salomonis poſteritas deficeret, tũ ſuccederet in regno poſteritas Nathan, unde Nathã Philone authore dictus eſt Ahiſchar hoc eſt, frater principis, propterea quod inſtitutum erat, ut deficiente Salomonis ſtirpe, familia & poſteritas Nathan in regno ſuccederet. Dictus eſt Nathan, propter legem ſucceſſionis Mathat hoc eſt donatus ad ſuccedendum, unde Mathatim, hoc eſt donati ad ſuccedendum poſteri dicebantur ſicut Ahiſcharim fratris principes uide Eraſmum in Annotat: ſuper hunc locum. Porro huius legis, ferendę occaſionem Dauidi dederat, lis inter filios ſuos quos ex Berſabea exceperat & genuerat, qui inter ſe de regno diſceptabant, igitur Dauid edicto ſtatuit, ut à Iuniori ſucceſſio inchoaretur. Itaq; à Salomone minimo filiorum regnum eſt cæptum, & in edicto additum ſi poſteritas Salomonis deficeret, ut tum Nathan natu maior filius eiuſq; poſteritas in regno ſuccederet.

Conſiliũ Dauidis in diſtribuendo regno.

Matthæus ergo deducit genealogiam Chriſti à Dauide per Solomonem uſq; ad Ioram dicens.

Dauid genuit Solomonem, Solomon. genuit

35. Roboam.

De hoc legimus 3. Regum 11. & 12. item 2. Paralipo: 9. & 10. ca: ſub iſto percuſſa eſt Iudæa & ablatum aurum templi à pharaone rege Aegypti 2 parali: 12 ſub quo & diſſceſſio decem Tribuũ facta eſt Roboam autem genuit.

26. Abia.

Abia autem genuit.

37. Aſa.

De abia & Aſa ſcribitur 3. Regum. 15. & 2 paralipo: 14 15. & 16. Aſa bonus fuit ab initio anteq̃ Baaſa rex Iſrahel contra ipſum uenerit ad pugnandum ubi ad regem Syriæ confugerit eius auxilium implorauit, reprehenſus à propheta Anani ipſum in neruum conijci iuſſit. Aſa. autem genuit.

38. Ioſophat.

De hoc legimus 3. Regum 15. 2. parali: 17. 18. 19. 20. Hic recto corde dominum quæſiuit at in hoc peccauit quodcum Achab primum rege Iſrahel impio

Lucas uero deducit genealogiam Chriſti à Dauide per Nathan & obſeruat Lineam naturalem Chriſti ac ſeorſim enumerat Ahiſcharim, qui deſcendunt à Nathan donec ueniat ad Mattha, quem enim Matthæus Hoziam appellat hunc lucas Matthan uocat hoc uidelicet ordine.

Dauid. Nathan.

Mattatha.

Menan.

Meleam.

Heliachim.

Ionam.

Ioſeph.

Iuda.

Simon. } Hæc cognomina
Leui. } ſunt Ioas & Amaziæ regum à Matthæo omiſſorum horum prior colapſam poſteritatem Nathã reſtituit, & trinomius fuiſſe fertur, dictus eſt enim Simon, Heli, et Ioas.

impio fœdus iniȷt illũq; bello iuuit ideo à Iehu correptus, at nihil motus, poſt Achab etiam cum illius filio Ochozia fœdus iniȷt. Ioſaphat autem genuit

22. Ioram.

De hoc rege extat hiſtoria 4 Reg. 8. & 2 Paral. 21. Sectatus eſt impietatem domus Achab, occidit fratres ſuos, filios Ioſaphat & fecit Iudam fornicari à domino. A Ioram autem qui deſcendit à Salomone, uariat Euangæliſta à ſerie Hiſtoriæ tranſitq; in lineam Nathan & ait, Ioram genuit Hoſiam. At Ioram non genuit Hoſiam: Impoſſibile hoc fuit ſiquidem poſt Ioram plus quam centum annis natus eſt Oſias, ſed Ioram genuit, Ochoſiam, Poſt quem ex linea Nathan ſucceſſit Ioas qui Amaſiam at Amazias genuit Azariam qui alio nomine dicitur Hoſias, Oſias, ſiue Vzias, unde conſtat Hoſiam qui et Azarias dicitur non fuiſſe ex genere Salomonis, ſed ex genere Nathan. Et intermittit Mathæus tres reges unum quidem ex familia Salomonis Ochoſiam nempe, quem & Ahaſiam legunt 4 Reg 11. in quo & ſtirps Salomonis defecit, ꝙ Philo proſpicuè explicat unus ſolus, inquiens, Ochoſias ex Iorã & Salomone ſupſtes fuit, quo perẽpto, Athalia mater eius inuidia pcita & demẽtata, conata eſt omnẽ ſtirpem regiã Ahiſcharim, hoc eſt, eorũ qui ex familia Nathan, ad ſuccedendum in imperio deſignati erant, perdere & excindere, ſed prouidentia Ioſaba ſororis Ochoſiæ ſeruatus eſt Ahiſcharim minimus infans, nomine Heli cognominatus Ioas, qui primus rex fuit ex poſteritate Nathan poſtquam Salomonis familia in Ochoſia qui ſine liberis diſceſſit, defeciſſet, Ab hoc Ioas deſcendunt reges qui poſt Ochoſiam in Iuda regnauerunt uidelicet Amaſia, Azaria, qui & Hoſias, dicitur Iotham, Achas & reliqui.

Mattha.

Hi omnes per Nathan à Dauid deſcendunt. In Mattha autem Lucæ qui & Oſias Mathæo iterum conueniunt Euangeliſtæ uſq; ad Salathielem, noo quidem nominibus ſed perſonis, Nam quos Lucas à Mattha uſq; ad Salathielem recenſet ea quidem ſuut cognomina eorum quos Matheus ab Hoſia uſq; ad Salathielem commemorat.

Scribit Philo quod à Ioas qui Lucæ dicitur Simeon, qui primus fuit rex ex poſteritati Nathan atq; omnes reges poſt eũ in rememorationem qui poſteritas Nathan in eo reſtituta eſt, ſemper binoneos uel trinomios fuiſſe, quo inſigne hoc beneficium Dei, in ipſorum memoria fixũ permaneret, qui afflictiſſimis rebus dum nulla ſpes humana reſidua eſt, omniaq; humana conſilia ſuccumbunt mirabiliter ſuis adeſt & conſilia ſuam exequitur, neq; ſuos auxilio ſuo deſtitui permittit utcunq; ratio humana cæcutiat ſiue concidat, qui unice requirit ut fidem in promiſſionibus eius exerceamus uera enim ſunt eius uerba neq; nos unquam fruſtrabuntur.

Omiſit & Mathæus alios duos reges ex familia Nathan ſcilicet Ioas de quo dictum eſt & Amaſiam poſt quos ſequitur Hoſias qui & Vſias ſiue Azarias dicit: Hic primũ faciebat quod rectũ erat, at corroboratus in regno eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum & neglexit dominum Deum ſuum qui adolere uolens percuſſus eſt Lepra 2. Parl. 26. Hieronimus cenſet ideo omiſſos ne quid in teſſaradecade redundaret. Proinde dicit Mathæus Ioram genuiſſe Hoſiam non quod Hoſias fuerit naturalis & immediatus filius Ioram ſed quod dictus ſit filius eius ordinatione Ahiſcharim, iſtorum uero regum Hiſtoriam leges 4. Reg: 9. 11. 12. 14. Et 2. Paral. 22. 23. 25. & 26.

Qui Mathæo dicitur proprio nomine, illius à Luca ponitur cognomen, ut

45. Hozias nomen proprium. cognomen Mattha.

De Hozia lege 2. Para: 27. Hozias genuit

26. Ioathan. Ioram.

Qui huic 47. Achas. illi Heliezer nominatur

Hic malus fuit & ambulauit in uijs regum Iſrahel fuit idololatra ideo propter hunc uehementer Iuda eſt afflictus,uide 4.Regum 15.16.& 2.Parali:27.28.

Qui Huic 48.Ezechias. Illi Ieſo dicitur

Hic bonus fuit piorum regum imitatus exempla,uide 4.Regum 18.& 2. Parali: 29.

Qui Mathæo 49.Manaſſes. Lucæ erit Her. Hic malitia maiores ſuos ſuperauit ſed ad dominũ conuerſus per pœnitentiam impetrauit gratiã.

Qui Mathæo 50.Amon à Luca Helmadam dicitur de duobus his regibus uide 4.Regum 21.& 2 Para:23.

Qui Matthæi. 51. Ioſias. à Luca, Coſan nominatur Hic ad Exemplum Ezechiæ pius, ſub hoc inuentus eſt liber legis in templo Domini abſconditus,de hoc Hieremiæ 25.legitur.

Poſt Ioſiam iuſta ſerie Mathæus rurſum emiſit duos reges ſcilicet. Pro ijs duobus ponit Lucas cognomina eorum ſcilicet

Ioathan & Ioakim. Addi & Melchi.

De Ioſia rege & Iechonia,fratribuſq; eius uide 4.Regum 22.24.& 2 Paral:34.25.38.

Et qui huic 48.Iechonias Lucæ appellatur Neri.

qui & Ioakim dicitur pater Salathielis.

Hic obſeruabis Ioakim alium eſſe à Ioachim nempe patrem à filio.

Habuit hoc cognomẽ à populo ut Ner id eſt. Lucerna dicitur nã & Philo:refert Euilmerodach rex Babyloniæ eductũ Ioachim de carcere in honore habuit, eumq; populus Ner cognominauit,quod lucerna Dauidis quæ, timebatur extincta illuxiſſet, cui liberata datus eſt à Deo Neſezebeel cognomento Sealthiel qui genuit,Baratham à ducatu (populi enim dux fuit) Zerubabel dictum. Cui & Eſra 3.aſtipulatur.

Meminit Matthæus fratrũ Iechonię,ideo explicandũ uidetᷣ qui fuerit Ioſias qui à Nechaone rege Aegypti occiſus eſt 2 Par: 25. optimus princeps Hier: 22. habuit quatuor filios Iohannan nempe primogenitum qui aliâs Ioathan dicitur,Iehoiakim ſecũdũ, Zedechiam tertium & Sellũ quartũ 1 Par:3.de primogenito nihil traditᷣ,qui tẽpeſtiue exceſſiſſe creditur. At Sellum qui & Ioachas appellatur ſucceſſit patri ,ſed præfuit tantum tribus menſibus quia Nechao rex Aegypti deiectum ſecum abduxit in Aegyptum 4 Reg:23. 2 Par: 36.& Hier:22. Conſtituit autem pro ipſo Iehoiakim ſecundum ex filijs Ioſiæ qui dictus etiam Eliakim & hic regnauit annos 11.4 Reg.23. Natiq; ſunt ei filij duo 1 Par.3.prior Iechonias,Iehoiachin ſiue Ioachin. Poſterior autẽ Zedechias,qui in iſtis turbis inglorius perijt.

Cæterũ Iehoiakim patᷣ Iehoiachin ſiue Iechoniæ XI.regni ſui anno captus eſt à Na-
buchodonozore & abductus eſt,in itinere aũt obijt & ſepultura aſini ſine luctu ſepul- 2. Paral:
tus eſt. Succeſſit huic in regno filius Iechonias,uerũ & hic nõ niſi tribus mẽſibus præ- ultimo.
fuit nã pficiſcebatᷣ in exiliũ uoluntariũ, egreſſus in urbẽ cũ ſua familia ſuſceptus eſt à
rege & ſimilitᷣ captus abductus eſt in Babylonẽ à Nabuchodonozore, q mox in Ie- 4.Re:24
choniæ locũ ſubſtituit regẽ.Zedechiã q et Machanias dicitᷣ patruũ Iechonię fratrẽ Ie-
hoiakim,tertiũ uidelicet Ioſię filiũ.Et hic regnauit annis XI.perdiditq; urbẽ et regnũ
capta enim eſt urbs & à Chaldæis inflãmata & penitus extincta atq; deuaſtata,atq; ipſe
rex cũ regni primoribus abductus pœnas perfidiæ & idololatriæ perſoluit. Probe er- 4. Reg:
go monuit Hierony:per Iechoniã q in fine ſecũdę Teſſaradecadis à Matthæo ponitur ultimo.
intelligendum eſſe Ioakim patrẽ, per illũ uero qui in principio tertiæ Teſſaradecadis
ponitur Ioachin filium intelligi debere,priorem ſiquidem ſcribe per k & m,poſteriorẽ
uero per ch . & n, Præterea faber ſtapulenſis teſtatur ſe in uetuſto quodam græco
exemplari legiſſe Ioſias genuit Ioakim , ubi nos falſo habemus, Ioſias ge-
nuit Iechoniam legitur autem à Ioakimo natus Iechonias , qui initium dedit

Babylonicæ

Babylonicæ captiuitati,ſimul autem atq; pater Ioakim exautoratus eſſet à Nabucho
donozore,ducitur & Ioachin filius in Babylonem & inde incipit ſupputatio annorum
exilij Babylonici,igitur 70. anni de quibus Hieremias prophetauerat in 25. Cap: ab
abducto Iechonia ſupputari debẽt ut uidere licet Hierem: 24.25.29. Ezech.1. & 40.
apte indicat in vigeſimo quinto anno tranſmigrationis, detrahe ergo annos, illos 14.
quos à capta urbe numerat à 25. annis captiuitatis & remanebunt 11. anni, illi nimirum
quibus ab abducto Iechonia Zedechias regnauit, hoc eſt ab abducto Iechonia ut
Math.habet cum Ioakim uixerunt & regnauerunt frater eius Zedechias & filius Ioa
kimi,Iechonias,in exilio Babylonico.

Cæterum Babylonici exilij haud ſine myſterio meminit Matthæus, cuius potiſ-
ſima cauſa fuit contemptus uerbi Dei per prophetas prædicati, perfidia quoq; & ele-
ctitia religio, monet igitur recte Iudęos ne ſint duræ ceruicis, neue ſuæ innitantur
iuſtitię, iuſtitiam Dei, Chriſtum cõtemnentes alioqui & Romanos urbem gentemq;
exciſuros,quemadmodum Babylonij olim fecerint.

Obſeruandum etiã quod in hac Babylonica afflictione promiſſio Dei renouata eſt
ut pij conſolantur,quarum maxime cœlebris habetur,quæ legitur Cap:31.Hierem:&
repetitur ab Apoſtolo Hebræorũ 8.de nouo uidelicet Teſtamento & plenaria omniũ
peccatorum remiſſione. Ezech. quoq; 21. præcipitur regi Zedechiæ deponere coro-
nã quod fatũ magnis ſceleribus commeritũ impẽdeat,& dicẽs: Exaltabo humiliatum:
id de Iechonia intellexit,qui iam tenebatur in captiuitate Babylonica uinctus,ſed re-
ſtituebatur tandem per Euilmerodach,ſiquidem regno rurſus inaugurabatur ſed mi-
ras per turbas.Ideoq; propheta dicit Curuam curuam curuã ponam eã.Quę uero poſt
Machabęorum tempora geſta ſunt & ad intelligentiam præſentis uaticinij Ezechielis
ꝑtinere uidebant̃,Ex Bulling: huc referẽda fuerũt. Iudæ Machabęo ſucceſſit frater Io
nathã, & huic Simon frater utriuſq;,ab eo pontificatũ tenuit Ioannes cognomẽto Hir
canus,quo mortuo Ariſtobulus uno tantum anno præfuit populo,qui primus à Baby
lonica captiuitate inter duces & ſacerdotes,diadema inſigne,poteſtatis regiæ cum ho-
nore pontificatus aſſumpſit.Huius ſucceſſor fuit Alexander rex pariter & Pontifex,
Mortuo autem Alexandro, huc atq; illuc in uarias partes abſq; ullo duce gens Iudai-
ca ſeditionibus uexabatur, in tantum ut Alexandra Alexandri demortui uxor obti-
neret imperium,Pontificatum quidem Hircano filio reſeruabat.Ariſtobulo autem al
teri filio regnum tradere ſtudebat. At fratribus diſceptantibus inteſtina ſeditione,ſu-
peruenit Pompeius dux Romani exercitus & capta Hieroſolyma,uſq; ad adyta tem-
pli ingreſſus,uinctum Ariſtobulum Romam miſit,ſeruans ipſum Triumpho ſuo.

Hic Pontificatum Hircano, fratri eius reddidit, Tunc primum Iudæi Romanis
facti ſunt Tributarij.At non ita multos poſt annos Hircanus à Parthis captus & Anti-
gonus Ariſtobuli filius ſubſtitutus eſt in regnum,ſed hic rurſus à Romanis deiectus,
& Herodes M. in regnum illud à Romanis inauguratus eſt. Ideo & propheta dicit,
Etiam hoc non erit ſic,id eſt, regium diadema non ſtabit in capitibus Ariſtobuli,Ale
xandri & aliorum, detrahetur enim per Pompeium, qui & Hircano reſtituto prohi-
buiſſe diadema,à Ioſepho fertur,Corona enim uerè regia Chriſto debebat̃ æterno re-
gi.Sunt & multæ aliæ promiſſiones quæ ex Daniele,Hieremia,Zacharia,& alijs huc
referri poſſent,quas breuitatis cauſa omittimus.

Cæterum & Matthæus & Lucas utriq; Euangeliſtæ conueniunt.In

Salathiele.

Similiter quoq;,& in

Zorobabele:

In tertia & ultima Matthæi Teſſaradecade recenſet Matthæus iam non reges ut in
priori,ſed duces ſiue principes adeoq; iuxta prophetiam Iacob Gen: 49. legiſlatores

& primarios

& primarios in Repub: Iſraelis uiros. Corona enim regia, & poteſtas regia per Babylonios conculcata iacebat & uenturo Chriſto reſeruabatur. Commemorat autem ſcriptura de Salathiele, Zorobabele & Abiud 1. Paral: 3. Iechonias genuit in captiuitate Salathielem & Phedaiam fratres, At Phedaiam genuit Zorobabelem, quem tamen propheta Aggæus & Eſras 1. Eſd. 3. dicunt Salathielis fuiſſe filium, haud dubie iuxta legis ſucceſſionem, & non ſecundum naturam, Nam apud Hebræos duplici ratione dicuntur filij Nempe iuxta legem ſiue legis ſucceſſionem, Et iuxta naturam, lex enim erat ut ſi quis ſine liberis deceſſiſſet, ut mortui frater poſteritatem defuncti inſtauraret, Et qui ſic natus erat duos ferebatur habere fratres, alterum nempe naturalem ex quo natus erat, & alterum legalem, in cuius uidelicet nomen, progeniem & hæreditatem ſuccedebat & defuncti eſſe computabatur filius.

Rurſus dicitur Zorobabel quem alij Barachiam cognominant genuiſſe Hananiã & Meſullam fratres quorum hunc quidam cognominant Rheſa Miſciollam. Porro ab Hanania deſcendit Obadia ſiue Abadia is nimirum quem Matthæus appellabit Abiud unde certum eſt Matthæum omiſiſſe Phedaiam & Hananiam ac ita ſaltum feciſſe ad Abiud qui non immediatus filius fuit Zorobabelis ſed mediatus quemadmodum commemoraui. Et hactenus quidem eorum quos Matthæus recenſet, ſcriptura nominatim meminit, De ſequentibus uero ab Abiud uſq; ad Ioſephum Mariæ ſponſum nihil extat in literis Canonicis.

Iam Euangeliſtæ qui hactenus in Salathiele & Zorobabele conſenſerunt & conuenerunt, rurſum uariabunt, Matthæus enim deducit à Zorobabele per Abiud Genealogiam Ioſeph uerã nempe & naturalem. Lucas uero deducit à Zorobabele per Rheſa Miſciollam Genealogiam Mariæ uirginis, Et habet uterq; hæc nomina quæ in cuiuſq; ſerie compræhenduntur.

Abiud.	Rheſa.
Eliacim.	Ioanna.
Azor.	Iuda.
Sadoc.	Ioſech.
Achin.	Semei.
Eliud.	Matathia.
Eleazar.	Maath.
Matthan.	Nagge.
Iacob.	Hesli.
Ioſeph maritum Mariæ.	Naum.
	Amos.
	Matatthia.
Ex qua genitus fuit Ieſus ille qui dicitur Chriſtus.	Ioſeph.
	Ianne.
	Melchi.
	Leui.
	Mathat.
	Heli.
	Ioſeph Cuius filius putabatur, Ieſus à uulgo ſcilicet, quod propheticorum uaticiniorum erat imperitus.

Hic animaduertẽdũ q̃s Lucas à Zorobabele numerat pleroſq; p cognomina appellatos, Hos Philo inť duces de domo Dauid poſt captiuitatẽ Babylonicã recẽſet. In captiuitatis, inq̃t ſolutione Zorobabel primus fuit, deinde Reſa Miſciolla poſt Ioãna filius Reſa. Hinc Iudas primus Hircanus cognomine, deiceps Ioſephus primus poſthũc Abner Semei, deinde Heli Mathathia. Poſtea Aſar Maath. Hinc Nagge Artaxat, deinde Agai

Agai Hesli, Deinde Maſlot, Naum. Poſthunc Amos, Scyrach, deinde Matathias, Siloa. Poſtea Ioſeph iunior, Arſes. Poſthunc Ianus ſecundus Hyrcanus, Poſt quem Ianum, ablatum eſt ſceptrum de tribu Iuda, Hæc Philo plæraq;. Quos uero poſt Ianum ſecundum ſiue Ianne Lucas addit, hi priuatam duxerunt uitam nempe Melchi, Leui Matthat. Hæli & Ioſeph. Hinc rurſus conſtabit ꝙ Maria & ſponſus eius Ioſeph de eadem tribu Dauidis fuerunt, ſed poſt Zorobabelem diuerſos habuerunt maiores, nam à Zorobabele duæ familiæ deſcendunt, altera per Abiud unde Ioſeph productus altera uero per Rheſa cognomento Meſciollam per quam lineam Maria propagata eſt mater. Vtriq; Euangeliſtæ in Ioas conuenerunt qui unicus de regia ſtirpe quam Attalia uaſtauerat reliquus manſerat, 2. Paral. 22. Poſteritas enim Salomonis in Ahaſia defecerat, unde in lineam Nathan Genearchæ Chriſti transferuntur. Et licet Euangeliſtæ in quibuſdam nominibus & perſonis uarient, manent tamen in Domo Dauidis & demum rurſum conueniunt in Auo Ioſeph nempe Mathan uel Matthat.

Hic Matthat filium habuit Iacob ſicut Mathæus ſcribit, Ex huius Iacobi familia non uenit Meſſias ſed Ioſeph, Nec Maria filia eſt Matthat: Aliâs Ioſeph duxiſſet in uxorem filiam aui ſui & ſororem patris ſui, quod tamen Leuit 18. uetitum eſt à Deo, Oportet igitur ut Matthat adhuc habuerit, ad minimum, unum filium, ex quo Meſſias progignatur. Hic Eli conſtituitur iuxta Lucam, qui genuit filiam, quæ eſt Maria perpetua uirgo, ſaluatoris mater. Patrueles igitur ſunt Ioſeph & Maria mater domini, qui habuerunt eundem auum Matthat. Ideo Maria & Ioſeph eiuſdem fuerunt ſtirpis, quia eundem habuerunt Auum neq; propinquiores eſſe potuerunt niſi fratres & ſorores extitiſſent, Conceſſum erat in populo Iſrahelitico ut Auus ſuos nepotes uel duo fratres liberos ſuos matrimonio copularent, Sic & Ioſeph atq; Maria inuicem deſponſati ſunt. Hic etiam commemoremus apud Syros, teſte Philone HELI & Heliachim & Ioachim idem eſſe, ac manifeſtum eſt ex maiorum traditionibus patrem diuæ uirginis nuncupatum fuiſſe Ioachim, itaq; Lucas poſuit Eli pro Ioachim.

Et quod Heli dicatur à Luca pater fuiſſe Ioſeph non conſtabit naturali lege ſed conſuetudine coniugali qua Socer uocatur pater generi & gener filius Soceri. Naturalis enim Ioſephi pater fuit Iacob.

Sic conſtituitur in Typum

Matthat.

Iacob.	Heli.
Ioſeph.	Maria, uirgo ex qua Chriſtus ſaluator noſter natus eſt.

Conſtat uero Annam matrem Mariæ uirginis ex Sacerdotali Aaronis tribu productam fuiſſe. Vt Maria perpetua uirgo Deipara Mater Chriſti, ex materna ſtirpe de domo Aaronis adeoq; ex genere ſacerdotali, ſed à paterna propagatione de ſtirpe regia, Dauidis fuerit, ut hoc pacto Chriſtus Ieſus de Sacerdotali & regia familia natus ſit, Sacerdos & rex, redemptor, liberator & aduocatus noſter, qui pro nobis intercedendo apud cœleſtem patrem inculpatos nos fideles ſuos conſtituit.

CHRISTI

Superius uſqꝫ ad patriarchæ Iacobi mortē deduximus annos à condito mundo, qui
natus annos 147. in Aegypto moritur anno uidelicet mundi 2256. qui fuit annus
46. Balei Iunioris undecimi regis Aſſyriorum poſt quem ſeptimo anno ſucceſſit Al-
tades rex ut in ſequentibus uidebimus.

Verum quo & Monarchiarum ſucceſſionem commode uſqꝫ ad Chriſtum deduca-
mus repetere hic collibuit primæ monarchiæ exordiū à quibus nempe principibus &
regibus adminiſtrata ſit, quod & in reliquis ordine ſuo præſtabimus. ceterū ut inteli
gi poſſit in his quæ geruntur à magiſtratu opus Dei cognoſcendū & honorandum eſt,
uoluit Deus quatuor monarchijs mundū retineri, ut politia, iuſtitia & uindicta inter
homines conſeruarentur, propterea traduntur de his monarchijs multa paſſim in
ſcripturis ſacris, duplici eas ratione Danieli propoſuit Deus, Dan: 2. primum ſub ima
gine uiri grandis, Cuius caput aureum erat, pectus argenteum, uenter Aeneus crura
ferrea, pedes partim fictiles partim etiam ferrei erant & ne ignorare queamus tum de
mū mundi conſummationem fore. adiectum eſt à petra, qui Chriſtum ſignificat, con
fringi pedes, atqꝫ ita ruina uere indictio eſt ceſſaturum eſſe mūdum. interpr ætatus eſt
hanc uiſionem Daniel ipſe de quatuor monarchijs nam aurium caput ſignicare ait
primum regnum, hoc eſt, Aſſyriorum monarchiam, Argenteum pectus Perſarum re
gnum, uentrem Aeneum Græcorum imperium & ferrea crura Romanorum regnum
Demum uero ferrei & fictiles pedes præſentem Romani imperij ſtatum adumbrant,
quod hodie multo anguſtius & infirmius atqꝫ propemodum diuulſum ac collapſum
habemus, atqꝫ olim extitit, Præ ſe ferunt & horum regnorum Typum quatuor anima
lia oſtenſa Danieli Leæna Aſſyriorum robur ſignificat Vrſus perſarum imperium,
Pardus Alexandrum & quarto animali Romanum imperium ſignificatur & adijci-
tur præter Ro. imperium exoriturum eſſe aliud regnum, crudelitate plenum atqꝫ
adeo, quod contra uerbum dei nouam legem ſtatuet atqꝫ hoceſt Turcicum & maho-
meticum regnum Adeo fideliter comoneri nos uoluit Deus, ut cognitis totius mūdi
hiſtorijs conſideramus non longe abeſſe conſummationis tempus, ut ſede confirmata
ad Deum confugeremus in omnibus anguſtijs & calamitatibus.

In Biblijs uero ſacris extat primum regnum ex Nimbroth apud Babiloneos ini-
tium ſumpſiſſe & uocat eum ſcriptura uenatorem robuſtum coram Deo hoc eſt poten
tem principem, qui ui ſubegerit homines ad optemperandum & uenator coram do
mino dictus eſt, quaſi Dei uenator, quo ſignificatum eſt ciuilem poteſtatem uindictam
eſſe à Deo ordinatam, quæ utiqꝫ Dei miniſtra ſit Itaqꝫ prima monarchia apud Chaldæ
os cœpit. quemadmodum & xenophon teſtatur. & regnarunt primum poſteri
Cham, ex quo originem Nimbroth habuerat cæterum penes poſteritatē Nimbroth
non permanſit imperium Nam apud, Aſſyrios nouum imperium & nouum regnum
exortum eſt per Aſſur, à quo & Niniue ciuitas condita eſt. Porro ex Niniue progreſſi
ſunt Aſſyrij, qui & urbem Babylonem in Chaldæa haud longe ſita ſubegerunt id
quod & Diodorus Siculus ſcribit. Eſtqꝫ per hanc occaſionē Monarchia poſtquam Ba
bylonij eam circiter octoginta & ſeptem annos obtinuiſſet à Chaldæis ad Aſſyrios
tranſlata.

Tempore diuiſionis terræ. heber genuit Pelech Gene: 10 hinc Pelech genuit Re-
gu anno mundi 1788. Eodem anno qui fuit ſalutis, ab aquis 131. regnare cœpit apud
1 Babylonios primus eorum rex Nimbrod Saturnus Babylonicus & regnauit an-
nis. 56.

2. Belus Iupiter Babylonicus ſecundus Aſſyriorum rex ſub cuius temporibus Na
hor & Thorah geniti ſunt regnauit annis 62. cœpitqꝫ anno mundi 1844.

3. Ninus Beli filius tertius Aſſyriorum rex, cuius temporibus Abraham natus eſt,
regnauit annis 52. cœpitqꝫ anno mundi. 1906.

4. Semiramis uxor Nini regnum defuncto marito adminiſtrauit Aſſyriorũ annis 42. quæ cœpit anno mundi 1958:

5. Zameis Ninias quintus Aſſyriorũ rex regnauit annis 38. hic in ſacris literis Gene 14. uocatur Amraphel & cœpit anno mundi 2000. in huius temporibus Abrahã ex Vr Chaldæorum migrat in haram deinde Gene:12. uocatur ex haram anno ſuæ ætatis 75. & in Aegyptum deſcendit. Hiſce temporibus Abraham è manu quatuor regum Loth liberauit. Iſmaël naſcitur ex Agar anno ætatis Abraham 86. Gene. 16.

6. Arius ſextus Aſſyriorũ rex annis regnauit 30. cœpitq́ anno mundi 2068. ſub huius temporibus Circumciſio mandatur Abrahæ Gene:17. Iſaac natus Gene:21. ſodoma Gomorha, Adama, Seboim & Segor ciuitates propter peccata igni penitus euerſæ ſũt Gene: 19.

7. Aralius ſeptimus rex regnauit annis 40. cœpitq́ anno mundi 2068. ſub temporibus huius regis Iſaac offertur & promittitur benedictio omnium gentium in ſemine Abrahæ Gene: 22. Gal: 3.

8. Baleus Xerxes octauus rex annis regnauit triginta hic ferox fuit & militia fortu natus ideoq́ Xerxes id eſt uictor & triumphator eſt appellatus incipit anno mundi 2108. quo eodem anno Eſau & Iacob frater naſcuntur Gene: 25. hos Abraham inſtituebat in uia domini qui & natus annos 175. mortem obijt Gene: 25.

9. Armatrites nonus rex annis regnauit 38 cœpitq́ anno mundi 2138. ſub hiſce temporibus Sem moritur poſtquam uixiſſet annis 600. qui poſt mortem Abrahæ uixit annis 35. & Iſmaël moritur annorum 137. Gene: 25.

10 Belochus priſcus decimus rex Aſſyriorum rexit annis 35. cœpit anno mundi 2176. ſub hoc Iacob in Haram profectus cum eſſet annorum 77. Gene:28. hinc diſce quam mirabilis ſit deus in conſeruandis ſuis, & complendis præſtandisq́ promiſſionibus dictum eſt in Iſaac uocabitur tibi ſemen hoc tempore Iſaac propter ſenectutem decumbit mortiq́ proximus eſſe uidetur, duos tantũmodo habens filios, quorum alter metu fratris abigitur in exiliũ alter contumax parentũ deiq́ contemptor, Iſmaël contra multo fælicior diem obijſſe uidetur, quàm ipſi Iſaac ſperandum erat reliquit enim poſt ſe duodecim filios principes ex ſeſe genitos, qui omnes iam populis ſuis dominabantur & cum illi promiſſio de obtinenda terra data eſſet quis natura & ratione duce dei promiſſionibus fidem habere potuiſſet? cum omnia hæc contraria apparen. ſed manet id dictum pſalmi. 5 ſcitote quoniam dominus mirificat ſiue mirabiliter ducit ſanctos ſuos. Ideo ſemota ratione noſtra adhereamus uerbo dei tunc non fallemur neq́ fruſtrabimur quia non confunduntur qui ſperant in dominum.
Iacob: 84. annorum erat cum celebraret nuptias cum Lea & Rachel ſex annis nuptijs proxime ſequentibus nati ſunt Iacob decem filij & filia Vna ex

Lia. { Ruben. Simeon. Leui. Iuda. Iſſachar. Zabulon Dina.

Ex Zelpha famula Liæ. { Gad: Aſſer.

Ex Bala

Ex Bala famula Rahelis. { Dan / Nepthali }

Iacob erat annorum 91. cum ei naſceretur filius ex Rachel quem uocauit Ioſeph.

Redit Iacob ex Meſopotamia in terram Chanaan & cum angelo luctatur uincens Iſrahel uocatur Gen: 32. Dina à Sichem filio Henor Heuæi uiolata Sichimitæ Cæſi Gen: 34. Iacob iuſſu Dei redit à Sichem in Bethel, in reditu Beniamini natus eſt, matre Rachel in partu extincta Ge: 35. ſepulta eſt Rachel in uia quæ ducit Ephrata, quæ eſt Bathleem. hinc locus nomen Rachel obtinuit cuius mentionem facit Math: 2. ubi & dictum Ieremię prophetæ Cap: 31 citat Rachel id eſt Bethleem plorans filios ſuos & nolens conſolationem admittere.

Baleus Iunior undecimus Aſſyriorum rex annis regnauit 52. cœpitq; anno mundi 2211. Hic regnum etiam intra Indiam propagauit. Ioſeph anno 17. ætatis ſuæ in Aegyptum uenditus eſt. Gen: 37. Chad filius Leui Auus Moſe & Aaron natus anno mundi 2220. Hic iam octogenarius genuit Amram patrem Moſe, Euſebius ait Amram fuiſſe 70. annorum cum generaret Moſen. Leui annorum 137. Exod. 6. moritur anno uidelicet mundi 2322. CHAD uero moritur natus annos 133. Exod. 6. Anno mundi 2356.

Cæterum Iob circa ea tempora quibus CHAD Auus Aaron & Moſe natus affirmante Philone uixit, qui refert Dinam uxorem fuiſſe Iob. Ioſeph cum eſſet 30. annorum è carcere liberatur ac totius Aegypti princeps conſtituitur Gen: 41. Anni fertiles ſeptem incœperunt cum Ioſeph è carcere liberaretur, ſeptem poſtea famis incœperunt Anno mundi 2237. Proximo poſt anno nempe ſecundo anno cœptæ famis deſcendit Iſrael in Aegyptum Gen: 46. Et Iacob erat 130. annorum cum ſtaret coram Pharaone, meminit etiam huius famis Iuſtinus lib: 36. Mortuus eſt Iſaac anno ætatis ſuæ 180. Vidit hic Iſaac nepotes ſuos omnes ex filijs & afflictiones Iacob ob amiſſum filium Ioſeph, proſperitatem quoq; filij ſui Eſau, qui iam omnem terram Seir potenter obtinebat. Hinc iterum commemores, quàm mirabilis ſit Deus in ſubleuandis ſanctis & deprimendis hoſtibus ſuis. Iacob acceperat benedictionem ſummam à patre. Habebat promiſſionem, quam ipſe auribus proprijs à Deo audierat Gen: 28. quod ſemen ipſius in ea terra, quam inhabitabat deberet principatum obtinere, quorum tamen omnium hoc tempore nullum apparet, contra uero Eſau debeat eſſe ſeruus Iacob, tam ſecundum diuinam uocem, maior ſeruiet minori Gen: 25. quam ſecundum benedictionem patris. Hic iam omnem terram ad montes Seir ſibi ſubiectam habet & magna cum potentia dominatur. Cum ille qui benedictionem acceperat uix ſedem, quam tutus habitet, coram mundo obtineat, afflictionemq; unam poſt alteram experiatur. Quis hic iterum ratione humana ductus, credere potuiſſet Dei promiſſionibus? Sed ſic agit Deus & aget cum ſanctis ſuis & inimicis ſuis, hoſtibus Eccleſiæ, quo ad mundus hîc permanſurus eſt & durabit.

ORDO PATRVM.

1. Abraham.
2. Iſaac.
3. Iacob. }
4. Iuda. } Hi deſcenderunt in Aegyptum.
5. Pherez. }
6. Hezron. }
7. Ram. } Hi in Aegypto manſerunt.
8. Aminadab. }

 9. Naheſſon

9. Naheſſon dux in exitu cum alijs ducibus ſuſpenſus eſt in Campeſtribus Moab propter Peor Idolum Num. 25.

10. Salma dux introitus in terrã cum Ioſua, qui duxit Rachab Iechuntinam ex qua genuit.

11. Boas qui ex Ruth genuit.

12. Obed.

13. Ieſſe.

14. Dauid.

Porro cum Iacob deſcenderet in Aegyptum erant filij eius.

Ruben	Annorum.	45.
Simeon		44.
Leui.		43.
Iuda.		42.

Iã poſt mortẽ annũq; mortis Iacobi patriarchæ ut ſupra commemorauimus interceſſere anni Sex & proximo poſt anno ſucceſſit Aſſyriorũ rex duodecimus nomine.

12. Altades qui regnauit annis 32. cœpitq; anno mundi 2263. Hic prorſus delicijs diffluxit

13. Mamitus decimus tertius Aſſyriorum rex gubernauit annis 30. cœpitq; anno mundi 2295. ſub huius temporibus Amram pater Moſe natus eſt. & Ioſeph 110. annorum mortuus eſt Gene: 50.

14. Mancaleus Aſſyriorum rex decimus quartus adminiſtrauit Imperium annis. 30. Leui moritur ſub huius temporibus annorum 137 Exod: 6. & ſub huius regis temporibus Hebræorum ſeruitus ſub Amenophe Pharaone cœpit & indies grauior facta eſt donec centum ferè anni elaberentur.

15 Spherus Aſſyriorum rex rexit annis 20. cœpit anno mundi 2355. Circa hæc tẽpora CAHAD Auus Moſe moritur annos natus Centum triginta tres Exod. 6. & anno regni Spheri decimo nono Moſes Natus quartus à Iacob. ſextus ab Abraham.

Abraham
1 Iſaac.
2 Iacob.
3 Leui 1.
4 Chad. 2.
5 Amram 3
6 Moſeh. 4.

Quid Abrahæ ſit prædictũ de ſui ſeminis ſeruitute & liberatione & reuerſione in terram Chanaan uide Gene: 15. Iacob ſiquidem ingreſſus eſt Aegyptum Moſech uero quartus à Iacob populum eduxit.

16. Mancaleus Decimus ſextus Aſſyriorum rex regnauit annis 30. Beroſus hunc regem Mamelum nominat cœpit anno mundi. 2375.

17. Sparetus decimus ſeptimus Aſſyriorũ rex regnauit annis. 40 cœpit anno mundi 2405. ſub huius decimo anno natus Ioſuah dum Moſes eſſet 42. annorum.

18. Aſlatades decimus octauus Aſſyriorũ rex regnauit annis 40. hic cœpit anno mundi 2445. & omnem Syriam ſuæ dictionis fecit & anno octauo Aſcatidis, Cancres Aegypti rex, uictus Hæbræorũ odio quos perditos uolebat perijt in mari rubro Beroſus lib: 5. & eius nono anno eductus eſt Iſrahel ex Aegypto poſt datam Abrahæ promiſſionem annis 430. Exod. 12 Gal 3. proximo poſt anno exploratores terræ Chanaan mittuntur Num. 10. & in primo exitus anno Menſe tertio poſt exitum lex dei de cœlo data eſt per angelos Exod: 20. acto. 7. hinc feſtum pentecoſtis apud Iudæos obſeruari oportuit.

19. Amyntes decimus nonus Aſſyriorũ rex regnauit annis 45. cœpitq; Anno mundi 2485. Huius octauo anno moritur Moſequi eſt ab exitu Iſrahelis quadrageſimus annus Ioſua fit dux proximo poſt Anno ducitq; populum Iſraheliticum in terram promiſſam & præit populo annis 32. 1. Ioſue ſeptẽ Annis primis, deuicit reges Chana a 1 Et ſequentibus 25. annis in diuidenda terra fuit occupatus et probatur hæc ſupputa tio Ioſue. 14. ubi Caleb à miſſione exploratorum in terram Chanaan quod in ſecundo exitus de Aegypto anno factum erat Numeri 10. uſq; ad eiuſdem diuiſionem numerat annos 45. Vide numeri. 13.

Iudices Iſrahelis

2. Athniel ſiue Othoniel iudicauit populum annis octo huius Iudicis anni an umerantur anni Ioſue Iudicũ 3. hunc â plæriſq; Ioſue anni 40. ſupputantur cœpit anno exitus 73.

3. Ehud qui & Aioth iudex Hebræorum tertius iudicauit annis 80. Iud. 3. cœpit anno exitus. 81. anno mũdi 25.33 occidit Eſlot regem Moabitarum cui populus Iſrahel ſeruiuit ſed inde p Ehud liberatus eſt Iudicum 3. ſub hoc accidit ſcelus quod ppetrarũt Gabaonitæ cũ uxore leuitæ Iudicum 18. 19. 20. 21.

4. Debora et Barach iudicauerunt annos 40. ſub hiſce temporibus hiſtoria Ruth facta eſt.

5. Gedeon iudicauit annis 40. cæpitq; ab exitu Anno. 201.

6. Abimelech Tyrannus qui interfecit 70. fratres Iudicauit Iſraël annos 3. iudicũ 9. Hic interfectus à muliere fragmẽto molæ Aſinariæ 2. Reg: 12. Iudic: 9.

7. Thola de tribu Iſachar iudicauit Iſrael annis 23. cœpitq; anno exitus. 244

8. Iair Gileadites Iudicat annis 22. Iudicũ 10 pax fuit in Iſrael cœpitq; anno exitus 267.

Interregnũ in Iſrahel annis xviij. quibus Hebræi coacti ſunt ſeruire Philiſtæis & filijs Ammõ Iudicũ 10. ob Idololatriam & uitia alia & pœnitentiã egerunt

9. Iephtali Gileadites ſpurius iudicauit annis Sex. pugnauit contra Ammon. & cœpit ducatũ ſiue Iudicandi munus ſecundo anno Tautanij regis Aſſyriorum.

10. Ibzan Vel Abeſſan Bethleæmites iudicat annis 7. Iudicũ 12. hunc quidam Hebræorũ putant eſt Boas patrẽ Ieſſe auum Dauidis.

11. Elon de tribu Zabulon iudicauit

Monarchæ Aſſyriorum.

20. Belochus Iunior rex Aſſyriorum Viceſimus uixit annis 25. cœpitq; anno mundi 2530. Exitus Iſrahelis ex Aegypto 78.

21. Belloperes rex regnauit annis 30. cœpit anno mundi 2555.

22 Lamprides xxij. rex Aſſyriorum gubernauit annis. 32. cœpitq; anno mundi. 2585.

23. Soſares xxiij. Aſſyriorum rex præfuit annis 20. cœpitq; anno mundi 2617.

24 Lampares regnauit annis 30. à mundi anno. 2637.

25. Pannas xxv. Aſſyriorum rex gubernauit annis 45. cœpitq; anno mundi 2667.

26. Soſarmus xxvi. Aſſy: Rex regnauit annis xviiij.

26. Myrteus xxvij. Rex Aſſyriorum regnauit annis. 27. cœpitq; anno mundi 2730.

28. Tautanius rex Aſſyriorum xxviij. regnauit ennis 23. cœpitq; à mundo condito 2758.

Iſrahel annis 10.

12. Abdon iudicauit annis 8.Iudic.12.

13. Samſon filius Manoah de cognatione Dan iudicauit annis 20. cœpitq; anno exitus.338.dicit liber Iudicũ cap.13.filios Iſrahel afflictos annis 40. quorum accipiendi ſunt viginti ſub Samſone & 20. ſub Heli.

14 Heli ſacerdos iudicauit Iſrael annis quadraginta,cœpit anno exitus 358. Ignauia eius arguitur in pijs educandis & caſtigandis 1.Reg.2.3.4.

Tempora Iudicũ à morte Moſe uſq; ad Samuelẽ ſunt 357.anni,incluſo Ioſua Nec falli ſinit ratio 3.Re.6.ubi numerãtur anni ab exitu ad templũ Salomonis 480.

15. Samuel & Saul præfuerunt Iſraheli annis 40. Acto.13. cœpitq; Samuel anno exitus 398. cuius decimo anno naſcitur Dauid, & Saul conſtituitur rex anno Samuelis 31.qui fuit exitus 428.annus,tertio anno poſt,propter inobedientiam reijcitur Saul & Dauid eligitur & ungitur in
1. regẽ & Goliath interfectus eſt à Dauide, hic notandum quomodo iudices Iſrahelitici populi non hęreditarij fuerint, ideo nec firmum aut certum imperium habuerint, præterquam apud ſummos ſacerdotes,ſed preſidij loco ſubinde addidit Deus prudentes principes eoq; nunc in hac nũc in alia tribu excitabat, quam imperij incertitudinẽ populus indigne ferens,poſtulauit à ſum̃o ſacerdote Samuele regem certũ deſignari quo Deus iraſcitur non q; improbet regiũ imperiũ, ſed indigne fert nouitatis ſtudiũ populi in ea repub.mutãda,q; prouidẽtia ſua quenq; opus fuit tutatus erat ſuſcitando iudicij qui populum liberarint.

2. Dauid rex Iſrahelitarũ ſecundus ex tribu Iuda rexit annis 40.Septem nempe in Hebron & 6. menſes,33. in Hieruſalem 1.Paral.3. & cum regnare cœpit fuit triginta annorũ 2.Reg:5.anno exitus 438.

3. Salomon tertius Iſrahelitarum rex regnauit annis 40.3.Re: 11.qui fuit exitus 478.Verum anno exitus 480.anno Salomonis quarto incipiente cœptum eſt ædificari templum domini 3.Reg:6. ob Salomonis idololatriam poſtea regnũ Iſrahelis ſciſſum eſt 3.Reg:11.

29. Tauteus XXIX. Rex Aſſyriorũ regnauit annos 40. cœpitq; anno mundi quo & Samſon 2790.

30. Tyneus XXX. Aſſyriorum Rex regnauit annis. 30. cœpitq; anno mundi 2830. qui fuit exitus ab Iſrahel. 378.

41. Dercillus XXXI. Aſſyriorum rex regnauit annis 40. cœpitq; anno mundi.2860.

32. Eupales XXXII. Aſſyriorum rex regnauit annis 38.cœpit anno mũdi 2900.qui fuit annus exitus.448.

33. Laoſthenes XXXIII. Aſſyriorũ Rex gubernauit annis 45. cœpitq; anno mundi. 2938.

1. Roboam

1. Roboam regnauit in Hieruſalem annis 17. de hoc 3. Reg: 14. 2. Paral. 12. cœpit anno mundi 2970. Hic tamen nollet parere cõſilijs maiorum in minuendis exactionibus regni & ſubleuandis oneribus, effecit ſua ſeueritate & rigore, ꝙ mutatio regni ſit ſubſequuta & potiſſima pars populi ab eo defecerit nouumq́ regnum in Samaria auſpicatum. Cæterum in tribu Iuda retinuit imperium poſteritas Dauidis & regẽ Iuda ſequuta eſt tribus Beniamin.

Abiam cœpit anno 18. Ieroboam & regnat annis 3. pugna uicit regem decem tribuum Iſrahel.

Aſa cœpit anno 20. Ieroboam in fine ſcilicet anni & regnat annis 41. ſub hoc Zareia Aethiops fugatur 2. Paral: 14.

Ioſaphat regnauit in Hieruſalem annis 25. cœpit anno Achab 4. qui fuit annus mundi 3030. 3. Regum ultimo. 2. Par: 20. Et Helias circa hæc tempora prophetare incipit, qui ſublatus in cœlum circa viceſimum annum Ioſaphat & Eliſeus incipit prophetiſare. Item Ioram rex deſignatus cum pater Achab auxilium ferret contra regem Syrię 3. Re. 22. Micheas. 3. Reg: ultimo.

Ioram filius Ioſaphat incipit regnare anno 5. 4. Regum 8. 2. Par: 2. Ioram Iſrael & regnauit annis octo per ſe uero cum uiuente patre,

1. Ieroboam rex Iſrael regnauit annis 22. Hic nouam religionem excogitauit atq́ cum hoc cœpit iniquitas populi Iſrahel Ezechiel 4. & durauit annis 390. uſq́ ad 23. Nabuchodonoſoris annum in quo reliquiæ extremę Iſrahelis & Iudæ in Babylonẽ abductæ ſunt Ierem: 52.

2. Nadab cœpit ſecundo anno Aſa & regnauit añis 2.

3. Baeſa percuſſit Nadab anno tertio Aſa & regnauit annis 24. Elias & Eliſeus circa hæc tempora nati ſunt in medio ſeculorum.

4. Ela regnauit anno Aſa 26. nempe annis duobus. 1. Reg: 16.

5. Zamri interfecit Ela anno Aſa 27. regnauit 7. dieb. tunc diuiſus eſt populus cõtigit interregnum in Iſahel 4. annis pars ſequebat̃ Thebni pars Amri 3. Reg. 16.

6. Amri anno 31. Aſa rex confirmatur & regnat annis 12. Amri diſſenſionis 4. adduntur Amri in Therſa regnauit ſex annis deinde ædificauit Samariam 3. Reg. 16.

7. Achab regnauit in Samaria annis 22. cœpitq́ anno Aſa. 38. Accidit fames Helię unum regnauit annum cum patre ſuo Amri.

8. Ahaſias uel Ochoſias regnare cœpit 17. anno Ioſaphat & regnauit annis duobus 2. Re: 1

9. Ioram regnat annis 12 cœpit anno 18. Ioſaphat & ſecundo anno Ioram Iudæ 2. Reg: 3. Deinde Ioram & Ochozias interrempti ſunt à Iehu.

10. Iehu regnauit annis 28. cœpitq́ anno mũdi 3060.

34. Pyrithiades XXXIIII. Aſſyriorũ rex regnauit annis 30. cœpit anno mundi 2983.

35. Ophrateus XXXV. Aſſyriorũ rex regnauit annis 20. cœpitq́ anno mundi. 3013.

36. Ophraganeus XXXVI. Aſſyriorum rex regnauit annis. 50. cœpitq́ anno mundi 3033.

decrepito deſignatus erat à patre in regem anno regni ſui 17. ſecundo anno ante Ioram Iſrael 4. Reg. 1. Mos erat ſi quis regũ in bellũ eſſet ꝓfecturus, ut prius ſignifica-ret quẽ regẽ poſt ſe eſſe uel-let, ſi in prælio fortaſſis cade ret: impius fuit rex occidi iuſ ſit maiores & fratres ſuos & nouę Idololatrie author fuit, ideo uictus à palęſtinis occu-buit, à quibus abductæ ſunt uxores eius & liberi præter Ochoſiã qui natu minimus erat.

4. Re. 8. Ochozias regnauit 12. Iorã Iſrael, uno anno, & patris exemplo falſum cultum Dei inſtitui permiſit, qua re & is occiſus eſt, in hoc ſtirps ex Salomone defe-cit & ceſſauit.

Athalia interfecto omni re-gio ſemine ex Nathan ex cepto paruulo Ioas regna uit annis ſeptem.

Ioas octo annorum conſtitui tur rex à Ioiada ſummo Pontifice & regnat annis 40. cœpit anno 7. Iehu 4. Reg. 10. principio bo-nus fuit, at poſt mortem Ioiada malus euaſit. 2. Pa-ral: 24. qui Zachariam in atrio domus domini in-terfecit, Et Haſaël rex, Sy-riæ templum ſpoliat.

Amaſias regnauit in Hieru-ſalem annis 29. cœpit ſecũ do anno Ioas Iſraël Huius Amaſiæ frater fuiſſe fer-tur Amos pater Eſaię pro phetæ, qui fuit ex regia tribu. Hic intempeſtiuũ bellum mouit cõtra Ioas Iſrahelis, ideoq; fugatus eſt 4. Re. 14. Et Amaſias occiſus in Lachis cui ſuc-ceſſit.

11. Ioachas ab anno 23. Io as regnauit ãnis 17. 4 Re: 13.

12. Ioas filius Ioachas tri-ennio ante deſignatus rex 4. Reg: 13. regnare cœpit po-ſtea exacto triennio in Iſrael annis 16. cœpit anno mundi 3105. Sub hoc Eliſeus mortu-us eſt.

13. Ieroboam regnauit in Iſrael annis 41. Cœpit anno 15. Amaſiæ regis Iuda. Oſi-as prophetare incipit ſub Ie-roboam & Ozia Iuda.

Amos de captiuitate de-cem tribuum prophetare in cipit atq; huic exordiuntur anni illi 65. de quibus fini-tis Regnũ Iſrael deſtrui de-bere dixerat Eſaias.

Et poſt mortem Ieroboã regnum Iſraël à Tyrannis di uexatũ eſt, uſq; ad ſui finem & terminum.

14. Zacharias anno Ozię 38. regnauit 6. mẽſibus, quẽ interfecit & pro eo regnauit

15. Sellum menſe uno quẽ etiam interfecit & pro eo re-gnauit.

16. Manahen annis decem

17. Phaceia cœpit anno 50. Oziæ & regnauit annis duobus.

18. Pekah filius Romeliæ cœpit 52. anno Oziæ & re-gnauit annis 20. anno mun-di 3186.

Naum propheta circa hæc tempora uaticinatur libera-tionem Iſraelis.

37. Aſcraſapes 37. rex Aſſy: regnauit annis 42. cœpit anno mundi 3083.

38. Tonos Concoleros qui & Sardanapalus ultimus Aſſyriorũ rex regnauit annis 20. qui cœpit anno mundi 3126. Huius effœminatum animum præfecti eius odio habuere, ideo phul Belochus Babyloniæ, & Arbates Medorum præfecti contra eum coniurauerũt & bello illato ui ctores Monarchiam in-ter ſe partiti ſunt, atq; ſic hæc Monarchia eſt de-ſtructa quę durauerat annos 1358.

REGNVM Aſſyriorum nouum.

1. Phulbelochus regnat an: 48. Hic in Babylone habitauit, reli qui Aſſyrij dicũtur in ſacris literis eo quod Aſſyrijs cũ

MEDORVM Regnum.

1. Arbaces reg: an: 28. liberis Medis.

2. Soſormus regnat an: 30.

IVDA.

Ozias qui et Aſarias dicitur & regnauit an̄is 52. Agebat Ozias quintum annum dum pater interficeretur ſed regnū ſeruabatˀ puero à ſenatu magno Zanedrim appellato igitur Ozias ſedecim annorum in gubernacula uenit anni uero aſcribuntur Oziæ quia pro rege ex quo pater extinctus eſt haberi cœpit, circa quinquennium ante Oziæ regnum Eſaias natus eſt, circa 15. annum huius, Ionas ad Niniuen mittitur.

Abdias propheta coætaneus Amos prophetæ. Eſaias prophetare cœpit 28. anno Oziæ, & Ioel circa Oziæ incœpit ut uidetur Hieronymo, mihi uero placet quod ſub Manaſſe fuerit, uel aliquanto poſt.

Ioatham cœpit anno 2. Pecah & regnauit annis 16. anno mundi 3187. & anno proxime ſequenti, Olympiades Græcorum incepere quarum quælibet 4. habet annos. Et Micheas propheta claret.

ISRAEL.

19. Oſea interfecit Pekah & regnauit per Tyrannidē anno 20. Iotham, qui fuit 4. Achas, indignatur propheta impium regem Achas nominare, ac potius patrem mortuum nominat.

20. Oſea regnauit in Samaria 12. Achas Anno & regnauit annis nouem hic confirmatus eſt rex Oſea Poſtea regnum Iſraheliticū deſtructum eſt anno mundi 3222. In Olympiade nona poſtquam duraſſet ducentos quadraginta & quatuor annos.

REGNVM Aſſy: nouū.

Babylonijs imperauerunt & plærię in Niniue habitauerunt, Nā Babylonij habuere ꝓprios reges ſed ꝗ his Aſſyrijs ſubditi fuerint, regem Manahen Iſrahel tributarium facit. 4. Reg: 15.

2. Phul Aſſar cognomēto Tiglat, regnat annis 23. Vrbes cœpit Galilæā, & Nephtalim abduxit 4. Re: 15.

3. Salmanaſſar regnat annis 10. Hic multis quoq; imperauit 4. Regum 17. anno mundi. 3216. Hic obſedit Samariam & cœpit eā, 4. Re: 16. regnūq; Iſraelitarum deſtructum eſt cum duraſſet annis 253.

4. Sennaherib qui & Sargon appellatur regnauit annis fermè ſeptē Azotum obſedit Eſa. 20. Hic rex in Niniue habitauit 4. Reg: 19. & ſub hoc tempus Merodach Baladam in Babylone principatum obtinuit annis 52.

Hic à ſuis filijs interimitur, deleto per Angelum Domini exercitu & regnauit in eius loco.

MEDOrum Regnū.

2. Soſormus regnat annis. 30.

3. Medidus ꝓfectus medorum annis præfuit. 40

Achas qui & Eliezer anno 17. Pekah cœpit & regnauit annis 16. in fine anni Eſa. Chriſtum ex uirgine naſciturum prædixit Eſa. 7. annis antequā fient 757. eſt plane impius rex, Vide 4. Reg: 16. & amicitiam cum Aſſyrio inijt.

Ezechias regnare cœpit anno tertio Oſeæ Iſrahel regnauit annis 29. duobus nempe cum patre ſuo in Olympiade nona, ſignum quod decumbenti datur, legitur Eſa. 38. 4. Reg: 20.

Manaſſes regnauit annis 55. cœpitq; anno mundi 3246. in Olympiade quindecima. Impijſſimus fuit rex Eſaiā Socerum ſuum Serra medium diſſecuit, Deus Babylonios ei ſuperinducit 2. Paral: 33. At in Babylonem abductus in carcere cognoſcens peccatum ſuum & pœnitentiam agens in regnum Iudà reſtitutus eſt & euertit abominationes ſuas quas prius colebat & domino ſeruiuit Sub hoc rege ante Babyloniorum inuaſionem docuit Habacuc Chaldæos ad punienda peccata populorum à domino ſuſcitatos.

Amon

IVDA.

Amon uel Helmada ualde impius regnauit annis duobus, poſtea à ſeruis ſuis interfectus eſt 4. Re.21.

Ioſias uel Coſan pius regnauit annis 31. abſtulit omnes abominationes, cœpit anno mũdi 3303. Olympiade viceſima nona, huius regis decimo tertio anno Ieremias prophetare incipit.

Lex dei reperta. Phaſe reparatum 2.Par:34. Sophonias arguit peccata populi & rectores Hieroſolymorum δωροφαγίας accuſat, interitũ Philiſtęorum, Moabitarum, Aſſyriorum & Aethiopum Iſraelisq; per Chriſtum conuerſionem prædicit, tandem Ioſias à Nechaone occiſus 2.Par:35.& poſt eũ regnauit.

Ioachas uel Addi menſes tres poſt quem ſucceſſit. 4.Reg:23.2.Paral. 36.

Eliakim qui & Ioakim à rege Aegypti Nechone conſtitutus & regnauit annis vndecim cœpit anno mundi 3334. Olympiade triceſima ſeptima. Hieremias captiuitatem 70. annorum populo prædicit, Rex comburit librum Cap. 25.& 26. Rex fit Nabuchodonoſori tributarius 4.Reg.24. & Anno tertio rebellans. Chaldęus exercitum contra eum miſit.

Iechonia qui & Ioachin atq; Ner dicitur regnauit per tres mẽſes quibus exactis profectus eſt in uoluntarium exilium 4.Reg: 24. Dan: 1. & à Rege Nabuchodonoſore, conſtituitur rex.

ASSYRII.

5. Aſſaradon filius Sennaherib annis decem, incœpit in ſeptimo anno patris, Anno mundi 3232. in Olympiade duodecima.

6. Merodach Baldan cũ 12.annis in Babylone regnaſſet omnem Aſſyriorum potentiam ad Chaldæos 1.trãſtulit & regnauit poſtea annis 40. ideo Ieremi:50. regnum Babylonis Merodach appellat.

BABYLONIAE
regnum.

2. BenMerodach ſecundus Babyloniæ & Chaldæorum rex regnauit annis 21. cœpitq; anno mundi 3282. Anno Manaſſis regis Iuda 37. Bellum inter regem Aegypti & regem Chaldæorũ 2.Paral.35.4.Reg:23. Herod.lib.2.Hierem:46.

3. Nabuchodonoſor primus regnauit Annis 35. cœpit anno primo Ioſiæ pij regis Iuda.

4. Nabuchodonoſor Magnus regnauit annis 43.& incœpit quinto anno regis Ioakim qui & Eliakim dicitur. Potitur Aegypto. 4.Regu:24. Hiere: cap. 25.dicit Nabuchodonoſorem regnare cœpiſſe anno 4.Ioakim regis Iuda quod intelligendũ eſt de iure anni, illorum ſępe enim annus cuiuſdam regis circa medium aut finem anni alterius regis incipit & ſupputationes nonnullã caliginẽ offundũt parũ cautis.

MEDI.

4. Cardiceas regnauit annis. 13.

5. Deioces primus, qui regijs honoribus & ornamentis apud Medos eſt uſus regnauit annis 35. uide Herodotum.

6. Phaortes regnat annis 22. Hic cum omnibus ſuis copijs ab Aſſyrijs cæſus eſt Herod: lib primo.

7. Cyaxares rex regnauit annis 40. cœpit, anno mundi 3331.

Mathanias qui & Zedechias dicitur hic regnauit annis undecim Ezechiel incipit prophetare in Babylone. Huius regis nono anno Hieroſolyma obſeſſa tandem undecimo deſolatur, Anno mundi 3355. in fine olympiadis quadrageſimæ ſecundæ.

IVDA.

Captiuitas Babylonica 70. annorum Nabuzaidan princeps militiæ regis Babylonis, extremas Iſrahelis & Iudæ reliquias, quæ ſpe incolende terræ undiq; confluxerant in Babylonem abducit, atq; hic finiti ſunt 390. anni iniquitatis Iſrahel, Item 40. anni peccati domus Iuda, qui per dies 390. & 4. indicati ſunt Ezechiel 40. Iſrahelis anni ſtatim cum peccato Ieroboam, qui fecit uitulos aureos incipiunt, domus autem Iuda ab decimo octauo anno Ioſiæ quo Lex Dei reperta fuit ipſi tamen ei non obſequebantur nihiloq; melioris reddebantur. Iechonia incarceratur.

CAPTIVITAS Iudaica.

Iechonia exaltatus ab Euilmerodach 4. Reg. 25. Hierem:52. Hic poſt liberatione Heri appellabatur teſte Philone & genuit filium Meſezebel, qui & cognomento Sealthiel dictus eſt, qui & Barachiam cognomẽto Zorobabel genuit decimo ſeptimo anno ante ſolutam captiuitatem Philo.

Daniel uidit ſomnium quatuor Beſtiarum quæ ſignabant quatuor mundi regna Dan: 7. Item uiſionem Arietis & Hirci Dan: 8. quo ſtatus ſecundæ Monarchiæ depingitur, Item afflictio populi Dei in terra, id eſt, Græcorum Monarchia. Danieli prædicitur, quæ ſub Antiocho Epiphane, Syriæ rege accidit Dan: 10. 11. &c.

CHALDAEORVM.

Nabuchodonoſor ob inſaniã e regno pulſus cũ feris 7. annis in agro egit Ezechiel uidet ciuitatis & Templi æterni regationem Ezech. 40 Nabuchodonoſor cognoſcens dominum in regnum reducitur. Dan. 4.

5. Euilmerodach regnauit annis 30. uocatur ab Herodoto Labynitus cœpit, anno mundi 3391. in Olympiade 49. quintum caput Danielis, fere id uelle uidetur, quaſi hic Euilmerodach is fuerit Nabuchodonoſor, qui ſomnia habuit & cum feris uixit uocat enim eũ, cui hæc obuenerunt plerisq; in locis patrem Balthaſſaris, ut pater pro Auo ſit poſitus.

6. Regaſſar regnauit annis tribus.

7. Lab Aſſardach regnauit ſex annis.

8. Balt Aſſar regnauit annis quinq; hic ponit Metaſthenes quem ſequitur pro his tribus regibus, recẽtiores ponunt unum Baltaſſarem cum quibus non contendero & hunc Herodotus Labynitum filium Labyniti uocat.

MEDORVM.

Aſtyages octauus me dorum rex rexit annis 35. cœpit anno mundi 3371. In Olympiade 46. anno decimo ſexto captiuitatis Babylonicæ ſiue Iudaicæ.

PERSARVM.

Perſarum Cyrus uicto Aſtyage in triceſimo quinto anno regni Aſtyagis Medorum potentiam ad Perſas tranſtulit regnauit tamen aliquandiu, Cum Cyro Cyaxares heres Aſtyagis quem Daniel Darium Medum uocat cuius filiam Cyrus uxorem duxit & regnauit Cyrus annis omnino 29 quorum nouem poſtremos in Monarchia rexit Perſarum.

Zorobabel

Zorobabel dux Iudæorum poſt reditum populi gubernauit annis.58. Et Ieſus ſummus pontifex geſſit pontificatum annis 36. fundamenta Templi cœpta , ſed ædificatio à Samaritanis accolis impedita eſt. 1. Eſe. 3. quam etiam & Cambyſes poſtea impediuit uſq; ad ſecundum annum Darij hiſtaſpis, 1. Eſd. 4. uocatur autem Cambyſes ab Eſdra, Artaxerxes.

Decimo octauo anno Zerobabelis Haggeus & Zacharias prophetant. Samaritani ſecundo Iudæos ob templi ædificationem accuſant Darius uero id conceſſit & tributa dari præcipit ut domus Domini compleretur. 1.Eſr.5.&6.

Ieſus anno 36. Zorobabelis ad regem Darium profectus quo abſente Ioachim filius eius ſacerdotio fungitur octo annis, & in quadrageſimo quinto anno Zorobabelis reuerſus iterum ſacerdotio præeſt annis uiginti.

Dux Rheſa Meſulliam filius Zorobabelis gubernauit annis 66. anno mundi 3484. cœpit incipiente Olympiade 75. Et Ioachim iterum patre mortuo ſacerdotio functus eſt annis 48. iuxta Philonem at potius nos ſequi debemus Nehemiam & Ioſephum ſecundum quos tantum 28. inuenimus, cœpit enim Eliaſib eodem anno ſacerdotium adminiſtrare quo Nehemias Hieroſolymas uenit Nehem: 3. Ioſeph.lib.11.Cap.5.ut putandum ſit uiginti annos adiectos quibus cum patre reuerſo ex Perſide ſacerdotium adminiſtrauit.

Eſras anno 22.Rheſa ducis Hieroſolymam mittitur ad conſtituendam rempublicam.1.Eſr.7.ſeptimo nempe anno Artaxerxis.

Nehemias Hieroſolymam miſſus anno 35. ducis Rheſa Eliaſib ſacerdotio fungitur annis 41.Hic reuertitur ad Regem Perſarum cum murorum extructio completa eſſet Nehem: 5. Et Nehemias à rege regreſſus Eliaſibum & reliquos tranſgreſſionis repræhendit.

Cyrus Babyloniam cœpit regnumq; ad Perſas tranſtulit Anno mundi 3425. in Olympiadis ſexageſimæ ſecundo anno. Hic Cyrus anno primo regni ſui id eſt Monarchiæ, Iudæis ædicto publico libertatem redeundi in patriam, ædificandiq; templi Domini , facultatem conceſſit. 1.Eſd.1.Ioſeph lib.11.cap.primo.

Cambyſes ſecundus Perſarum rex rexit annis octo, De hoc Herodotus lib. 3: cœpitq; anno mundi.3434.in Olympiade 62. Octauo Cambyſis anno duo Magi ſeptem menſibus regnant deinde.

Darius Hyſtaſpis filius Hinnitu equi Rex Perſarum confirmatus regnauit annis 36.Herod.lib.3.&6. Huius ſexto anno domus Domini completa & extructa eſt 1.Eſr.6.

In anno huius regis ſeptimo Hadaſſa quæ eſt Eſther ad regem Ahaſſuerum qui eſt Darij Hyſtaſpis filius introducitur. Babylon quæ defecerat recipitur viceſimo menſe.

Xerxes quartus Perſarũ rex regnauit annis 21. De hoc uide Herodotum lib. 7. & 8.Iuſtinum 3.demum Artabanus ſpe adipiſcendi regni Xerxem ob infortuniũ contemptibilem factum, interficit.

Darius Artaxerxes longimanus, filius Xerxis, quintus Perſarum Rex regnauit annis 44. cœpitq; anno mundo 3499. in 4.anno Olympiadis 78. Huius anno ſeptimo Menſe Martio ſecundum Lunæ curſum, die duodecimo, quo Iudæi cum Eſra congregati à fluuio Babylonis AHARA Hieroſolymam uerſus proficiſci cœperunt cum mandatis à rege datis ut rempublicam Iudaicam inſtaurarent, quidam haud improbandi Hebdomades 70. Danielis incipiendas eſſe comprobant. Alij uero à ſecundo anno Longimani exordiuntur ſupputationem. Hic circa finem ſeptimi anni belli inteſtini Græcorum ſiue Peloponeſiaci moritur.

Dux Iohanna BenReſa præfuit annis 53. Ioiada pontifex maximus annis 24. præfuit, incipiens anno mundi 3559. Deinde Iothan uel Iohannan ſacerdos conſtituitur præfuit annis 24. Nehemias eum Cap. 12. Ionathan appellat. Hic fratrem Ieſum in templo occidit ob quam cauſam ſeptem annis Iudæi tributarij fiebant Ioſeph: lib. 11. Cap. 7.

Dux Iuda primus Hircanus præfuit annis 31. Huius anno 5. Iaddua fit Pontifex Maximus uſq; ad Alexandri Monarchiam.

Dux Ioſeph primus præfuit annis 7. Onias priſcus Pont: Max: annis 27. cœpit anno mundi 3634. quo & Græcorum regnum cœpit.

Darius Nothus ſextus Perſarum rex regnauit annis nouemdecim cœpit anno mundi 3543. in Olympiade 89. Media à rege defecerant ſed rurſum ſubacti ſunt à rege, teſte Xenophonte.

Artaxerxes Mnemon cognomento Magnus ſeptimus Perſarum rex præfuit annis 36.

Darius Artaxerxes Ochus Rex octauus regnauit annis 26. cœpitq; anno mundo 3598.

Arſames uel Arſes Nonus rex pręfuit annis quatuor, Hinc poſtremus rex Perſarum.

Darius regnauit annis ſex, Hic à Iuſtino appellatur Codomanus lib. 10. huius ſexto anno Alexander M. Babyloniam & Suſam cœpit & Beſſus Bactriæ præfectus Darium interfecit, Et Perſarum regnum ad Græcos transfertur.

Epilogus ſecundæ Monarchiæ Perſarum dum Iudæi ſeptuaginta annos in exilio apud Babylonios egerint haud impune Rex Balthaſſar ipſos abſtulit, qui Blaſphemus fuerat in Deum Iſrahel & uaſa templi uſibus deſtinata prophanarat in regijs com meſſationibus unde Medi & Perſæ inuaſerunt regnum eius & urbe Babylonica unà & regnis Chaldæorum & Aſſyriæ potiti ſunt ut ſecunda hæc Monarchia maxima totius orbis regna coaleſcere fecerit & obtinuerit, mox tota propemodum Aſia adiecta. Numerantur uero anni in hac Perſarum Monarchia Centum nonaginta & unus. Quanquam enim à Græcis maior annorum numerus recenſetur in Perſarum imperio ſummo, id tamen eò factum eſt quod primum non poſt exactos ſeptuaginta annos Captiuitatis Iudæorum, ſed iam antea circiter annos uiginti numerare cœperunt, cum Iudæi auſpicentur annum Cyri poſt uictam Babylonem Græci uero eos etiam annos annumerarent, quibus iam antea regnauerat Cyrus antequam Monarchiam inuaſiſſet.

DE TERTIA MONARCHIA Græcorum.

ANno poſt creatum Mundum 3632. cœpit tertia Monarchia quam Græcorum appellamus dum uidelicet dominium orbis ex orientalibus oris in occidentem & ex Aſia in Europam translatum eſt. Et habet hæc Monarchia initium ab Alexandro Macedonum rege quem merito Magnum appellamus commendatur enim in prophetis Hieremia & Daniele ut qui acerrimus & fœliciſſimus imperator fuerit, Daniel hircum depingit à quo uictus Aries proſternitur: & ipſe exponit clare hircum eſſe Grĝcorum regem, & Regem Perſarum Arietem eſſe. Fuit Alexander Philippi regis Macedoniæ filius, quo Philippo interfecto propterea quod flagitioſum facinus potentis cuiuſdam uiri, qui ingenuum quendam puerum turpiter uitiauerat, inultum permiſerat, ſtatim & Illyrij & Græci à Macedonibus defecerunt & patre occiſo Alexander natus erat uiginti annos, erat hoc in

initio Numeri Græcorum Olympiadis centeſimæ & undecimæ anno uidelicet mun-
di 3628. Cæterum Alexander ſuſcepta regni adminiſtratione primum ſubegit ite-
rum Illyrios, Thebar diripuit & deuaſtauit & Athenienſes pacem petentes eam im-
petrauerunt hic pace in Græcia facta profectus eſt in Aſiam, Dariumqꝫ regem in fu-
gam uertit, Et fuit initium huius Monarchiæ poſt obitum ultimi Darij quem Beſſus
interemerat fugientem ne ab Alexandro compræhenderetur initio uidelicet ſeptimi
anni poſtquam Alexander regnare cœpiſſet. At non diu uixit Alexander obijt enim
anno trigeſimo ſecundo, & menſe undecimo ſuæ ætatis. Imperauit poſt defunctum pa-
trem Philippum non amplius annis duodecim & ſeptem menſibus. Regnauit poſt
Darium apud Babylonios quinqꝫ tantum annos & menſes undecim. Roxanem filiam
principis cuiuſdam in Perſia duxerat in Matrimonium Alexander, quæ grauida erat
cum moreretur rex, quo mortuo, cum Hæres regni uerus alius non eſſet, quàm regia
proles conſilium inter ſe agitabant de regno recte adminiſtrando. Et certos deſigna-
bant gubernatores donec regina peperiſſet, quod ſi maſculus naſceretur illius ex He-
reditaria ſucceſſione regnum eſſet, quorum cum Perdicas primus eſſet, moliebatur
totum regnum paulatim occupare, initio technis deinde aperta ui, idqꝫ ſub prætextu
quod regnum Philippo Arideo Alexandri fratri retinere diceret, qui 7. annis regnū
Macedonię adminiſtrauit. At Deo uiſum erat ex regno Alexandri quatuor potentes
principes exoriri. Sic enim fore prædictum erat à Daniele, nimirum ut hirci illius, qui
Alexandrum ſignificabat, unico cornu pereunte, quatuor alia cornua enaſcerentur,
quod Angelus exponit de quatuor regnis poſt Alexandrum inſtitutis, at Perdicas ex
cluditur & hoc regio honore priuatur, Ita enim ferè comparatum eſt ut is qui citra le-
gitimam uocationem publicas ambit functiones ſi ſe ingerat ſua ſponte à Deo reijcia-
tur. Porro diuiſa hæc regna ſunt inter eos principes, qui antea paſſim in regno ab
Alexandro præfecti erant conſtituti.

Seleucus Syriæ rex factus eſt.
Ptolomæus Aegypti rex creatur
Antigono Aſiæ regnum contigit
Caſſander in Macedonia et Græcia imperat.

Crudelia bella inter hos reges geſta ſunt propter Monarchiam quam quiſqꝫ am-
biebat. Caſſander matrem Alexandri perfide necari iuſſerat, ideo & filij eiuſdem mu-
tuis ſe bellis propter regnum Macedoniæ uexarunt quorum alter Antipater nempe
Lyſimachum, qui iuxta Helleſpontum regnabat, ad ſe pertraxit cuius filiam quoqꝫ in
uxorem duxit alter uero frater nempe Alexander opem à demetrio impetrauit qui
Antigoni filius erat ſed uterqꝫ à ſuo complete à quo ſubſidium ſperabat interfectus
eſt. Tandem regnum Macedoniæ Demetrio filio Antigoni ceſſit, ab hoc reliqui re-
ges deſcenderant uſqꝫ dum à Romanis occupatur.

IVDA.

Dux Abner ſemei præfuit annis 11.
Ptolomęus Aegypti rex Hieroſolymam
fraude capit Ioſeph. lib. 12. Cap. 1. cœpit
anno mundi 3641.

Dux Mathathia Eli præfuit annis duo
decim. Anno mundi 3652. cœpit, Si-
mon priſcus Pontifex Max: præfuit an-
nis tredecim. cœpit anno decimo Matha-
thiæ ducis.

Dux

DE QVATVOR REGNIS AEGYPTI *Syriæ, Aſiæ & Macedoniæ.*

Ptolomæus Lagi filius primus Aegy-
pti rex regnauit annis 40. cœpitqꝫ anno
mundi 3640. in Olympiade 114. quinto
anno regni Ptolomęi Antigonus Aſia
potitus eſt & regnat annis octodecim,
quo eodem anno Olympias mater Ale-
xandri à Caſſandro perijt & proximo an-
no poſtea Caſſander interfecta Olympia
de Ro

Dux Aſſar Mahat præfuit annis nouem.

Dux Artaxad Nagid præfuit annis decem. Eleazar frater Simonis conſtituitur Ponti: Max: & præfuit annis viginti, hic miſit Ptolomæo Philadelpho ſeptuaginta interpraetes ad Biblia in Græcum transferenda.

Dux Hagai Eli uel Hesli præfuit annis octo, cœpit anno mundi. 3683. in fine Olympiadis. 124.

Dux Maſlot Naum præfuit annis ſeptem, cœpit anno mundi 3691. Eius 4. anno incipit Manaſſe ſacerdos ſummus & præfuit annis. 27.

Dux Amos Syrach præfuit annis 14.

Dux Mathathia Siloah præfuit annis decem. Simon Iuſtus Pont: M: annis 28.

Dux Ioſeph Iunior Arſes præfuit an: 60. Hic honoratus à Ptolomęo Euergete. Huius ducis 23. anno Philopator Hieroſolymam & Iudęam affligit, templũ prophanat de hoc in tertio Machabæorum, Onias Simonis filius ſacerdos S. conſtituitur annis 39. Auarus omnino fuit & tributa regi Aegyptiorum negans populũ in ſummum diſcrimen perduxit, at Ptolomęus prudentia ducis Ioſephi in gratiam reductus eſt Ioſeph. lib. 12. Cap. 4.

Dux Ianna ſecundus Hircanus, ultimus princeps Iudæorum de Tribu Dauid præfuit annis 16; eſt interfectus ab Antiocho Epiphane, Et qui ſequuntur ſacerdotes à regibus Syriæ conſtituti ſunt Iaſon P: M. ante añis pręfuit tribus Gymnaſium Hieroſolymis inſtituit 2. Machabęorum 4. dux hic cœpit ducatum anno mundi 3782. Menelaus ſacerdotium fraude obtinuit annis 12. Antiochus Hieroſolymas diripuit bis.

Iudas Machabęus Aſmoneorum primus præfuit annis ſex. Alcimus ſacerdos fuit annos quatuor.

Ionatas

de Roxane quocp cum Alexandri filio capta Macedoniæ regnum inuadit quod obtinuit annis decem & nouem.

Ptolomæus Philadelphum filium Iuniorem regem creat qui regnat in Aegypto annis 38. nempe cum patre duos & poſt eius mortem 36. permiſit Iudæos in Aegypto liberos Et Eliazaro uaſa uotiua Hieroſolymam miſit. Et Demetrius Antigoni filius Aſiæ rex factus anno Ptolomæi Lagi 25. & regnauit annis 17. quibus exactis cum Aſiæ regno ſe dedit Seleuco.

Seleucus Nicanor Syriam occupat & regnat in ea annis 31. cœpit anno mundi 3653. In Olympiade 117. in anno ſecundo, condidit multas ciuitates. Huic Seleuco ſucceſſit Antiochus Soter ſecundus Syriæ & Aſiæ rex regnauit annis decem & nouem cœpitcp ſecundo anno ducis Hagai Eli.

Alexander & Antipater in Macædonia regnarunt annis quatuor, His ſucceſſit Demetrius Antigoni filius qui regnauit 6. annis in Macędonia huc cum Pyrrhus menſes ſeptem, hinc Liſymachus rex Thratiæ regnauit annis 7. in Macędonia huic Ptolomæus Ceraunus & Soſthenes ſuccedẽtes regnãt annis duobus.

Ptolomæus Euergetes tertius Aegypti rex præfuit annis 26. Parthis à Macedonum imperio decedentibus primis regnauit Arſaces Iuſti: 41. Antiochus Theos tertius Syriæ & Aſiæ rex regnauit annos quindecim, Huic ſucceſſit Seleucus Gallinicus quartus rex & regnauit annis viginti cœpitcp anno mundi 1718. Et Antigonus Gonatas filius Demetrij Aſiæ regis regnat in Macędonia annis 36. Huius nepotes regnum obtinuerunt donec ad Romanos peruenit.

Ptolomæus Philopator 4. rex Aegypti regnauit annis 17. cœpit viceſimo primo anno ducis Ioſeph anno mundi 3742. Seleucus Keraunos quintus Syriæ &

 Aſiæ

Ionatas frater Iudæ præfuit annis 18. ſacerdotium quinquennio ceſſauit poſtea ad Aſmonæos relatum eſt. Ionathas ſummus ſacerdos primus Machabæorum fuit decem annos.

Simon frater Iudæ dux & Pontifex Max : præfuit annis octo cœpitq́ anno mundi 3822. in Olympiade 159.

Iohannes Hircanus filius Simonis præfuit annis 31. cœpit anno mundi 3830. in Olympiadis 161. ultimo anno. Samariam cœpit & ſolo æquauit quod à Iudæis defecerat. Hanc Herodes reſtaurans Sebaſten uocauit. Ius amicorum à Romanis obtinuit ſub hoc Iudæorum tres ſectæ Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſenorum exorti ſunt, Vide Ioſeph: lib. 13. Cap. 8. Et de bello Iudaico lib. 2. Cap. 7.

Ariſtobulus Hircani filius rex Iudęorum regnauit anno uno , anno mundi 3861. ſecundo anno Olympiadis 169.

Alexander Iunior Hircani filius , Iudæorum rex qui à Ioſepho Iamneus dicitur ſicut & à Philone, pręfuit annis. 27.

Alexandra uxor Alexandri filiū Hircanum ſacerdotio pręficit & regnat annis Nouem, Hęc ab Euſebio Salina uocatur, ſub hac regina Phariſęi potētes facti ſunt dum illis concederet populi adminiſtrandi facultatem.

Hircanus regnat menſibus tribus, Ariſtobulus regnum inuadit priuatumq́ facit fratrem Hircanum & regnat Ariſtobulus annis tribus & aliquot menſibus.

Deinde Hieroſolyma à Pompeio capta eſt, Hircanus ſacerdotio iterum pręfectus eſt, Iudæi primum Romanis ſubiecti Ioſeph. lib. 14. Cap. 8. Geſſit Hircanus ſacerdotales honores à Pompeio reſtitutus patrim ſolus partim cum Antipatre Herodis patre annis 24. deinde in Parthiam captiuus ducitur, & pręfuit Iudęis ibi exiſtentibus . Pompeius capta urbe uſq́ ad ſancta ſanctorum acceſſit Ariſtobulum

uinctum

Aſiæ rex regnauit annis tribus. Huic ſucceſſit Antiochus Magnus ſextus rex Syrię & Aſiæ & regnauit annis 36.

Demetrius Macędonię rex regnauit annis decem huic ſucceſſit Antigonus & regnauit annis duodecim cognominabatur Doſon, multa enim promittebat pauca pręſtabat. Huic in Macędonia ſuccedit Philippus Demetrij filius regnauit annis 42:

Ptolomęus Epiphanes quintus Aegypti rex pręfuit annis. 24. Huic ſucceſſit in hoc regno Ptolomęus Philometor & regnauit annis. 35. cœpitq́ ſecundo anno ducis Ianna. Seleucus Philopator ſeptimus Syriæ rex & Aſię pręfuit annis duodecim cui ſucceſſit Antiochus Epiphanes octauus Syrię rex & regnauit annis duodecim. Et Perſeus ultimus Macedonię rex regnauit annis undecim , deinde uincitur ab Aemilio Romano in quorū uenit poteſtatem.

Ptolomęus Euergetes ſecundus qui & Phiſcon ſeptimus Aegypti rex pręfuit annis 29 . Epiphanius Philogon uocat Antiochus Eupator nonus Syrię rex pręfuit annis duobus cui ſucceſſit Demetrius Sother decimus Syrię rex & regnauit decem annis , Poſt quem Alexander vndecimus rex Syrię à Ptolomęo Philometore conſtituitur annis quinq́. Huic ſucceſſit Demetrius Nicanor duodecimus Syrię rex annis duobus, Et huic ſucceſſit Antiochus Sedetes 1 3 .rex & pulſo Demetrio regnat annis tribus cui ſucceſſit Thripho 14. Syrię rex interfecto Sedete & regnauit annis tribus.

Ptolomęus Lathurus octauus Aegypti rex regnauit annis ſeptemdecim cœpit anno mundi 3847. Antiochus pius Demetrij frater pulſo Triphone Syriam rexit annis duodecim cui ſucceſſit Demetrius Nicanor ab Arſace Parthorum rege dimiſſus rexit iterum annis 4. Poſt hunc Alexander XVI. rex à Phiſcone Aegypti rege conſtitutus annis duobus. Poſt quem ſucceſſit Antiochus Gryphus

qu

uinctum una cum duobus filijs Alexandro & Antigono Romam perduxit ſed in itinere Alexander elapſus eſt,& in Iudæam reuerſus potens eſt factus. At Gabinius fudit eum imperator Ro: in Syria poſteaqꝫ ex iuſſu Scipionis truncatus eſt Antiochiæ, Antigonus uero Romæ dimiſſus à Iulio etiam ab Antonio multo poſt Antiochiæ occidi iuſſus eſt, tertio nempe anno quum Herodes rex conſtitutus erat. Deinde Antipatrum Herodis Aſcalonitæ patrem procuratorem Paleſtinæ facit.

Antigonus Ariſtobuli filius Parthorũ auxilio Iudæam occupat annis quinqꝫ anno uidelicet mundi 3926. incipiens. Anno imperij Auguſti decimo. Herodis M. Aſcalonitę regnum incœpit deuicta Hieroſolyma ubi ſceptrum à Iuda ablatũ eſt in Olympiadis 186. Anno quarto, quod cum Euſebio quadrabit.

qui regnauit annis uiginti nouem, & agitatur Syria tumultibus donec in Romanorum poteſtatem uenit.

Ptolomæus Alexander Nonus Aegypti rex cum matre regnat, ſed hanc fugiens ipſa regnabat annis ferè decem, hæc Lathurum regno expulerat.

Ptolomæus Lathurus ob matris Tyrannidem à ſubditis in regnum reuocatus præfuit annis octo cœpitqꝫ anno mundi 3874.

Ptolomæus Auletes Cleopatræ Antonij parens decimus Aegypti rex regnauit annis 30. Hic rex à Diodoro Dionyſius uocatur.

Seleucus Gryphi filius cum patruo Cyziceno de Syriaco imperio dimicauit & in Syria regnant frater Seleuci & Philippus Gryphi poſterior filius. Syri fratrum diſcordiæ pertæſi ultra ſe Tigrani Armeniæ regi dediderunt qui præfuit eis annis octodecim. Iuſti. lib. 40. Hunc Tigranem tandem uicit L. Lucullus, anno duodecimo ſui regni at decimo octauo anno à Pompeio uictus eſt & Syria uenit in Romanorum poteſtatem ac prouincia facta eſt. Anno mundi 1901. in ſecundo anno Olympiadis 179. Cleopatra uero in fratre aliquot annis regnat & ipſa omnino Aegyptum tenuit annis duobus & uiginti cœpitqꝫ anno mundi. 3912. In Olympiade 182.

DE MONARCHIA ROMANA.

CAius Iulius Cæſar oppreſſit Rempub: Romanam & Monarchiã inſtituit Olympiadis 183. primo anno, & obtinuit imperium annis quinqꝫ & ſeptem menſibus, qui in curia ſeptimo Idus Martias confoſſus eſt in Olympiadis 184 Secundo anno, ſuccedit huic ſecundus Romanorum Imperator Octauianus Cæſar à ſenatu Auguſtus appellatus à quo & reliqui imperatores Auguſti ſunt appellati & tenuit Imperium quinquaginta & ſex annis. Porro C. Iulius Cæſar cum plenum undiqꝫ diſcrimine bellum gereret in Aegypto fideliter admodum ei ſubſidium prębuit Idumeæ princeps ad quod Antipatri opera utebatur, & ob huius beneficij memoriam conſtituit eum Iulius præfectum Iudeæ, quæ nunc co-

gitur peregrinis & aduenis principibus obedire , de hoc Antipatro refert Euſeb: ex
Aphricano Magno quidem conatu Iudæi ſe oppoſuerunt,indigniſſime ferentes Idu-
mæi hominis,Hunc Antipatrum ex eorum fuiſſe numero qui templo Apollinis ſer-
uierunt,qui cum puerulus eſſet,à latronibus Idumæis captus ſit apud quos & manſe-
rit,eo quod à patre per inopiam redimi non poſſet & illorum moribus educatus tan-
dem in Hircani ſummi Iudæorum ſacerdotis peruenit, qui & ipſum promouebat.

Imperium,adeo quod Veneno tandem per Iudæum Malchum quendam necatus
ſit,Cæterum Herodes Magnus Aſcalonita Antipatri & matris Cypridis Arabicæ fi-
lius à Senatu Ro.rex appellatus eſt , cui & Iudæa decernitur ad quam cum exercitu
proficiſcitur necem patris ulturus & Antigonum ſubacturus quo triennali bello in-
terijt,At Herodes poſtquam Hieroſolymam anno Auguſti nono cœpit,reliquum an-
ni tempus , in ſubigenda prouincia conſumpſit , ac decimo Auguſti anno ſucceſſio-
nem regni Iudaici ab Auguſto & Antonio impetrauit,unde conſtabit quod in primo
anno Olympiadis 187. qui vndecimus annus eſt Imperij Auguſti,regnum Herodis
M. Aſcalonitæ inceperit atq; hoc obtinuit annis triginta & ſeptem,dum etiam ponti-
ficatus Iudæis deficeret,qui venalis erat factus & conferebatur ex libitu tum Roma-
norum tum Herodis:Demum ſub imperij Auguſti anno 42. & in anno regni Hero-
dis 32. Olympiadis uero 194. anno tertio & à condito mundo anno 3962 . natus eſt
Chriſtus ſaluator mundi ex Maria uirgine & fuit hic primus ſaluatoris annus ut ul-
timo Auguſti anno Chriſtus Ieſus dominus noſter natus fuerit annos quindecim.

Cæterum defuncto Auguſto ſucceſſit Cl. Tiberius Nero tertius Ro. Imperator
qui imperium obtinuit annis viginti tribus , Huius Tiberij quindecimo anno fe-
ſto etiam tubarum Iudæorum prædicare incipit Ioannes Baptiſta & Baptiſare die
prima menſis ſeptimi . Atq; decima die poſt in feſto propitiationis,Chriſtus dum
fermè eſſet annorum triginta Luc.3.à Ioanne Baptiſta, Baptiſatus eſt. Qui deinde æ-
tatis ſuæ anno 33 . pro peccatis noſtris paſſus & Mortuus eſt & reſurrexit propter iu-
ſtificationem noſtram , aſcendens in cœlũ regnat & intercedit pro nobis apud
patrem per omnia ſæcula, fuit hic annus Olympiadis 202.tertius & à con-
dito mundo 3994.Imperij Tiberij decimus octauus. Quem annus
primus à domini paſſione conſequebatur qui fuit Olympiadis
202. quartus annus & à mundo condito 3995.

CHRI-

CHRISTI IESV INCARNATIO ET STIRPS.

Ex Matthæo. & Luca.

IN diebus Herodis Regis Iudææ, miſſus eſt angelus Gabriel à Deo in ciui tatem Galilææ Nazareth nomine, ad uirginem Mariam deſponſatam ui- ro Ioſeph de domo Dauid. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue grati oſa, Dominus tecũ, benedicta tu inter mulieres. Illi uero turbatæ, ait An- gelus Ne timeas Maria, nacta es enim gratiã apud Deum. Ecce concipies in utero, & pa ries filiũ, ac uocabis nomẽ eius Ieſũ, is erit magnus, & filius altiſſimi uocabit. Et da bit illi dominus Deus ſedẽ Dauid patris ipſius, & regnabit ſuper domũ Iacob in æter nũ, & regni eius non erit finis, Dixit autẽ Maria ad angelũ: Quomodo fiet iſtud, quan doquidem uirum non cognoſco. Reſpondit ei Angelus: Spiritus ſanctus ſuperueni- et in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, quapropter & quod naſcetur ſanctum, uo- cabitur filius Dei. Atq; ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectu te ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quæ dicebatur ſterilis, quia non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecun dum uerbum tuum. Ac diſceſſit ab illa angelus. Exurgens autem Maria, abijt in ciui tatẽ Iuda, & intrauit in domum Zachariæ ſacerdotis, ac ſalutauit Elizabet, & factum eſt ut audiuit ſalutationem Mariæ, ſalijt infans in utero, & repleta ſpiritu ſancto, excla mauit, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me. Et beata quæ credidit, quoniã pficientur ea, q̃ dicta ſunt ei à Domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominũ. Maria autẽ poſtquam reuerſa eſt in domum ſuam, Elizabet peperit Ioannem inter natos mulie- *Ioannis* rum maximum. Seruatoris Dei noſtri Ieſu Chriſti præcurſorem angelum. Hinc & ip *natiuitas* ſa illa intemerata uirgo Maria Ter mil lenos noningentos & quinquaginta nouem an nos expectatum humani generis redemptorem, Iacob ſtellam Mundi lucem fœliciter eſt enixa, hac ſecundũ carnem propagine. Deus fecit Adam omnium parentem. Ex eo Noæ decimus, Abrahũ xix. Iacob xxi. Iudas xxij. Dauid xxxij. Zorobabel xlvij. ex hoc continua ſtirpe ſucceſſere. Abiud, Eliacim, Azor, Zadoch, Achim, Eliud, Elea- *Genealo* zar, Mathã, Iacob, Ioſeph, Mariæ maritus, de qua natus eſt Ieſus, qui dicitur Chriſtus. *gia Chriſ* *ti.*

Sunt quibus placet Euaugeliſtam Lucam retrocedendo Mariæ beatiſſimæ ma- tris Domini paternam propagationem texuiſſe. Quæ ſcilicet fuerit filia Elich, qui Ioachim, Mattat, Leui, Melchi, Ian ne, ultimus in Cartalogo Ducum Iuda à Philone poſitus, à quo in Deum retroceditur.



Audite domus Dauid, nun quid parum uobis eſt mole- ſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo. Propter hoc dabit dominus ipſe uobis ſignum. Ecce vir go concipiet & pariet fili- um & uocabitur nomen ei- us Emanuel, butyrum & mel comedet, ut ſciat re- probare malum, & eligere bonum. Eſa. 7.

IN SECVNDAM PARTEM CATALOGI annorum & principum uice procemium exhortatorium.

OMnis anima, omni humanæ creaturæ propter Deum ſubiecta ſit. Siue re
gi tanquam præcellenti,ſiue ducibus tanquam ab miſſis.Non enim eſt po
teſtas niſi à Deo, quæ uero ſunt poteſtates,à Deo ordinatæ ſunt. Itaq; quiſ
quis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit,qui autem reſtiterit,ſibiipſis
iudicium accipient. Nam principes non ſunt terrori bene agentibus,ſed malo. Vis
autem non timere poteſtatē,quod bonum eſt facito, & feres laudem ab illa. Dei enim
miniſter eſt tibi in bonum, quod ſi feceris id quod malum eſt,time. Non enim fruſtra
gladiū geſtat .Nā Dei miniſter eſt,ultor ad iram,ei qui malū fecerit. Quapropter om
nibus eſſe ſubditos, non ſolū propter irā uerū etiam propter conſcientiā.Propter hoc
ergo & uectigalia ſoluitis,ſiquidē miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum incumbentes. Red
dite igitur omnibus,quod debetur,cui tributū, tributū cui uectigal, uectigal, cui ti-
morē,timorē, cui honorem,honorē. Nemini quicquam debeatis, niſi hoc inuicē dili
gatis. Nam qui diligit alterū,legem expleuit, Dilectio proximo malū non operatur.
itaq; conſummatio legis eſt dilectio. Famuli ſubditi ſint cū timore Dominis,non ſolū
bonis & humanis,uerū etiam prauis. Nam hæc eſt gratia,ſi quis propter conſcientiam
Dei ſuffert moleſtias, præter meritum affectus,malis obedite dominis cum timore &
tremore,cum ſimplicitate cordis ueſtri tanquam Chriſto,non ad oculum timentes,ue
lut hominibus placere ſtudentes, ſed tanquā ſerui Chriſti, facientes, quæ uult Deus,
ex animo cū beneuolentia ſeruientes,Domino & non hominibus,illud ſcientes,quod
unus quiſq;, quod fecerit boni,duplo reportabit à Deo,ſiue ſeruus fuerit,ſiue liber.
Et uos Domini eadem facite erga illos, quod iuſtum eſt, & æquum eis præſtate,ſci
entes quod & ueſter ipſorum Dominus eſt in cœlis, nec eſt perſonæ reſpectus apud il-
lum, Omnibus honorem impendite, Fraternitatem diligite, Deum timete, Regem,
& maxime in doctrina præſidentes,ac ſeniores duplici honore colite.

Primoge



*Ecce dominator Dominus exercituum confringet laguncul am in terrore, & ex-
celſi ſtaturæ ſuccindūtur, & ſublimes humiliabuntur, & ſubuertentur condenſa
ſaltus eius ferro, & Lybanus cum excelſis cadet. Et egredietur Virga de radice
Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini,
ſpiritus ſapientiæ, Intellectus, Conſilij fortiſsimis ſcientiæ & piëtatis, & reple
bit eum ſpiritus timoris domini. Non ſecundum uiſitationem oculorū iudicabit,
neq; ſecundum auditum aurium arguet, ſed iudicat in iuſtitia pauperes, & argu
et in æquitate pro manſuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris ſui, & ſpiri-
tu labiorum ſuorum interficiet imperium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum ei
us. Et fides cinctorium renum eius. Eſa: 7.*

SECVNDA CATALOGI PARS A CHRISTO nato in Paulũ tertium. Ro. Papatus, Et à exilij Octauij Anno in Carolũ.v. Romanæ Monarchiæ ſucceſſionem continet.

PRIMOGENITI VNIVERSÆ CREATVRÆ Ieſu Chriſti ſucceſſus. Ex Euangelio.



IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat illud uerbũ, hoc erat in principio apud Deũ, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine eo factum eſt nihil, Quod factum eſt, in ipſo uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprahenderunt. Erat homo miſſus à Deo, cui nomen Ioannes, hic uenit ad teſtificandũ, ut teſtaretur de luce, ut omnes crederent per ipſum. Non erat ille lux illa, ſed miſſus erat, ut teſtaretur de luce. Erat lux illa, lux uera, quæ illuminat omnẽ hominem uenientẽ in mundum. In mundo erat & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In ſua uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem, ut liceret eis filios Dei fieri, uidelicet, hijs qui credidiſſent in nomen ipſius. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum illud caro factum eſt, & habitauit in nobis, & conſpeximus gloriam eius: gloriam uelut unigeniti à Pa tre, plenum gratia & ueritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Quia lex per Moſen data eſt, Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum eſt exorta. Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat uitam æternam. Qui credit in eum non condemnatur.

Aeterna Chriſti generatio.

Qui

Qui uero non credit,iam condemnatus eſt quia non credit in nomen unigeniti filij
Dei. Qui eſt Ille Ieſus Nazarænus Rex Iudæorum. Et Monarcha Chriſtianorum
unus cum patre & ſpiritu ſancto æternus Deus, & omnium omnipotens dominus, à
Patre Deo in æternitate genitus, & in temporis plenitudine, ex illibata uirgine Ma-
ria, Ioſepho Dauidicæ ſtirpis uiro deſponſata, ſancti ſpiritus opere caro factus, uerus
Deus,& homo iuxta ſacratiſſ: uatum oracula, Teſtamentum nouum ſuper Iſrahel con
ſummaturus, ouemq; perditam, & amiſſam ſuæ imaginis drachmam cruore ſuo re-
dempturus, Anno Cæſ: Octauij quadrageſimo ſecundo. Herodis M. Triceſimo ſecun
do, à Iuda Machabæo Centeſimo ſexageſimo primo: Zorobabele Quingenteſimo de
cimo ſexto: à deſolatione quingenteſimo octogeſimo ſexto: à Dauid Milleſimo & ſep
tuageſimo: à Moſe Milleſimo quingenteſimo octogeſimo ſexto: ab Abraham Bis
milleſimo & Vndecimo: ab Aquis Bis milleſimo Tricenteſimo tertio: ab Adam Ter
milleſimo Noningenteſimo quinquageſimo nono: Cyrenio Syriæ præfecto cenſum
Auguſti iuſſu conſcribente, in Bethlehem ciuitate Dauid natus, atq; ſubinde mox
Angelorum glorificationem, Paſtorum agnitione, Magorum ueneratione, Sancti Si-
meonis oraculo, doctorumq; ſtupore celebratus ab anno uitæ 12. & deinceps ætate, ſa-
pientia, Gratia item & apud Deum,& Homines auctus, anno Tyberij Cæſ:q uindeci-
mo, à Ioanne Baptiſta in Iordane baptizatus, ſuis in exemplum, atq; peregit omnia, ie-
iunijs, carne, oratione, diabolo, & humilitate, mundo, ſuperatis, Danielis hebdo-
madibus iam impletis regnum Dei, nempe, ueram patris Dei cognitionem, atq; ſum-
mam illius in humanum genus charitatem, certam in ſeſe filium Dei fidutiam. Salu-
tis uiam, mutuam dilectionem: fidelium præmia, infideliumq; ſupplicia. cum potenti
uerbo, tum efficaci opere in crucem uſq; conſtantiſſ: ubiq; docuit. Tum ad doctrinæ
fideiq; ſuæ teſtimonium, elementis tranquillitatem, morbis omnibus ſanitatem, mor-
tuis uitã, uiuis obſequium, cogitationibus detectionẽ, peccatis obolitionẽ atq; dæmo
nibus fugam, uel minimo nutu imperauit. Hinc poſt uniuerſos, citra peccatum, huma
næ miſeriæ labores, hiſce uerũ ſeſe hominẽ teſtatus perpeſſos, poſtque innumera, qui
bus uerũ ſe Deũ eſſe comprobauit, humanas ſuperantia uires documenta, factaq; uni
uerſo palam exhibita ingrato Iudæorum populo, Anno Tyberij Cæſ: & eodem Hero-
dis Tetrarchæ diui Baptiſtæ peremptoris decimo octauo. Pontio Pilato Hyeroſoly-
morum annum iam quintum præſide, iudicante, atq; prædixerat, & in prophetis præ-
ſcriptum erat, à iudæorum primoribus, populoq;, Scariothe Iuda diſcipulo prodente,
captus, accuſatus, deriſus, criminatus, flagellatus, ſpinis coronatus, inter latrones cru
cifixus, & iamiam conſummatis omnibus, terra tremente, ſoleq; præter naturam ob-
tenebrato, mortuus, tum ſepultus, inferna ſoluit, atq; die hinc tertia, peccati, mortis,
& inferni uictor, à mortuis glorioſe reſurrexit. Inde cum ſuis dies quadraginta uerſa
tus, ætatis ſuæ anno triceſimo tertio, glorioſo cum triumpho ad Patrem, unde uene-
rat, in cœlos aſpicientibu, sadmirantibusq; Galilæis aſcendit. Illic ſuorum unus me-
diator, interceſſor, & aduocatus ad dextram Dei patris ſui ſedens, & regnans, in ſæcu
lorum conſummatione futurus uiuorum, mortuorũq; iudex unicuiq; ſecundum ope
ra ſua reddet, fidelibus quidem uitam, infidelibus uero mortem æternam. Qua male-
dicti, cum diabolo tyranno ſuo in turbulente confuſionis erumna ſine fine ſeruituro,
ſempiterno fuliginoſi ignis horrore, lugentes cruciabuntur. Benedicti uero cum
Chriſto Ieſu Rege ſuo in indiuidue Trinitatis lumine, ſine fine regnaturo, ſempiter-
na clare lucis fœlicitate, lætantes, beatificabuntur. Bonis tum & malis ſegregatis,
uniuerſoq; tum orbe purgato, atq; pacato. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſolus, & ue-
rus omnipotens totius orbis Monarcha, ſicut ab æterno, ita & nunc & in æternũ impe
rabit. Cui omne genu cœleſtium, terreſtrium & infernorum ſe flectet, & omnis lingua
confitebitur. quod Dominus ſit Ieſus Chriſtus ad gloriam Dei patris. Cui ſoli glo-
ria in ſæcula ſæculorum amen.

PAPATVS ROMANI SVCCESSVS.

Ex. Platina & aliјs.

Tu es ſacerdos in æternũ,ſecundũ ordinẽ Melchizedech.



ANNI VITAE CHRISTI IESV. 33.

PAPATVS ROMANI, *Pontifices,& anni.*



1. PETRVS.

36.

anni à natiuitate Chriſti.

2. Linus.

11.

3. Cletus.

12.

4. Clemens.

9.

IEſus Chriſtus expleto boni paſtoris officio, peccato,morte,inferno,mundiq; huius principe per crucem triumphatis, Rex regum ille, Dominantiumq; dominus ad patris dextram, donec inimici ſcabellũ ei fiant, deinceps regnaturus, diſcipulis ſuis ex infima plebe,ut gloria ſit Dei,receptis diuino ſpiritu adflatis, promiſſas Euangelicæ gratiæ claues tradidit, aperuitq; illorum mentem, ut intelligerent ſcripturas,dicens,ſic ſcriptum eſt, ſic oportebat Criſtum pati, & à mortuis reſurgere, ac prædicari nomine ſuo pœnitentiam , & remiſſionẽ peccatorũ in omnes gentes initio ab Hieroſolymis,facta. Vos autẽ eſtis teſtes horũ, Eũtes ergo in uniuerſũ mundũ,prædicate Eangelion omni creaturæ. Qui crediderit,& baptiſatus fuerit, ſaluus erit q uero nõ crediderit,cõdemnabitur. Baptizantes in nomine patris,& filij, & ſpiritus ſancti,docete eos ſeruare omnia, quæcunq; præcepi uobis.Et ecce ego uobiſcũ ſum omnibus diebus,uſq; ad conſummationem ſæculi. Hij ergo,dum orando dies Pentecoſtes compleſſent, Spiritus ſancti igne illuſtrati, egreſſi,prædicauerunt ubiq; domino cooperante,& ſermonem,per ſigna ſubſequentia confirmante. Tum Simon Galilæus piſcator Apoſtolici miniſterij Senior,cui Archipaſtor à fidei confeſſione Petri nomen indiderat, terque plus amanti paſcendum gregẽ ſuum commendarat. *Simon Petrus Apoſtolorum ſenior.* Ille ſcilicet,qui paulo ante ad uilis ancillæ uocem,Magiſtrum ſuum abiurauerat,nunc eundem coram ſtupentibus Iudæis , & gentibus alta uoce per ſcripturas teſtatus eſt, nempe Ieſum Nazaræ num omnium mirabilium, & uitæ authorem, ab eis crucifixũ, à Deo reſuſcitatum,reiectum ab ædificantibus lapidem, caput anguli factum. In eo ſolo ſalutem eſſe: Nec aliud nomen eſſe ſub cœlo datum , in quo oporteat ſaluos fieri. Tum ſimul adhortatus eſt eos , delictorum pœnitentiam agerent,& baptizarentur in nomine Ieſu, in remiſſionem peccatorum, & ſancti ſpiritus ſuſceptionem. Eis enim & omnibus qui longe ſunt, quoſcunq; aduocauerit dominus Deus noſter,repromiſſionem eſſe factam. Qua mire fidelium per Dominum aucto indies numero, indignantibus principibus tum & Saulo , Stephani diaconi protomarthyrio , uel maxime Chriſti uocatione à perſecutione in obſequium tracto . *Qui Paulus conuerſus.* Ille ex Herodis Regis,qui Iacobum domini fratrem trucidarat, carcere, atq; cathenis,angelo duce ſolutus,Anthiochena Eccleſia prima Chriſtianorũ adpellatione confirmata,Romã,Ro-

101. manis teſtãtibus,anno Claudij Impe:ſecundo,pfectus,in

Vaticano

Vaticano Pontificiam, olim anno ab aquis centeſimo octauo, á NOAH Iano dedicatam reſtituit Pontifex ipſe primus, uita, doctrina, factisque clarus.

Lino, & Cleto conſecratis, atqꝫ clemẽti pontificatu commiſſo, Nerone Chriſtianos primum perſequente, anno Pontificatus ſui uiceſimo quinto mirandæ nullo ſucceſſorum huncregni numerum attigiſſe, ſicut nec imperatorum ullum Auguſti imperium æquaſſe, cum Paulo Tarſenſi, diuinitus electo uaſe, doctore cum gentium, tum Romanorum maximo, gladio cæſo, crucifixus, ad crucifixũ Magiſtrum & dominum ſuum glorioſe migrauit. Hunc dominicam orationem miſſæ à Iacobo, ut dicitur, inſtitutæ, iunxiſſe. Et quadragenarium ieiunium indixiſſe forſan uel ideo fertur, quatenus ueluti Euangelio non ſatis præcipiente, mox primi pontificis exemplo, ſucceſſoribus, uel indeuotis, uel indoctis, quandoquidem iubere uel cuilibet facile, docere uero non item ad onus importabile liberis Chriſtianis, Euangelio æquiparãda, liceat imponere decreta.

Decretorum Ro. *initium.*

Hic collubet etiam de fortiſſimo Chriſti milite referre S: nempe Paulo Apoſtolo, qui regnum ſalutis noſtræ, ſumma cura propagauit, ut neminem etiam pigere debeat hæc ſuccincta de Eccleſiæ Dei propagatione, ad ſacram hiſtoriam haud parum conducentia cognoſcere. Scribit S. Lucas in Euangelio ſuo Cap. 3. Euangelij prædicationem quindecimo Tiberij Cæſaris anno, per miniſterium Ioannis Baptiſtæ in Iudæa cœptam, ac eodem anno Chriſtum redemptorem noſtrum triceſimum ætatis ſuæ annum egiſſe cum Baptiſatus eſſet, ac triennium docuiſſet, adeoqꝫ octodecimo anno Tiberij Cæſaris, ferijs Paſchæ, in crucem ſuffixum fuiſſe. Tempore, inquam, conſulatus Romani ſub C. Domitio Aenobarbo, & Camillo Scribonio, viceſima quinta die Martij & reſurrexit XXVII. die eiuſdem menſis, qui aſcendit etiam in cœlum, poſt quadraginta dies, nempe quinta Dei Maij, & eiuſdem menſis decima quinta die ſpiritum ſanctum miſit.

Eodem anno poſt miſſum ſpiritum ſanctum hoc eſt, XVIII. Tiberij Cæſaris, cum protinus Apoſtoli Chriſti ſuum prædicandi munus ſtrenue obirent, auſpicatiſſime ſacroſanctum negotium proceſſit: niſi quod acerrima perſequutio Chriſtianos haud leuiter turbaret, & exerceret, ut ſublato Stephano Protomartyre Apoſtoli & fideles Chriſti diſperſi ſunt in uarias nationes, quo & illis Salus annunciaretur in hac perſecutione Saulus haud impigre ſe geſſit, qui tum admodum iuuenis erat, Patria ei Tarſus Ciliciæ clara urbs, uſus erat magiſtro & præceptore Gamaliele, apud quem Hieroſolymis in Schola ſeu ſynagoga Cilicum educatus fuit. Hic dum uſqꝫ Damaſcum ad exteras, inquam, Gentes, inſatiabili ſanguinis hauriendi cupiditate pergere contenderet, in profectione diuina potentia ſolo illiſus per Chriſtum dominum, unde ſubleuatus à comitibus deductus eſt in urbem, ubi mox ab Anania baptiſatus, de uoluntate quoqꝫ domini Chriſti, ad quid nempe ipſum uocaſſet diligentiſſime edoctus eſt. Qui triduo exacto receptisqꝫ uiribus, in publicum progreſſus, in Synagoga Damaſcena, diſputare cœpit de Euangelio, & euidentiſſime demonſtrauit Chriſtum Hieroſolymis Crucifixum, uerum eſſe Meſſiam promiſſum, adeoqꝫ Pontificem, & regem ſummum eſſe. Hoc factum anno à nato Chriſto XXXIIII: Et Tiberij Cæſaris XIX.

Hic Paulus ex urbe Damaſcena abijt in Arabiam, & ex hac Damaſcum redijt, quem Aretas Arabum rex capere uolebat, ſed fratres fideles Paulum per ſportam è mœnijs demiſſum in tutum ſtatuerunt, unde Hieroſolymam reuerſus dicitur, conueniens Iacobum & Petrum apud quem manſit per dies quindecim, ſed cum illic contra Helliniſtas diſputaret, qui ſuam inſcitiam cæde ſanctiſſimi uiri compenſare uellent, monitu domini ad Gentes miſſus eſt, atqꝫ hinc Cæſaream uſqꝫ à fratribus deductus in patriam ſuam Tarſum Ciliciȩ miſſus eſt, & hoc modo peruenit in partes Ciliciæ & Syriæ. Interea Petrus peragrauit uicinas Iudeæ urbes & maritimas quoqꝫ, ſiquidẽ Lyddam peruenit, Ioppen & Cæſaream ubi erudiebatur gratiam ſalutis ad Gentes quoqꝫ,

pertinere,

pertinere,deinde rediјt Hieroſolymam.Eodemq́ tempore cum uiri quidam inſignio-res Cyprij,& Cyrenenſes rabie perſequutionis diſperſi,unà cum alijs ſanctis Syria pe-ragrata peruenerunt Antiochiam,ibiq́ Chriſtum libere prædicarunt Gentibus,Hoc cum Eccleſia Hieroſolymitana percepiſſet, miſit Barnabam fidelis in cœpta religio-ne confortatum,quod fideliter fecit,uidebatq́ ad conſeruandam Eccleſiam maxime opus eſſe doctoribus fidis, pijs, ac doctis,ideo proficiſcitur in Ciliciam & Paulũ apud Tarſenſes quæſiuit inuentumq́ ſecum Antiochiam perduxit , inibi ſimul hæſerunt per integrum annum,in uera fide Eccleſiam conſeruientes. Et dũ hæc Eccleſia probe eſſet inſtructa præcipit ſpiritus S: ut Paulum & Barnabam ad Gentes ableget, unde Seleuciam petunt, indeq́ in Cyprum ſoluunt Chriſtum prædicantes, ubi in Papho Sergium Paulum totius Cypri proconſulem à Romanis miſſum cõuertunt ad fidem, & impoſtorem Bariæhuh inſula pellentes cæcitate percutiunt.Hinc nauigio Pergen deportantur quæ primaria eſt Pamphiliæ urbs, demumq́ Antiochiam Piſidiæ per-uenerunt Chriſtum annunciantes.Hic licet bona pars ciuium,Chriſtum recepiſſet,at maior pars inſurgebat,& Apoſtolos Antiochia expulit, idq́ inſtinctu ſuperſtitioſarũ mulierũ.Hinc in Lycaoniã Celebrẽ regionẽ pergũt & Iconiũ urbẽ ingrediuntur,un-de etiã per tumultũ pulſi,ad alias ciuitates Lycaonię cõfugere,nẽpe Lyſtrã & Derbẽ, compulſi ſunt , finitimamq́ undiq́ regionem fulgore & iubare Euangelij illuſtra-runt,& licet Lyſtris diuinos honores his obtulerunt, tamen inuerſa fortuna Paulum Lyſtrani lapidant , ſed uitæ reſtitutus diuina potentia , confugit una cum Barnaba Derben,indeq́ regrediuntur & peragrant Lyſtram,Iconium, & Antiochiam, ſingu-liſq́ Eccleſijs epiſcopos ordinant. Et ſic Piſidia perluſtrata deſcendunt in Pamphili-am,cuius urbes Pergen, & Attaliam, quæ maritima eſt,Chriſto lucrantur , deinde transfretant in Syriam redeuntq́ Antiochiam,ubi Eccleſiæ quæ ipſos miſerat expo-nebat quid Deus miniſterio ipſorum feciſſet . Hæc autem quæ hucuſq́ delibaui-mus geſta ſunt his annis , ut tres annos tribuere debeamus profectioni eius à Dama-ſco in Arabiam,reuerſioniq́ in urbem Damaſcenam. Poſt tres annos redijt Hieroſo-lymam & manſit apud Petrum XV.dies. Inde digreſſus peruenit in Ciliciam & par-tes Syrię,in quibus exegit tres annos . Reuocatus à Barnaba Antiochiam, manet in ea Eccleſia per annum integrum . Deinde ablegati ad Gentes peregrinatio-nem abſoluerunt intra annos quinq́, reſtant ergo anni duo quibus Antiochię prędi-carunt Chriſtum,ut in omnibus XIIII.anni prędicationis Paulinę colligantur.

Anno Conuerſionis Pauli XV. aſcendit Paulus unà cum Barnaba, & Tito, per Phœniciam,& Samariam ,Hieroſolymam, diſputans contra Nazaręos ſiue Minęos, qui Circumciſionem ad ſalutem impetrandam neceſſariam ſtatuebãt,dum uero Pau-lus aſſereret idq́ uere ſola Chriſti gratia per fidem credẽtes iuſtificari,neq́ per legem aut ulla opera,habitaq́ eſt Eccleſię Synodus & Pauli ſentẽtia à Petro, Iacobo Alphęi totaq́ Eccleſia cõprobata eſt,quã & cõfirmant ęterni Dei factũ,quo iuſtificauit Cor-neliũ deinde exemplũ & iuſtificatio omniũ ſanctorũ Patriarchorũ & Apoſtolorũ Chri ſti,Tertio miraculorũ uirtus, quarto ſcripturarũ teſtimonia,quinto omniũ ſanctorũ & totius Concilij Hieroſolomytani conſenſus,demũ Legatio clariſſima cũ Paulo & Bar-naba Antiochiam miſſa,& tabulæ ſiue literæ Synodales de quibus Acto:XV. Poſt dies aliquot communicat Paulus cum Barnabæ ſuum conſilium de reuiſendis Ec-cleſijs,ſed humanum quiddam paſſi, diuiſi ſunt, & Barnabas,Ioanne,Marco,aſſum-pto in Cyprum nauigauit. Paulus uero allecto Sila , in Ciliciam per Syriam profe-ctus eſt,ex qua in Lycaoniam tranſit,animi ſui Conſilium diligenter exequens,& ſibi Timotheum ex urbe Lyſtra coniunxit , Et hiſce Eccleſijs confirmatis tranſierunt in Phrygiam, inde in Galatiam, poſtremo in Myſiam, tandemq́ conſederunt Troade. Hæc omnia uidentur intra biennium eſſe abſoluta, hoc eſt,anno Conuerſionis Pau-li XV. & XVI. protinus à Synodo Hieroſolymitana ſupputatis . Troade uero

uiſionem diuinitus obiectam habuit Paulus, quæ ipſum euocabat in Macædoniam, ingreſſus itaq; nauim, per mare Aegeum nauigat, attingitq; Neapolim, unde migrat Philippos Macedoniæ urbem, in ea conflictatur cum Satana, qui per Pythonicam quandam puellam ſeſe exerebat, nam eiecto Satana, plures ad fidem Chriſti conuertit, ſed Domini uatidicæ, uidentes ſibi lucrum perijſſe, inuadunt Paulum, commotisq; turbis efficiunt ut Paulus & Sila uirgis cæderentur, & in carcerem publicum concluderentur, quæ res cuſtodi carceris optime ceſſit, nam ea occaſione & ipſe cum tota familia Chriſtum recepit & poſtridie expoſtulante Paulo cum magiſtratu de iniuria accepta, non ſine honore dimittitur Acto. 16. Peragrantes ergo Amphipolim, & Apolloniam, perueniunt Theſſalonicam totius Macedoniæ Metropolim ubi hoſpitantur apud Iaſonem, & complures ad Chriſtum conuertunt unde multi rabie perciti tumultuantur, ſed fideles, rebus Pauli, & Silæ conſulentes, eos mature emiſerunt Berrhoeam, ubi prædicato Chriſto, auditores conferũt audita cum ſcripturis, quibus cum conſentirent fidem receperunt, Adſunt uero & hic Iudæi qui turbas concitant, at Paulus opera fidelium ereptus ex ſeditione à fratribus Athænas uſq;, deducitur in Atticam uel Græciam, manent uero intærea apud Berrhoeenſes Silas & Timotheus. Paulus uero nuſpiam minore cum fructu quàm Athenis docuit, quod ibidem Luſtrum & Latibulum eſſet humanæ ſapientiæ, & Philoſophorum, qui ſemper extitere peſtes ueræ pietatis. Hoc autem factum uidetur intra menſes decem. Tres menſes reliquos, qui ſuperſunt de anno Claudij octauo, qui erat conuerſionis Pauli XVII. tribuere oportet tempori, quo Corinthijs prædicauit.

Digreſſus igitur Athenis Paulus Corinthum peruenit, ubi prædicauit Iudæis in Synagoga Chriſtum, quem demonſtrabat, uerum & expectatum eſſe Meſſiam, unicũ mundi ſaluatorem, dum uero conuitijs aduerſus Paulum agerent, ueſtibus ſuis in illos excuſſis, diuertit ad Gentes intærea lucrifecit domino Criſpum archiſynagogum & multos Corinthiorum, quare excitati inuidi Iudæi, pertraxerunt Paulum ad tribunal Galleonis Romani apud Corinthios proconſulis, docuit autem Corinthi annum integrum & Menſes ſex. Deinde circa Paſcha ſoluit è portu Cenchreenſi, ac comitante ipſum Aquila & Priſcilla delatus Epheſum, ubi cum manere nollet relictis ibi comitibus ipſe profectus eſt, feſtumq; Pentecoſtes Hieroſolimis celebrauit eaq; his temporibus facta ſunt. & hoc pacto ſupputationem ineundam eſſe ipſa res euincit, ſumantur ex Claudij Cæſaris anno octauo Tres menſes. Deinde numera integrum annum Claudij nonum, rurſus autem ſumito ex Decimo Claudij anno menſes tres. ut uidelicet ferijs paſchæ profectus ſit Paulus Epheſum, reliquas ſeptimanas ad diem uſq; Pentecoſtes, tribue nauigationi in Syriam uſq;.

Feſto peracto & ſalutata Eccleſia digreſſus rurſus Hieroſolima reuiſit Gallatiæ & phrygiæ Eccleſias, & Laodicæam attingit quæ eſt urbs in confinio Gallatiæ & phrygiæ Pacatianæ, & peragratis Aſiæ minoris Partibus illuſtrioribus, Epheſum tandem declinauit Apoſtolus, quo tẽpore & Exorciſtæ à ſatana lacerati ſũt, ſed à Paulo eijcebatur, quare permoti ſunt qui magiam & pythonicam hucuſq; exercuerant, comportarunt libros ſuos magicos, & igni concremarunt & ſummam præcij eorum inuenerunt quinq; millium coronatorum regiorum tumultus etiam Epheſinus à Demetrio excitatus ſedatur, uerum ut apoſtolus coactus ſit ſolũ uertere. abſoluit uero iter ſuum ab Antiochia per Galatiam & phrygiã Epheſum uſq;, intra menſes plus minus quinq;, ut in octobre Epheſum perueniſſe uero ſimile exiſtat: Manſit uero Epheſi per biennium, nempe in Autumnum, uſq; ad annum Claudij duodecimum, quæ erat conuerſionis Pauli uiceſimus primus annus. quo Biennio expleto in Autumno Epheſo ſoluit & traiecit in Macedoniã. inde in Græciã trãſit, hoc eſt, Atticã & Achaiã, Annotat aũt Lucas, Paulũ in Græcia mẽſes conſumpſiſſe tres Acto xx. quod ſi totidẽ mẽſes tribuas

peragratæ

peragratæ Macedoniæ, itineri autem conficiendo quaſi menſem ſupputes, peruenies plane ad diem Paſchæ, quem Apoſtolus cum ſuis celebrauit Philippis, ut Lucas teſtatur ipſos poſt Azymorum dies à Philippis nauigaſſe, & intra dies quinq; Troadem ueniſſe, Erat hic annus Claudij Cæſaris XIII. Conuerſionis autem Pauli viceſimus ſecundus. Hinc Troade ſiue Alexandriæ, quia hæc ciuitas binominis fuit, apud Troianos ſiue Dardanios, manſit Apoſtolus dies ſeptem, indeq; ſoluens emenſo mari Aegeo, Icario & bona parte maris Myrthoi, per inſulas celebres Lesbon, in qua Mitylenen ingreſſus eſt, Chium quoq; & Samum uenit, & præterita Aſia ſiue Epheſo Miletum, ibi conuocata Synodo, concionatus eſt diligentiſſime coram illis indeq; dimiſſis presbyteris & conſcenſa naui, emenſoq; Pelago Corpathio, & Lycio primum quidem Coum, deinde Rodũ attingit inde paratam Lyciæ urbem. Ex ea per mare Syriacum Cypro relicta ad ſiniſtram, delatus eſt Tyrum in Phœniciam, inde deſcendit Ptolomaidem, inde uero peruenit Cæſaream, in Paleſtinam, ubi ipſe & totus comitatus domum Philippi Euangeliſtæ ingrediebantur, ubi & Agabum audiuit prædicentem omnia quę Paulo euenirent Hieroſolymis, ſed Apoſtolus ſublatis ſarcinis Hieroſolymam aſcendit, diuertitq; ad Cyprium quendam Mnaſonem ueterem Chriſti diſcipulum. Hoc uerò iter & hanc nauigationem perfecit Apoſtolus toto hoc tempore, quando medium intercedit diem ſeu feſtum Paſchæ & Pentecoſtes nam Pentecoſten Hieroſolymis celebrauit.

Hieroſolymis autem templum ingreſſus Apoſtolus purificat ſe, ex conſilio fratrũ, cum quibuſdam Iudęis, ſuum perſoluentibus uotum. Sed Paulus in ipſo templo per ingentem tumultum captus à Iudæis pugnis acriter contunditur & extra templum protrahitur, ut trucidaretur, ſed Cl: Lyſias tribunus militum præſidiariorum Romanorum, qui tum caſtra habebant Hieroſolymis, excitatus concurſu tumultus Iudæorum procurrens, cum militum cohorte è caſtris S. Paulum iamiam periclitantem de uita, eripit ex manibus cruentis Iudæorum, ac ſubducit in caſtra, ſciſcitabatur à Paulo cauſas, eumq; producit in Conſilium ſummi pontificis & ſenatus Hieroſolymitani, at in eo res tam importunè agebatur, ut Tribunus Paulum rurſus ereptum ex manibus inſanientium reduceret in caſtra. Hic ſub noctem apparet illi dominus triſtemq; conſolatur & ad maiora animat, quod & Romanis prædicare ipſum oporteret. Et dum Iudæi inſidiarentur Paulo & quidam in mortem eius coniuraſſent, Tribunus cognita re, deligit opera centurionum equites & pedites, qui ab hora noctis tertia Paulum equo impoſitum literisq; inſtructum quibus cauſa captiuitatis ipſius continebatur, Cæſaream ad Fœlicem præſidẽ Iudææ deducerent, Fœlix lectis literis & audito Paulo iuſſit ipſum cuſtodiri in prætorio Herodis, donec accuſatores eius Hieroſolyma deſcendentes ſuam proponerent accuſationem. Totum autem hoc tempus Apoſtolus in ſua defenſione coram Fœlice in uniuerſum numerat dies duodecim. Tũ accuſatur Paulus per Tertullum corã Fœlice criminis hæreſeos, perduellionis, ſeditionis & impietatis. Paulus uero ſe inſontem & innoxium demonſtrat, atq; Fœlix Paulum ſępe dehinc familiariter audiuit & frequenter euocatum in colloquium, in cuſtodia detinuit quàm diu fungeretur publico præſidis munere, id quod Lucas extrudit per biennium, nam biennio expleto, accepit ſucceſſorem Fœlix, nempe Portiũ Feſtum, biennium autem illud numerandum eſt à captiuitate Pauli & nõ à ſuſcepta præfectura Fœlicis. Cæterũ per inſequentem mox æſtatem ſedente pro Tribunali Feſto Cæſareæ, producitur Paulus in Iuditium, ubi & Iudex licet Ethnicus intelligebat Pauli innocentiam, ſed uolẽs gratificari Iudæis Feſtus, rogat Paulum num uelit aſcendere Hieroſolymam & ibi agere cauſam ſuam? Ad quam poſtulationẽ Paulus ad Cæſarem appellat, id quod præſes benigne recepit appellationemq; conceſſit. Et dum rex Agrippa iunior, cui Nero adiecerat regno eius Galilæam, Cæſaream, deſcendiſſet ſalutatum exceptumq; nouum præſidem, præſes negotium Pauli cum rege communicauit, rex Paulum uidere & au-

dire poſcit, Fœſtus poſtulationi acquieſcit, Prodeunt in auditorium multocum apparatu Agrippa & Bernice cum aulicis . Producitur & Paulus catenis uinctus in frequens & maieſtate uerendum auditorium , & permiſſo pro ſe dicere tanta grauitate, modeſtia, maieſtate, & euidentia dixerat, ut Fœſtus Paulum nimia citerarum defatigatione dementatum inſanire putaret , Agrippa uero rex ſcripturarum peritus exclamaret. Parum abeſt quin mihi Chriſtianum fiere perſuaſeris. Et magnates quidam audito Paulo & collatis inuicem ſententijs, pronunciant innoxium eſſe & dimitti potuiſſe liberum, niſi ad Cæſarem appellaſſet, ideoqꝫ Romam eſſe mittendum.

Adramyttina ergo naui data Paulus una cum alijs uinctis Ariſtarcho præſertim Macedone, traditur Iulio cuidam centurioni cohortis Auguſtæ, Romam ex Syria in Italiam deportandus. Iulius hic rebus Pauli fauit egregie, permiſit enim ei, ut ubiqꝫ ad amicos egreſſus, curaretur ab illis, & res ſuas libere apud ipſos ageret. Eſt uero hęc peregrinatio cœpta ante hyemem, & abſoluta uidetur in Vere, nam Paulus Romam peruenit in Vere, nimirum ſecundo Neronis anno, manſitqꝫ Paulus toto biennio in ſuo conducto & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipſum prædicans regnum Dei, ac docens, quæ ſunt de domino Ieſu, cum omni fiducia, nemine prohibente , nam hunc finem Deo ſic prouidente Romam uenerat. Cæterum extendit ſe hoc biennium in quartum uſqꝫ Neronis annum. Secũdo enim Neronis anno in Vere uenit Romam Paulus , & quæ manſit biennio toto in ſuo conducto ergo manſit Romæ in quartum uſqꝫ Neronis Cæſaris annum, erat is annis, Chriſti, ſexageſimus, conuerſionis autem Pauli XXVII. Hoc igitur quarto Neronis anno Paulus ad Tribunal Cæſaris uocatus, cauſam ſuam contra Iudæos accuſatores ſuos dixit , ac tum quidem cum actioni ſeſe pararet ualedixiſſe amicis uidetur , ac ſupplicio ultimo ſe quaſi dedidiſſe & deſtinaſſe. Cæterum Cæſar ea actione diſtulit negotium, nec certum pronunciauit. Producitur ergo rurſus ad Tribunal Cæſaris Apoſtolus ac ſecundum iam agit cauſam ſuam pro ſe, Tum uero lata à Cæſare ſententia Paulus innocens pronunciatus & liberatus eſt, ut Epiſtola poſterior ad Timotheum complectitur.

Iam quo abierit liberatus Paulus ex coniecturis uenari licebit haud leuibus, quæ tamen duplicem commendant nobis ſententiam uel enim uinculis ſolutus recta obijt in Hiſpaniam, uel redijt protinus in Syriam, Aſiam atqꝫ Græciam, Prior ſententia ſumitur ex uerbis Pauli Ro:15. Hactenus anxius fui ibi prædicare, ubi prius non erat nominatus Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem &c̃ . Hinc & Epiphanius ſalaminæ Cypri Epiſcopus in opere ſuo contra hæreſes, Carpocratianos confutans tradit palam ipſum Paulum prædicaſſe in Hiſpaniam ; Hieronymus dicit illum docuiſſe in occidentis partibus. Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus ſcribit Italiam , Gallias & Hiſpanias beati Pauli tranſitu Euangelica prædicatione illuſtratas. Traditur & Philotheus eius regionis primas fidem Chriſti à Doctore Paulo recepiſſe . At poſterior ſententia, qua putatur proximà redijſſe in Syriam, Aſiam & Macædoniam, innititur Pauli, teſtimonijs ad Hebræos XIII. dum pro ſe orari cupit ut ipſis reſtituatur. Et ad Philipp.2. Confido in domino , quod & ipſe breui uenturus ſim . Et ad Philemonem ſibi hoſpitium præparari dicit. Hinc probabile uidetur quod Apoſtolus è uinculis Romæ liberatus, recta ad Eccleſias Syriæ , Aſiæ & Græciæ confirmandi, conſolandiqꝫ gratia redierit: Deinde uero ex Græcia ſoluerit, tranſieritqꝫ in Italiam, & ex ea ſuperatis montibus abierit in Gallias, ex Gallijs rurſus penetrauerit in Hiſpanias, ex Hiſpanijs uero redierit, aut reductus ſit in urbem Romam ubi tandem ſub Nerone occubuit . Peregrinationem eam perfeciſſe uidetur intra annos decem, occubuiſſeqꝫ ultimo anno Neronis : Nam Romæ gladio Neronis obtruncatus eſt. Hieronimus dicit ſequutus Euſebium. Paulus decimo quarto Neronis

ronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultus eſt in uia Oſtienſi, anno poſt paſſionem domini XXXVII.erat is annus natiuitatis domini LXX.conuerſionis uero Pauli XXXVII.tanto uidelicet tempore prædicarat in oriente & in occidente ſalutare Chriſti Euangelium. cauſam prætexuit Nero ſuæ perſequutioni, incendium uidelicet urbis, quod cum ipſe excitarat, ut huius mali aſpectu oblectaretur, hoc nefarium facinus in Chriſtianos innocentes deriuabat, ideoq́ excuſando & à ſcelere purgando ementito prætextu ipſos perſequebatur, ut & Paulum occumbere oportuerit. Chryſoſtomus dicit cauſam quod Pellex Neronis à Paulo ab impuritate conuerſa congreſſum Neronis declinarit, ideo aduerſus Paulum Neronem incanduiſſe ipſumq́ obtruncaſſe

RVRSVM ETIAM DE CHRISTIANA FIDE IN GALlijs & Britannia ſiue Anglia prędicata iſta ab Hiſtoricis produntur.

Ioſephus Arimathienſis, genere Iudæus, pius quidem & prudens ſuæ ciuitatis ſenator, decurio nobilis, ac diues, atq́ ob pontificiæ Tyrannidis metum, clandeſtinus Chriſti diſcipulus corpus eius officioſe, à pilato permiſſus, ſepeliuit. hunc in diſperſione Philippus cum non paruo, comitatu à Gallijs in Britanniam miſit noſtrę ſalutis anno LXIII. ut poſt Capgrauiū & Scropum, alioſq́ ſcriptores Anglicos, teſtis eſt locuples Polydorus Vergilius lib: 2. mittam ex eis inquit dominus, qui ſaluati fuerint, ad gentes in mari & ad inſulas remotas, quę non audierunt prędicationem meam, neq́ uiderunt gloriam meam & prędicabunt gloriam meam inter gentes.Eſa. 66. De Philippi uero in Gallijs apoſtolatu, pręter iſtos Iſidorum authorem habes, in libro de uita & obitu ſanctorum patrum,& Freculphum in ſecundo Tomo lib: 2 Cap: 4.ſuorum Chronicorum in hęc uerba Philippus à Bethſaida ciuitate unde & petrus, de quo in Euangelijs atq́ in actibus Apoſtolorum digna laudis memoria ſæpius facta eſt,cuius etiam filiæ prophetiſſæ extiterunt, & miræ ſanctitatis ac perpetuæ uirginitatis,ut Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, Hic Gallis prædicat Chriſtum, Barbaraſq́ gentes,uicinaſq́ tenebris,& tumenti Oceano coniunctas, ad ſcientiæ lucem, fideiq́ portum deducit. Deinde in Hierapoli Phrygis prouinciæ urbe crucifixus lapidatuſq́ obijt & ſepultus ſimul cum filiabus ſuis ibidem requieſcit: Hæc Freculphus. Quum in Britannia,tam ipſe Ioſephus,quàm cæteri eius Socij, Euangelicum dogma ſedulo miniſtraſſent,multi per hoc ad pietatem traducti & Baptiſati ſunt unde parum terræ,ad uitæ eorum ſuſtentationem, Aruiagi regis adhuc Pagani beneficio,non procul ab urbe Vuellia poſtmodum capientes, prima fidei Chriſtianæ fundamenta per circum adiacentem regionem non abſq́ fruge poſuerunt, Teſtatur & Gildas Monachus, Britannos ita ab initio orti Euangelij, Chriſtianam accepiſſe religionem. Et quamuis à quibuſdam incolis tepide ſuſcepta fuerit, apud quoſdam tamen integra uſq́ ad Diocletiani Tyranni perſecutionem remanſit, in ſenectute Ioſephus, quietam carnis morte dormitionem accepit,in ſua ſolitudine non longe ab oratorio ſepultus,anno à Chriſti incarnatione LXXVI.Mario regnante in Britannia:Poſtea trans latum eſt eius corpus ad Glaſconienſe Monachorum collegium, & in prætioſa theca repoſitum. Sed ut ad inſtitutum ordinem de Pontificibus Romanis regrediamur S. Petro Crucifixo ſucceſſit Tuſcus Linus qui eſt,à Saturnio Cos: cui filiam à dæmone uexatam curauerat,obtruncatus, ne abſq́ decreto cederet, nudis capite fœminis Eccleſia interdixit.Hic,atq́ deinceps,qui Cæſarienſem Euſebium Ro: Pon:ſcriptoribus conciliare nouit,faciat.

Cletus Ro: Apoſtolicam benedictionem ſalutationis uice literis,& populis offerre cœpit.Defunctorum ſanctorum uiſitationibus adprobatis,Ro: Petri & Pauli uiſita- *Apoſtolica benedictio.*

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



Pontificū et Epiſcoporum ornatus.

5. Anacletus.

Ioannis Apoſtoli & Simeonis Epiſcopi mors.

9.

6. Euariſtus.

9.

7. Alexander. 1.

10.

8. Xiſtus.

10.

Decreta Pontificum

9. Teleforus.

11.

10. Hyginus.

8.

11. Pius 1.

11.

tionem duorum annorum ieiunio prætulit, cuius impeditores cenſura notauit:

Clemens I. Ro: ſucceſſor à beato Petro declaratus, alios, ambitionis exempli, ſubſtituendiq; iuris declinatione, præmiſit. Protonotarios Martyrum ad notandis geſtis inſtituit. Baptizatos cito Chriſmate confirmari mandauit Epiſcopo. Et, quod mirum fuerit, ſi ſanctus hic abolitū per humillimū Chriſtum, ſuperbum Aaronem reſtitui cogitarit. Sacerdotes ſacris paludamentis, Epiſcopos infula, paſtorali pedo, Sādalijs & Chirothecis, Archiepiſcopos pallio. Pontificem, Cardi: & Legatos Crucis uexillo ad concionis, & miſſæ ſacra ueſtiri, eminentioreq; Cahthædra ſublimari Nauclero teſte, decreuit. Et item neglectum à Chriſto mundum reduci, ſi tale quid item de iſtius ætatis ſanctis, ab omni prorſus mundi pompa alieniſſ: quin potius recentiorum mundanorum decretorum ſub ueterum ſanctorum nomine prætextum eſſe uelamen credi poteſt.

Athenienſis Anacletus ingreſſus, dioceſanis ſedibus inſtitutis, Ro: Petri ſedem omnibus decreto ſuperpoſuit. Clericos à Laicis diſcretos, uenerari præcepit, & ad miſſam non communicantes, excommunicauit. Eo Pontifice Ioannes Apoſtolus nonagenarius migrauit ad dominum. Et Simeon Coſebrinus domini, Iacobi fratris domini in Hieroſolymorum Epiſcopatu ſucceſſor, annos natus Centum & Viginti Martyr Chriſti factus eſt. Ad huius uſq; deceſſum, Egeſippo teſte, Eccleſia munda, & incontaminata permanſit uirgo, corruptoribus ueritatis, & diuini uerbi temeratoribus, aut nuſquam extantibus, aut deliteſcentibus. Vbi uero Apoſtolorum chorus, & omnis illa ætas, quæ à Domino uiuæ uocis auditum ſuſceperat, ex hac luce deceſſit, tum uelut uacuam in domum falſæ doctrinæ impius error ſe immerſit, tanquam ubi nullus diuini cenſus defenſor exiſteret, nudato, ut aiunt, capite corripiens arma mēdatij, oppugnare Apoſtolicā ueritatem nititur Sed iſtud bellum intrinſecus gerebatur, Perſecutorum autem extrinſecus urgebat Eccleſiā, dum imenſę caterue martyrū quotidie iugularentur, Hęc ille.

Euariſtus Iudæus Bethlehemita, Matrimonijs publicis bendixit, clandeſtinis uero interdixit. Plebis aduerſus Epiſcopum adcuſationes reiecit. Eccleſiarum Vrbis titulos diſtinxit.

Alexander 1. Ro: ætate non magnus, ſed uita, doctrinaq; tantus, qua magnam Senatus partem Chriſto conciliauit. Azima conſecrauit, Aquam calici miſcuit. Sal, & aquam benedixit. Clericos à Laicis iudicari uetuit.

Xiſtus 1. Ro: altaria conſtruxit. Sanctis in miſſa dixit. A mulieribus attingi ſacra noluit. Gallos per ſanctum Romanum in fide continuit.

Talephorus

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



12. Anicetus.
11.
13. Sother.
9.
18 Euletherius.
15.
15. Victor 1.
10.
16. Seuerinus.
8.
17. Calixtus 1.
6.

Talephorus Græcus. Natali Chriſti nocte ter, & alias
inter meridiem, atq; ſolis exortū ſemel tantū, adiecto An
gelico hymno. Gloria in excelſis, & Euangelica lectione
miſſam agi conceſſit. Septuagenariū, quadragenarium
factum, ante paſca ieiunium ſanxit.
Hyginus Gr. Clerū in ordinem digeſſit. Templa con
ſecrauit. Patrinum, & matrinam baptiſſmo, & confirmati
oni adhibuit.
Pius 1. Aquilegienſis, Eccleſiaſticam libertatem aſſe- *Hæreti corū per ſecutio.*
rendo, ſacrilegos damnauit. Virginem non niſi Viginti
quinq; annis maiorem ſacro uelo in Epiphaniæ ſolennita
te donauit. Paſca Dominico die celebrauit. Nouati ther
mas diuæ Pudentianæ dedicauit.
AnicetusSyrus, diuino, doctoq; Polycarpo hoſpite lę
tus, Cauit, à paucioribus, quam tribus ne conſecraretur
Epiſcopus. Neue nutriat comam, ſed barbam, atque coro
nam radat Clericus.
Sother fundanus Communionem Dominicā in diem
actę dominicæ cenę fidelibus ordinauit. Ad eum de Ro.
Eccleſiæ inſtitutis in hæc uerba ſcripſit, Corinthi Epiſco
pus Dionyſius, A principio moris eſt uobis, fratres om
nes uarijs iuuare beneficijs multisq; Eccleſijs, quæ ſunt
per diuerſa terrarum loca, cuncta, quibus indigent, deſti-
nare, ſingulorum quoq; neceſſitates in omnibus conſola-
ri, ſed & per metella fratribus relegatis, quæ uſus poſcit,
præbere. Hæc ab initio Ro. Eccleſiæ facere moris fuit, à
patribus huiuſmodi inſtitutionem dimiſſa, & ſemper in-
tegra cuſtodita. O Dionyſi, tu nunc, ſi hic ſis, aliter ſenties
Exigit Roma, uel quibuslibet modis, nunc ab omnibus
100. expendit, quo dicere pudet.
Euletherius Gr: in abſentem adcuſatum nil diffiniri.
Nec niſi legitime conuictū dignitate priuari, ſane decre-
uit. Eo Pont: Aſia uniuerſa, in Gallia Lugdunum, & Vi
enna martyrum ſuffuſa cruore. Inde uero Chriſtianis ali
quantiſper à perſecutione quieſcentibus, illuſtrium, non
pauci Romanorū, Itē & Britones, Lutio rege, Chriſtum
ſuſcipere. Qua per tantillū id quietis externis intempeſta
tibus datum, aucto mirum nomine Chriſtiano, iniquius,
ſcilicet, inteſtinum perſecutionis genus excitarunt prauo
rū dogmatum hæretici. Quorum præcipui Martion ma
ioris creatore dei fictor, à beato Polycarpo Smyrneorum
Epiſcopo Satanæ primogenitus in faciem Romæ compel
latus, Tatianus ſcripturæ, Moſis, Reſurrectionis, nuptia
rum, carniū, & uini damnator. Eleutherio, nullū uſualis
uictus genus reijci, decernente, Montanus item, durante
dum in Eccleſia prophetica Sancti Spiritus gratia, paracletum ſeſe dicens nuptias
ſoluit, ieiuniorū leges, oblationes, & ad mercem prædicatores inſtituit.
Victor 1. Apher, primus in externos authoritate præſumpta, uel ſancto Ireneo
Ludgunenſi Epiſcopo, Polycarpi auditore, Romanos Eccleſiaſticæ regulæ
corruptionis arguente, reclamante, Policratem, ſenem, Chriſti doctiſſ.

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



Arthemonitorum hæreſis.

18. Vrbanus 1.

5.

19. Pontianus

6.

Vrſulæ peregrinatio.

20. Antherus.

3.

21. Fabianus.

14.

22. Cornelius.

2.

De ſacratis ueſtibus.

23. Lucius 1.

3.

24. Stephanus 1.

7.

25. Xyſtus ij.

3.

Epheſiorũ Epiſcopum, cum Aſianis Epiſcopis doctiſſ: imo Aſiam, cælebrandi ob Paſcatis diſcrimen, à Ro: Ecclesia, anathemate prolato, perpetuo alienauit. Paſça, à Iudæorum obſeruantia diſcretum, in Dominicam diem ſtatuens, & in eandem omnibus pubertatem egreſſis, ſacram communionem, per Chriſtum liberam, præcepto ſubiecit.

Seuerinus Ro: quo Pont: Artemonitæ, diuinas corrumpentes, ac derelinquentes ſcripturas, Euclidem, Ariſtotelem, Theophraſtum atq; Galenum colentes, ſcepticorum more, in quæſtiones omnia poſuerunt, quid aliud à noſtræ tempeſtatis ſophiſta Theologis eſt admiſſum.

Calixtus 1. Ro. Adfinitate coniunctis, item & ſacerdotibus interdixit matrimonio. Quatuor anni cardinum ieiunium ſanxit, & primus cœmeterium dedicauit.

Vrbanus primus R. templi uaſa, aurea, argenta, ſtanneaue, fieri uoluit. prædia, fundos, cœteraq; Eccleſiæ dona, hac lege recipi ſtatuit, ut nulli quicquam priuatum eſſet, ſed in commune clericis diſtribuerentur ad neceſſitatem ſingulis ſingula.

Pontiano Ro. diu, noctuq; pſallente, & miſſæ confeſſionem præmittente, in exilio defuncto, Cyriacum ſucceſſiſſe, atq; relicto Pon: eamq; ob rem à Pont: numero exclusum, diuæ Vrſulæ ſocietate martyrium ad Coloniam pertuliſſe, temporum, factiq; ratio uix admittet.

Antherus Gre. ex Epiſcopo Pontificem fieri, atq; huius ſolius authoritate Epiſcopos tansferri mandauit.

Fabianus Ro. Clericorum offenſores excommunicauit. Eſſe ſimul actorem, & iudicem uetuit. Reum non niſi idoneis teſtibus fieri, factum autem, non niſi publico in loco damnari ſtatuit. Et, ad Ro. ſedem adpellanti, locum dedit Infra quintum gradum agnatis cõnubium negauit. Origænem probauit. Nouatum lapſis ueniam negantẽ ſciſmaticũ ſexaginta Epiſcoporũ Con: dãnauit.

Cornelius Ro: Clericos ſola fidei cauſa iurare permiſit. In abſentem acta reiecit.

Lucius 1. Ro. Epiſcopo, quem xxx. annis minorem repudiauit, honeſtatis comites adhibuit ſacerdotes & Diaconos.

Stephanus 1. Ro. Sacratis ueſtibus abuti noluit. Pro Dionyſio Alexan. contra Cyprianum Carthaginenſem Rebaptiſtas execrauit.

Xyſtus ij. Gr. doctus, miſſæ altaria Orientem ſpectantia conſecrauit. Canonem clam legi, & ſanctus alte canì iuſſit: Martyrium ſubiturus, Eccleſiæ theſauros per Sãctum Laurentium Leuitam ſuum, non, ueluti poſteri cognatis, ſed Chriſti pauperibus erogauit.

Dionyſius ex Monachis primus, Epiſcopatus, Parochias, & Eccleſias, ut ſua quiſq; contentus eſſet, intra, & extra urbem diſterminauit.

Fœlix

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



26. Dionyſius.

6.

27. Fœlix 1.

5.

28. Euthitianus.

1.

29. Gaius.

11.

30. Marcellinus.

9.

31. Marcellus.

5.

32. Euſebius.

6.

33. Melchiades.

2.

Fœlix 1. Ro. ut, nemo rem diuinam, niſi conſecratus faciat, nec alibi, quam ſacro in loco, utq́ Martyrum, & Eccleſiarum dedicationis dies feſtus agatur, mandauit. Sub eo Manes Perſa. Manichęorum induxit ſectam.

Eccleſiarum diſterminatio.

Euthitianus Tuſcus. Fructus benedixit Trecentos Martyres ſepeliuit.

Gaius Dalmata, Diocletiano cognatus, Ordines ſacros gradibus diſtinxit. Marcellinus Ro. Idololitici ſacrificij per metum commiſſi, pœnitentia ductus, à nemine hominum damnabilis ſe damnauit, & martyrio obtulit.

Cardinales inſtituti.

Marcellus Ro. inſtitutis viginti quinq́ Cardinalium titulis Concilium abſq́ Ro. Pon. authoritate irritum eſſe dixit. In Cacabulum, ad Chriſtianorum deſpectum, clauſus, fœtore terreno cœleſtem adijt fragrorem.

Euſebius Gre: Medicus, Epiſcopum à prophanis in ius trahi noluit, Infames & ſortilegos à teſtimonio ferendo reiecit. Virginibus deſponſatis, religionis ingreſſu, ſponſionem ſoluit. Eo Pont. omnium atrociſſimo in Chriſtianos, Diocletianorum Principum edicto, iuſto, ut Cæſarienſis Euſebius teſtatur, Dei iudicio, & neceſſaria correptione, ob ſacerdotum, præcipue Epiſcoporum, iniquitates, odia, contentiones, ambitionem atque ſuperbiam, illato, res Chriſtianorum in tantam anguſtiam eſt coartata, ut omni humana ope deſperata, ſola miſerentis Dei fuerit, iuxta Chriſti promiſſa, ſeruata, atq́ reſtituta. Verſis nempe in impios diuinæ iræ gladijs, intempeſtate, fame, ferro, peſte adeo, ut Ethnici pia Chriſtianorum auxilia implorarent, utq́ carnifices ipſi nimiæ crudelitatis, qua per uniuerſum Ro. imperium innumera inſontium milia, citra ullius humanæ conditionis diſcrimen, indies per annos 10. inexplicabilibus tormentis mactabantur, terrefacti, edictum ſuum primo mitigarent, Chriſtianos, inquã, non occidẽdos, ſed ignominia notatos, ac mutilatos, publicas ad operas relegandos eſſe, atq́ poſtea abrogarẽt. O Chriſte, qd noſtri omnium malorũ impudentes nõ merẽtur, & expectant dies?

Euſebij Chriſtianæ rei deploratio.

Melchiades Apher, neminem ante legitimam proba-
tionem damnari permiſit. Solis, atq́ Iouis dies à ieiunio
reſcidit. Mirum hæc tempeſtas; ſi ullum decretis relique-
302. rit locum. Sed memoratu dignum, Pontifices omnis, uno Eleutherio dempto, ad Syluestrum uſquam, martyrio licet ablatos, Imperatores tamen eorum occiſores, uita uel ſuperaſſe, uel ęquaſſe. Nec non & Chriſtianorum numerum ſanguinis feruore creuiſſe, deinde autem adepta pace, ſuperatos fuiſſe, numerumq́ ſaginæ algore declinaſſe, præterea Chriſtianam rem non tam à Tyrannis, & hæreticis, quam ab auaris, & ambitioſis infeſtatam eſſe. Quod terrenis adcreſcentibus, cœleſtia decreſcant, atq́ conueniat Chriſto cum mundo nihil.

De iudicijs ieiunio.

MONAR-

MONARCHIÆ IIII. ROMANÆ SVCceſſus, Ex uarijs autoribus.



CAius octauius Cæſar Materno Cæſaris, quam patris Octauij Senatoris, genere nobilior. Imo niſi miris, atq; præ ſingularibus naturæ, ingenij, uel maxime fortunæ donis præditus fuiſſet, tantum imperium aut nunquam contrahere, aut tam diu retinere potuiſſet, quod certe non minus ſua prudentia, nominiſq; magnitudine, quam ui, & armis obtinuit. Sed & laceratum inteſtinis diſſenſionibus imperium nunquam coire, conſentireq; ualuiſſet, niſi unius, & illius, non cuiuslibet, ſed optimi ſimul, atq; ſapientiſſimi præſidis nutu, quaſi anima, menteq; una in ordinem redactum foret. Omnibus porro ad Occaſum, & Meridiem, ad Septentrionem uero duntaxat inter Rhenum, atq; Danubium, & Orientem intra Eurum, & Euphratem, Nilumque pacatis gẽtibus. Reliquas imperij immunes, eius tamen maieſtatem reueritas, uel admiratas, aut in amicitiam, aut in fœdera poſtulata ſuſcepit. Seres namq;, & Indi nunc primum Romanis auditi ſplendidiſſimi muneribus, laborioſa quadriennij uia. Scythæ item, & Sarmatæ per legatos amicitiam, Parthi autem Romanorum Aquilis, faſcibusq; relatis, fœdera impetrarunt. Sic, qualis ante fuerat inaudita, totius orbis tunc pace conſtituta, Ianum tertio à Numa clauſit. Vniuerſus ergo terrarum ambitus armis pene iam exanimatus, humanoque cruore expiatus, uel omnium primum, omnis & imperij, & pacis nempe Ieſu Chriſti Principis ortus, Auguſtum illi principatum, pacemq; dedit adoptatam. Qua deinceps res Romana in unius Monarchę poteſtatem libere ceſſit, ſeq; data fide ſubmiſit. Tanti uero Principatus faſtigium nato Seruatori tribuiſſe congruit, Siquidem huic ille glorioſius acceſſit nihil. Is eſt annus Octauij quadrageſimus ſecundus: Ab Alex. M. Triceteſimus viceſimus quintus: à Cyro M. Quingenteſimus & decimus ſextus: à Nino M. Biſmilleſimus quinquageſimus quartus: à Bruto primo Cos. Quingenteſimus & vndecimus: à Romulo Rege, Septingenteſimus quinquageſimus primus: à Roma Milleſimus ſexingenteſimus viceſimus tertius: à Comero primo Italiæ Rege Biſmilleſimus Centeſimus ſexageſimus ſecundus: ab habitata Italia, Biſmilleſimus centeſimus Nonageſimus quintus: Salutatus autem Auguſtus, adpellatione domini refutata, Patriæ pater, & perpetuus Dictator, nuncupatus, Optimi ſtatus author, ad pacis

Totius orbis pax

ſtudia

ſtudia conuerſus. Vrbem luxuria diſſolutam,ſeueriscohercuit legibus, & lateritiam illam, marmoream reddidit. Ipſe tandem dubia inter uirtutes & uitia,fœlicitatem,& infælicitate ſorte,imperium maiore fortuna, quam animo,ſed maximo labore comparatũ, anno uitæ 76. adulteræ coniugis Liuiæ toxico, Tiberio priuigno adoptato, dijs adnumeratus finiuit. Acceſſerunt imperio, authore Ruffo,uaria per quadringentos annos Romanorũ Imperatorum fortuna. Alpes maritimæ,Gothiæ,Rhetiæ, Noricæ Pãnonia utraq;, Myſia, & omnis ora Danubij,Pontus,Armenia minor, Oriẽs totus, Meſopotamia,Arabia,Aſia,& Aegyptus Eiuſdem copias extitiſſe ſcribit Appianus, ſcilicet peditum ducenties millium: equitum quadraginta millium:elephantum Trecentorũ,Curruũ duorũ millium armorũ in ſupplementũ Trecentorum millium,Maritimam uero minorum nauium duorum millium triremiũ à ſecuplis in quinq; remes mille quingentos claſſem. Inſtrumentorum naualium bis totidem nauiũ ad pompam ornatorum octoginta, pecuniarum in theſauris Aegyptiorum talentorum ſeptingentorum quadraginta millium.

Imperij augmentatio.

Imperij terreſtres atq; maritimæ copiæ

Imperio itaq; Romano,tum ſapientia,tum uirtute ad ſummum culmen euecto,illud ipſum aſſiduo labore quæſitum, Imperatorum ignauia conſeneſcens, quam etſi nonnunquam reſpiraſſet,uires ſenſim amittere cœpit,adeo,ut noſtra rebelli tempeſtate,Illi cui ſumma rerum debetur, nomen integrum uix maneat. Imperator nuncupetur, & Romanus cui nihil minus quam imperare, Romamq; uel intueri liberum ſit.

Operepræciũ me facturum confido ſi Herodũ regum Hiſtoriam & ſucceſſionem quæ non parum obſcuritatis in ſacris habere uidetur literis, ſimulq; præſidum Romanorum Catalogum, aſſignando huc tranſtulero,initio ducto ab Herode Magno infanticida. Antipater idumæus genere, qui Aſmonai ſeruus fuit adeôq; plebeius uir & Aſcalonita, nihil ad Iudæos pertinens,ab Alexandro rege & pontifice Iudæorum præficitur toti Idumææ, unde is ſibi maxim as conquiſiuit opes , poſtea uero & Romanis amicus factus,ſtuduit Herodem filium ſuum prouehere. Ergo primus quidem Herodes Antipatris idumęi filius tetracrha Iudææ creatur & à M. Antonio qui præſertim hunc adiuuabat. Deinde in frequenti ſenatu Romæ opera eiuſdem M. Antonij rex Iudææ decernitur, mediuſq; inter Auguſtum & Antonium aſcendens in Capitolium in regia dignitate confirmatur, factum id conſtat X I. anno imperij Cæſaris Auguſti. Herodes autem rex factus , feſtinat in Iudæam, belloq; triennali, & dificili quidem illo, Antigonum, Iudæam & Galilæam deuincens ſubigit, mox uero totam Machabæorum proſapiam, quæ regnarat in Iſrahele hucuſq;, funditus extirpat, quo ſolus & ſecure potiretur regno,intęrea ut Iudæis ſe inſinuaret ſimulat ſe ipſorum colere religionem, iungit cum ipſis affinitates templum deniq;, ueteri deſtructo , non ęſtimandis ſumptibus ęxtruit Hieroſolymis. Idem in urbe & regno magnifica poſuit ędificia,ut in ornanda urbe & regna uix habeat parem. Crudeliſſimo alioqui fuit ingenio ſanguine enim ſuorum,exterorumq; & domum propriam & totum regnum funeſtauit,ſed grauiſſimo morbo correptus mortuus eſt Anno regni ſui Triceſimo ſeptimo. Hic cum multos ex diuerſis uxoribus ſuſcepiſſet filios, horum tres ipſe trucidauit, Alexandrum, Ariſtobulum & Antipatrum, Tres uero poſt mortem reliquit, Herodem Antipam, Archelaum & Philippum, qui mortuo patre pro regno concertabant acerrime,Eam ab rem ad litem dirimendam Cæſar, Toparchias ſiue Tetrarchias inſtituit,diuiſitq; Archelao Iudęã Idumęam & Samariã. Antipæ uero Herodi regio ceſſit trans Iordanẽ Galilęa.Philippo data eſt Bachanea,Trachonitis & Auranitis,cũ aliqua parte domus quæ Zenodoti dicebatur.noluit autem Cæſar ut Archelaus diceretur rex, toparcham modo uoluit appellari.Lyſias princeps Abilenos, creditur fuiſſe frater Herodis & reliquorum fratrum, quo quatuor conſtent Tetrachiæ, quidam intelligunt de Principe Calcidis . iuxta libanum & Abilæ quæ & Lyſanium dicta eſt de quo Ioſeph. lib. 14. Cap. 21.

Sed

Sed Archelaus Toparchia ſuſcepta Iudæis & Samaritanis crudeliter eſt abuſus, quod cum ab accuſatoribus Auguſtus intellexiſſet euocatū Romam exilio damnat, deportariqꝫ curat in Galliæ urbem Allobrogum Viennam, At regio eius tributaria facta, Syriæ diſpenſationi coniungitur, cum regnaſſet Archelaus annis nouem, Miſſus ergo Cyrenius ſeu potius Quirinus cenſum diſpoſiturus in Syria & domum Archelai redditurus, omnia expedit, nam ante annos XIIII. præfuerat etiam cenſui qui actus eſt XLII. anno imperij Auguſti, quando Chriſtus natus eſt in Bethlehem Iudææ. Re fœliciter perfecta COPINIVM reliquit, Primum Iudææ præfectum ſeu gubernatorem Archelai loco imperitantem, & ſciendum quum Herodis regnum inceperit ab XI. anno Auguſti, termineturqꝫ in XLVII. Auguſti anno, ut proinde Archelai principatus in Auguſti anno XLVIII. & terminet in LVI. anno Auguſti, ſed primus Iudęæ tector & præſes uiuente adhuc Auguſto & Cyrenio ordinante fuit COPINIVS, Cui ſurrogatus eſt ſuccedente Auguſto Cæſari Tiberio, MARCVS, MARCO Vero ſubſtitutus eſt, ANNIVS RVFVS, poſt RVFVM, miſſus eſt Pręſes, VALERIVS GRATVS, Hunc ſequutus eſt Pontius Pilatus, quem ſub finem anni XIII. Tiberij in Iudęam ueniſſe referunt. Hi pręſides quidem truces fuere, crudeles, ſuperbi & auari, iuxta Romanorum ingenia. Et Pilati crudelitatem ferre non ualentes Iudęi, ueniunt ad Vitellium qui tūc Syriam gubernabant, accuſantqꝫ Pilatum, qui tum ex amicis ſuis ſubſtituit quendam ut uices Pilati ſubiret, cui nomen erat Marcello adeoqꝫ Pilatum Romam pergere compulit, ut ſe in iuditio Cęſaris expurgaret, ſed antequam Romam ueniret Cęſar defunctus erat.

Interea dum Pręſides Romani Iudęam & Samariam Archelai portionem gubernarent, Herodis Antip: Galilęam regebat, Ioannem Baptiſtam obtruncauit, Chriſtoqꝫ illuſit in candido amictu & in Galilęa poſt ablegatum Archelaum regnauit annis XXVII. à morte autem patris & diuiſo per Auguſtum regno annis circiter 36.

Cęterum mortuo Romę Tiberio, ſuccedit in imperio Caius Caligula. Cęterum dum uiueret adhuc Tiberius in carcerem coniecerat Agrippam magni Herodis ex occiſo Alexandro, (quidam Ariſtobulum appellāt) Nepotem, quod Caio uideretur immodice fauere, proinde Caius imperio accepto amicum Agrippam protinus liberat, è uinculis, imò & diademate impoſito regem eſſe pręcipit, Tetrarchijs Lyſanię & Philippi, nuper defunctos, benigne conceſſis, factum id eſſe conſtat primo Caij anno. Simul autem reuocat ex Syria Vitellium & pro Marcello dat pręſidem Pub. Petronium, Sed dum tetra ſuo in Galilęa regno ſanguinarius & inceſtuoſus, Herodes Antipa frueretur, Huius uxor Herodias indigne ferebat fratris ſui Agrippę fortunam, extimulat itaqꝫ Herodis animum ut & ipſe Romam proficiſcatur, ad Caium, petiturus & ipſe auctionem & dignitatem regiam, quod cùm faceret ſcortumqꝫ ſecum Romam abduceret Agrippa frater præmonitus Caio Cæſari literas ſcripſit, quibus Herodem accuſat, quaſi cum Artabano Parthorum rege hoſte Romanorum colludat. Quare Cæſar commotus Herodem perpetuo condemnat exilio Lugdunumqꝫ relegauit, & Galilæam Toparchiam Herodis, donauit Agrippæ amico ſuo, ut hic iam propemodum tenuerit integrum aui ſui Herodis Magni regnum, tantum excepta Iudęa & Samaria, quæ adhuc præſidibus Romanis parebant. At ubi Agrippa iam anno integro in patruorum Tetrarchijs tribus regnaſſet, excedit è uiuis Caius, quouis cane impurior. Caio ſucceſſit Claudius qui et itidem fœdus, qui Agrippam non modo cōfirmauit in Tetrarchijs patruorum, ſed inſuper donauit ei Iudæam & Samariam reuocato Romam, Petronio & ſubſtituto Syriæ rectore Marſo. Ita uero præfectura Romanorum in Iudęa ab Archelai exilio ad imperium uſqꝫ Claudij uſurpata, ſublata eſt modo per Claudium, ita ut Agrippa prope integrum aui ſui regnum teneret. Hic confirmatus in regno multa ſuperbe & crudeliter egit, occidit Iacobum Apoſtolum fratrem Ioannis Euangeliſtę, idqꝫ gladio, & S. Petrum coniecit in uincula, poſteridie

etiam

etiam de ipſo capitis ſupplicium ſumpturus, ſed tandem Cæſareæ perijt ab Angelo percuſſus. Acto:12. Anno uitæ ſuæ LIIII. & Monarchiæ ſuæ, regni, inquam, Iudaici Tertio, à condemnato autem Antipa quarto, & à Tetrarchijs patruorum acceptis ſeptimo. Hic à Luca non Agrippa ſed Herodes appellatur, quod dignitatis uocabulũ uidebatur, quia Herodis uocabulum uſurpabatur ſicut Romani reges ſeu imperatores, Cæſares ſiue Auguſti uocantur. Hic Agrippa reliquit filias tres Bernicem Mariam, & Druſillam ac filium qui & ipſe Agrippa uocabatur, unde patrem Priſcum Agrippam appellant, filium uero Agrippam iuniorem, alebatur hic Romæ à Claudio dum pater moreretur, ſed quia erat admodum iuuenis natus decem & ſeptem annos, non ſufficiebatur patri à Cæſare in regnum, præſides ergo & Curatores in regnũ Agrippæ diſponit primoq; Cuſpium fadum. Hic occidit Theodam Pſeudoprophetã ſimiliter etiam Marſo Syriæ gubernatori ſufficit Caſſium Longinum. Fado rurſus in regno Agrippæ ſuccedit Tiberius Alexander, ſub quo fames in Iudæa fuit, hic filios Iudæ Galilæi ſeditioſos crucifixit, quorum pater Cyrenij temporibus Iudæam conturbauerat. Huic Tiberio Alexandro ſufficitur Cumanus quidam homo truculentus & auarus, ſub hoc præſide in Azymorum turbatione triginta millia hominum ſeſe conculcarũt, in exitu portarų tẽpli. Porro Claudius Cæſar anno regni ſui octauo, Agrippæ iuniori donat Chalcidis regnum, quod hucuſq; tenuerat Herodes quidã Agrippæ iunioris patruus, Agrippæ uidelicet Priſci frater, qui iam exceſſerat è uiuis. Idẽ Claudius anno regni ſui decimo Chalcidẽ Agrippæ iuniori rurſus adimit ac pro ea reddit Tetrarchiã Philippi & bonã partem Tetrarchiæ Lyſaniæ, atq; ab hoc decimo aut undecimo Claudij anno ſupputandũ eſt initiũ regni Agrippæ. Circa hoc tempus miſit Claudius Cumano ſucceſſorẽ, qui in Iudæa ea gubernaret, quæ nondum ceſſerant iuniori Agrippæ. Miſit aũt Fœlicem Pallantis fratrẽ, qui Fœlix Aegyptij magi ſeditionẽ cõpeſcuit. Hic Fœlix à Iudæis accuſatus eſt ideoq; Nero ſuccedens Claudio ipſum amouit. Ille Agrippæ regi donauit partem quandam Galileæ Tiberiadis & Iuliadẽ ciuitatem. Nero aũt pro fœlice miſit Portiũ Feſtum, ante cuius Tribunal S. Paulus, ſub Fœlice captus, cauſam ſuã egit & ad Cęſarem ad quem appellarat miſſus eſt. Hic mortuo Feſto in Iudæa ſubmiſit Albinũ, ſceleratũ hominem & rapaciſſimum, qui diſcedẽs ſucceſſorem habuit Ceſtiũ florum qui etiã Geſſius florus dicitur, Hic malitia ſuperauit Albinum & contra Iudęos ſatis infœliciter pugnauit. Anno Neronis decimo tertio, die Nouembris octauo, quocirca Nero Veſpaſianũ inſtructum legionibus mittit in Iudęã, qui rebelliũ frangeret contumaciã. Hic cõtra Iudæos proficiſcitur circa ultimi, hoc eſt decimi quarti añi Neronis principiũ, captaq; Galilæa & uaſtatis igni & ferro omnib. ipſe etiã Hieroſolymorũ urbi imminet & graui obſidione ſacrilegos Iudæos acriter præmebat, In qua obſidione eligitur ab exercitu Veſpaſianus Imperator & ſalutatur Cæſar Auguſtus, Bellum ergo Tito filio imponit & ipſe Romam contendit, Vitelliumq; & Vitellianas copias diſſipat & extinguit, Titus interea urbem grauiſſima obſidione cinctam præmit, fatigat, fame conficit, tandemq; captam & direptam incendit, decima nempe die Auguſti, quo antea quoq; à Babylonijs templum à Salomone extructum, fuit inflammatum, Herodianum nunc quoq; ſub initium ſecundi anni Imperij Veſpaſiani concrematur, urbemq; funditus eruerunt, ut uidentes uix habitatam crederent exceptis tribus turribus. Hoc excidium incidit in annum à natiuitate Domini ſeptuageſimum tertium, à Domini paſſione quadrageſimum, à Condito mundo quater milleſimum quinquageſimum ſeptimum, A reſtaurato item poſt captiuitatem templo ſexingenteſimum quinquageſimum annum, ab Herodiano autem extructo circiter Octuageſimum ſextum: Ita tandem cœcidit Herodianum regnum, cum ab ea gente regnatum eſſet annis circiter centum & quatuor.

HORVM OMNIVM CANDIDE LECTOR ACcipias tabulam in uſum tuum tranſcriptam, & huc collatam ſalua cuiq; ſua computandi ratione.

Auguſti Cæſaris Anni.	*Ab Actiaca Victoria.*	*Chriſti Ieſu Anni.*	*Herodis Magni Aſcalonitæ & Infanticidæ Anni.*		
42	28	1	32		
43	29	2	33		
44	30	3	34		
45	31	4	35		
46	32	5	36		
47	33	6	37	Anni	Anni
48	34	7	Archelaus.	Herod: Antip:	Philip: & Lyſaniæ.
49	35	8	2	2	2
50	36	9	3	3	3
51	37	10	4	4	4
52	38	11	5	5	5
53	39	12	6	6	6
54	40	13	7	7	7
55	41	14	8	8	8
56	42	15	9 Cyrenius & p̄fe-ꝺti Romanorũ.	9	9
Tiberius.		16	Copinius.	10	10
2		17		11	11
3		18	MARCVS.	12	12
4		19		13	13
5		20	Annius Rufus.	14	14
6		21		15	15
7		22	Val: Gratus.	16	16
8		23		17	17
9		24		18	18

Tiberius.	A paſsione Domini.	Chriſti Ieſu Anni.	Præfecti Romanorum.	Anni Hero:Ant:	Anni Philipp: & Lyſaniæ.		
10		25		19	19		
11		26		20	20		
12		27		21	21		
13		28		22	22		
14		29	Pontius Pilatus.	23	23		
15		30	Initium Euang: Chriſti	24	24		
16		31		25	25		
17		32		26	26		
18		33	Crux Chriſti.	27	27	Anni Cōuerſionis Pauli.	
19	1	34	Samaria recipit Chriſtū.	28	28	1	Abit in Arabiam.
20	2	35	Philippus conuertit principem Aethiopicum	29	29	2	
21	3	36	Syrię & phœnicię à diſperſis prædicatur Euangelium.	30	30	3	
22	4	37		31	31	4	Redit ex Arabia, Venit Hieroſol: abit in Ciliciam
23	5	38	Pet. uenit Lyd- MARCELLVS dā uocatur Ceſareā & cauſam	32	Agrip: Priſc: Princeps.	5	
CAIVS Caligula.	6	39	reddit expoſtulantibus cum eo Hiero. PVB: PETRON	33	1	6	Antio: in Syria cōuenitur et Apoſtoli eò mitunt Barnab:
2	7	40	Petrus Antiochiæ a Paulo increpatur à Barnaba ex Tarſo addu-	34	2	7	
3	8	41	cto. Paul: & Barnabas ſubſidium Romam perferunt.	35	3	8	Paul: & Bar: mittuntur ab Antiochenis ad Gentes.
4	9	42		36	Agrip: datur Galilæa.	9	His ānis cōuertūtur Cyprus Pamphi: Piſidia, Lycaonia.
Claudius	10	43	Agrip: datur etiā Iudęa	2	5	10	
2	11	44	2	3	6	11	
3	12	45	3	4	7	12	
4	13	46	Agrippa mortuo rurſum mittūtur a Roma: præſides atq; præfectura ſublata rurſum re-			13	Paul: & Barnab: Redeunt Antiochiam.
5	14	47	paratur. CVSPIVS FADVS.			14	
6	15	48				15	Pau: & Bar: p Phœni: & Samariā in Syn: Hier: pergūt
7	17	49	Tiberius Alexander.			16	Redeūt Antiochiā & Paul: Cyliciam & Lycaoniam.
8	18	50				17	Conuertūtur Phrygia, Gal: Myſia, Philippi, Apolonia,
9	19	51				18	Amphipol: Theſſal: Athenæ Venit Corinthum.

Claudij Cæſ: Anni.	A Paßione Domini.	Chriſti Ieſu Anni.	Præfecti Romanorum.	Agrippæ Iuniori dantur Tetrarchiæ Philippi & Lyſan:		Conuerſionis Pauli.	
10	19	52	Cumanus.		1	19	Hier:nauigat,inde redit An:10:inuiſit Gal:Phry:
11	20	53			2	20	Venit Epheſum.
12	21	54	Fœlix.		3	21	
13	22	55			4	22	Trãſfretat in Græ,capitur à Iud:liberatur à Ly
14	23	56			5	23	ſia Trib:ac mittitur Fœ: Cæſ:exegit ſub fœlice 2.
NERO	24	57	Portius feſtus circa Maium.	Agrippa accipit & bonã Galileæ partem.	6	24	Pau:corã feſto agit cauſã et poſt corã eodẽ et Agr:
2	25	58		2	7	25	mittitur Ro:illuc uenit ſecũdo Nero: Año bienni=
3	26	59		3	8	26	um fuit in libera cuſtodia Et bis ſua cau:acta liber:
4	27	60	ALBINVS.	4	9	27	Occidenti Paulus prædicat Chriſtum.
5	28	61		5	10	28	
6	29	62		6	11	29	
7	30	63		7	12	30	
8	31	64		8	13	31	
9	32	65	Ceſtius Florus. Hic infœliciter pugnauit cõtra rebelles Iu=	9	14	32	
10	33	66	dæos.	10	15	33	Initium perſecutionis Chriſtianorũ à Romanis:
11	34	67		11	16	34	
12	35	68		12	17	35	
13	36	69		13	18	36	
14	37	70	Veſpaſianus mittitur.	14	19	37	Paulus Vltimo Neronis Año Romæ gladio obtrũ
Otto & reliqui.	38	71	Bellũ in Galilæa feruet.	15	20		catur cum prædicaſſet Chriſtum annos circi=
Veſpaſia:	39	72	Vaſtatur Iudæa obſidetur Hieroſolyma.	16	21		ter triginta & ſeptem.
2	40	73	Capitur & funditus deſtruitur & excinditur Hieroſolyma.				

Tiberius

IMPERII ROMANI
Imperatores & anni.



1. OCTAVI.AVG.
15.
2. Tiberius.
23.
3. C.Caligula.
4.
4. Claudius.
14.
5. Nero
14.
6. Galba
7. Otto
8. Vitellius.
1.
9. Veſpaſianus.
10.
10. Titus
2.
11. Domitianus.
16.
12. Nerua.
1. 100.

Tiberius Germanica cum Druſo fratre uictoria,& matris opera Octauio uitrico ſubrogatus, diſſimulantis ingenij uir,eloquentia grauis,& in exigēdo ita moderatus, ut cenſum augere ſuadenti, reſponderet, gregem tondi, non expilari licere. Pilato referente,Chriſtum inter deos dum coli,Chriſtianos,eorumq́ dogma ſeruari uellet. Senatus in ſuam necem reſtitit, ueneficus ipſe, ueneno ſe ipſe anno uitæ octuageſimo peremit.

Eius tum nepote Caio Caligula Imperatore literato quidem, ſed literatis infeſto,crudeli,uenefico, auaro, inceſtuoſo, atq; blaſphemo, à ſatellitibus ſuis anno ætatis ſuæ viceſimo quinto cum uxore gemmata,filiaq́ triginta uulneribus interfecto.

Patruus eius Claudius Imperio ſuſcepto,cum, ne Cæſares una cum Imperio abrogarentur,uix impetraſſet,domitis Britannis, & Orchadibus inſulis, Iudæis item Triginta millibus azymorum die cæde pacatis, ac Roma proſcriptis, Fucino lacu maxima impenſa ſiccato, ab Agrippina Germanici fratris ſui filia, quam, occiſa Meſſalina fœmina impudentiſſ. uxorem duxerat. Quatenus illa Neronem filium, Cl. generum, & adoptione Britannico filio prælatum, promoueret uenenatis boletis eſt ablatus. *Iudæorū clades.*

Hoc autem matris ſcelere imperium adeptus Nero,ex bono,& ad omne artis genus idoneo, quinquennio bene tranſacto,Cæſarum omnium euaſit ſceleratiſſimus. Imperator turpiſſimus,literatus hiſtrio, eius æmulatione hiſtrionibus Italia expulſis,citharedus, atq; ſacrilegus magus,Profecto digniſſimus,ut,qui contemptis dijs,incenſaq́ patria,patribus,Matri, Præceptori,ac Imperatorum primus,prima perſecutione mota, Chriſti ſanctis uitam pro luxu rapuerat, ſuam etiam ipſe ſibi tolleret, unaq́ omne Cæſarum genus cum omni eiuſdem gloria deleret. Quod tum factum eſt,quādo meritas ad furcas quęſitus, anno uitæ Triceſimo ſecundo ſe confodit. Cæſarum igitur Principatu ſicuti cædibus auſpicato, ita & extincto. *Cæſaris deleta ſtirps.*

Sergius Galba uetuſtæ nobilitatis ſenator,iure,belliq́ peritus,& dux ſtrenuus,annos natus Septuaginta tribus ab Hiſpanis & Gallis imperator adpellatus.

Othonis Syluiorum ſtirpe quidem nobilis, ſed Neroniana conuerſatione mollis uiri inſidijs eſt occiſus.

Et hic tum ab Aulo Vitellio Germanorum, quibus præſidebat,ſuffragio uictus, ſe necauit. Quo tumultu, Cecinna prædabundus Vitellianorum dux, alpes in Italiam tranſiturus,importuna occaſione,Heluetios liberos imperij ſtipendiatos,ex improuiſo cruenta cæde adfecit, atq; maximam captorum multitudinem pecorum more diuendidit.Et Auenticum gentis caput,euerſurus Claudij Coſſi precibus,& lachrymis placatus,abſtituit. Vitellius autem in omnium nequitiam, ſæuitiā,& ingluuiem *A Cecinna Heluetij cæſi.* *Auenticū captum.*

prolapſus, ubi, ¶ Veſpaſianum in Iudæa Neronis iuſſu bellantem, imperatorem ſalutari cognouit, Arrepto in Flauianos tumultu, tum eodem Sabino modeſtiſſ: Veſpa: fratre cum ſuis Capitolio incenſo, concremato, à Veſpaſia: Ducibus quinquaginta millium cæde captus, flagris excarnatus, probroſeq; per cœnum in Tyberim tractus, occubuit.



Hinc VESPASIANVS Flauij Sabini, eius, qui apud Heluetios fœnus exercuit, & ibidem uitam clauſit. Auentico inde reor, nobilitato filius matre quam patre clarior, factis autem uirtuteque clariſſi. & ſolus omnium imperio moderatior effectus, Germanis atque Britannis triginta conflictibus, ac Iudæis edomitis, imperium adeptus, collapſam rempublicam reparauit. De Hieroſolyma Quæ cum gente, Ceſtij Flori præfecti tyrannide, auaritiaq;, tum ſacerdotum impietate uexata, rebellionis Azymorum die obſeſſa, Qua purificatorum epulatorum uicies Centena ac ſeptingentena millia, ex oblatis ducentis quinquaginta ſex millibus & quingentis hoſtijs, æſtimata, Ioſepho numerante, cōcluſa ſunt. Per Titum filium cum omnium miſerrima populi clade, ſcilicet vndecies centenis millibus interfectis, ac centenis millibus diuenditis, ſic exciſa, ut uix unquam habitata crederetur, anno imperij ſecundo cum filio triumphauit. Euerſa, atq; prædixerat Ieſus, Vrbe ſancta, per reliquas ciuitates in Iudæos ita ſæuitum eſt, ut Antiochiæ dies ſeptem igne, ferroq; conficerentur. Qua crudelitate, Maſſadenſas, Ionathæ Machabæi opus, obſeſſi, mutuo ferro, & igne cum uxoribus, & liberis ſeſe conſumpſere. Lupus Alexandriæ rector, Cæſaris iuſſu, Onion, ab Onia ſancto Pon: à factioſis Sacerdotibus pulſo, in Aegypto dono Regis, conditum oppidum, & inſigne templum, ablatis donarijs, occluſit. Cæſ: præterea Liberio Maximo procuratori Iudæam tradidit uenundandam, Atq; Iudæis ubilibet ſub imperio Romano degentibus, drachmas duas, quas quotannis Hieroſolymitano templo debebant, Capitolio Ro: inferri præcepit. Inde poſt beneficum patrem, amor, & humani generis delitiæ Titus imperio potitus, id omni uirtutis induſtria moderari tantopere ſtuduit, ut qui neminem ab ſe triſtem dimiſerit, diemq;, in quo nemini beneficium contuliſſet, perdidiſſe doleret, optimo iure poſt immeritam mortem inter perpetuos Deos locum meruit. Ex aduerſa autem, miraq; unius ſtirpis uiciſſitudine Domitianus homo literatus quidem, & bibliothecæ reſtaurator, ſed à patre, fratreq; degener, adeo ſenſim in uitio corruit, ut Caligula Neroneq; nihilo melior, primus Imperatorum Domini, & Dei adpellationem, ab Auguſto Maximo Principe declinatam, ſibi arrogaret inſolentiſſ: Quam ob in Mathematicos, in Philoſophos, in Dauidis progeniem à patre ſeruari iuſſam, atq; ſecundum in Chriſtianos deſæuiens, homo uaniſſ: ſegnis, ac muſcis duntaxat ſpiculandis occupatus, in cubiculo à ſuis interfectus anno ætatis ſuæ Triceſimo ſexto omne Flauij generis decus, Veſpillonibus ſepeliendum reliquit.

Hieroſolymorum maxima Iudæorū clade deuaſtatio.

Liberius

Domitianus literatus.

Flauij deleti.

Tum Cocceius Nerua annos natus ſexaginta quinq; uir & priuatim, & publice bonus, Ciues, & amicos uſque ad propriorum etiam bonorum auctionem iuuare ſolitus, impia Domitiani acta reſcidit. Seruorum in Dominos criminationes edicto cohibuit. A Senio ſuo curandæ Rei Pub: proſpecturus Marcum Vlpium Traianum gente

Neruæ lex.

Hyſpanum

Hyſpanum.Germaniæ præfectum,armis, literis,& moribus excellentem,ſolius uirtutis,ac patriæ utilitatis,nec ullo cognationis adfectu,traditis ei imperij ſignis, adoptauit. Tunc,Nerua Dijs adnumerato, Roma primo externum Principem ſuſcepit, dictante illo,non genus,aut patriam,ſed hominis uirtutem intueri oportere. *Primus externus Romanorum Imperator.*

Traianus ergo ſingulare Auguſtalis maieſtatis exemplum, Imperio, innumerarum gentium uictorijs, ſumma uirtute, Fatis ultra negantibus, ad Indos terminum poſuit Tygridem,tantaq; id moderatione continuit, ut Senatus quem Patris uice colebat,decreto, primus Optimi cognomen retulerit, utq; poſt hac principibus in uoto ſit adclamatum, ſit fœlicior Auguſto, & melior Traiano. Chriſtianos,ſed intercedente literatiſſ. Plinio ſecundo,mitius eſt inſectatus, mandans non requirendos, ſed repertos puniri. Iudæos autem Cyrenem habitantes, Qui, ob eius ex Aſia receſſum,propter in ualetudinem ueneni ſuſpectam, acceleratum, atrociſſimo furore, cædibus,horrendisq; cruciatibus ſupra ducenta millia Romanorum, atq; Græcorum abſq; ullo diſcrimine trucidarant,atq; ſimilem cladem Aegyptijs, item & Cyprijs, occiſis in ea inſula circiter ducentis quadraginta millibus intulerant, Lutio Duce ferro compeſcuit. Eo demum primo, ac ſolo principum intra urbem in ſui nominis foro, inſigni monumento ſepulto,inq; diuorum numerum relato. *Imperij limites.* *Iudæorũ facinus et cædes.*

Imperium Pub: Aelio Adriano per ſurreptitam Plotinæ Imperatricis adoptione ceſſit. Is gente Apher, Syriæ tunc præſes, moribus, ingenioq; uarius,omnium ſtudijs artium ſuapte natura, ad inuidiam, ſi ſuperaretur,deditus adeo,ut iactaret ſe nihil eorum ignorare,quæ,uel in pace, uel in bello, ſiue ad regem,ſiue ad priuatum pertinerent. Traianæ gloriæ æmulus imperij terminum à Tygride ad Eufratem retraxit. Germanis ducentorum annorum bello magis triumphatis, quam uictis regem dedit. Iudæos iterum tumultuantes, per Iulium Seuerum Quingentis millibus cæſis, A rcibus quinquaginta, Vicisq; Noningentis octoginta quinq; fame,ferro,& igne deuaſtatis,extrema oppreſſione pacauit. Euerſam Hieroſolymam eiectis Iudæis,& admiſſis Chriſtianis Aeliæ nomine ſuo reſtaurari iuſſit. *Rex Germanis datus.*

Vbi ſedecimus,& ex gentibus primus Epiſcopatum obtinuit Marcus. Chriſtianos,non pro Chriſti confeſſione, ſed criminis conuictos puniendos, edixit, edicto poſtea ab An:Pio confirmato,pacis amans, bellum uel mouit nullum,uel motum obiter ſedauit,nec minus in officio milites retinuit. Non patiebatur à ſe peti, ſed ſponte procognita neceſſitate faciebat omnia. Correctionis & admonitionis, raro principum exemplo, uel ab infimo patiens, impatiente tamen morbo conſumptus, ob impias cædes à Deorum numero ſecluſus, in Domitiæ hortis pro ſepulchro templum, nunc Pontificum Arx, Antonini pietate dedicatum habuit. *Hieroſolyma reſtaurata.*

Hinc Titus Antoninus ſpectatam ob pietatem cognomine pius, ex paterno auo Nemauſenſis Gallus ab Adriano cum Vero adoptatus,uir omnium uirtutis genere præditus,ac recte Numæ comparandus,cuius fœlicitatem, pietatem, ſecuritatem, atq; cerimonias obtinuit ſemper. Cumq; pacem ſemper amaret, tantæ authoritatis apud omnes eſt habitus, ut omnia omnes tanquam ſua curarent,cunctæq; tum florerent prouinciæ.Imperio fœlix,ſolus omniũ prope Principum, quoad in ſe fuit, abſq; ciuili,hoſtiliq; ſanguine,uitam cum omni honorum genere tranſmiſit in Deos.

Succedente genero Marco annio Vero cum fratre Lutio Vero adoptato, Vere Vero etiã ab Adriano adpellato, Siquidẽ is immutabili uultu apud Platonẽ in omni uita phyloſophatus, dijs uita, morteq; coniunctus,ſanctitate Principes facile omneis antecelluit,adeo,ut ſacrilegus haberet̃,qui defuncti imaginẽ dominõ coleret. Multarũ deniq; ferociſſ:gentiũ uictor, Chriſtianorũ militũ,prece, fulmina,Marcomãnis

hoſtibus,ſuis uero ſitientibus pluuiam impetrauit,perſecutione Chriſtianis indemi-
tigata. Seleutiam quadringentorum millium hoſtium urbem cœpit. De Parthis
cum fratre Lutio ad imperij conſortium aſcito, Qua primum bini æquo iure impera-
Auguſti bini. runt Auguſti,triumphauit. Auaritiam abhorruit adeo,ut deficientibus ærarij ſtipen
dijs,ne quenquam extra ordinem exactione grauaret,imperialia & ſua, & uxoris or-
namenta per auctionē uendiderit, nihil poſtea redemptionē negantibus indignatus.
Poſtremum,hoc ſolum patriæ nocuit princeps optimus,quod filium ſe patre indig
num reliquit peſſimum Lu. An. Commodum Tyrannum omnibus omnium incom-
modiſſimum, Caligula,Neroneq; impuriorem,Domitioq; ſeueriorem,humani gene
ris hoſtem iudicatum,digniſſime tum à meretrice ſtrangulo in inferos præcipitatum.
Euecto ad imperium Heluio Pertinace ſeptuagenario maiore,ruri nato, multis
tropheis ad Vrbis præfecturam deducto, ſed militibus ob illiberalitatem, diſcipli-
næq; aſperitatem ingrato, atq; ob id mox à Prætorianis occiſo.
Imperio tum à Didio Iuliano, Prætorianis id licitantibus,emercato.Sed cum is po
llicitis non ſtetiſſet,ciuili tumultu oppreſſus, amiſſa fide.
Id Illyricarum legionum præfecto Septimo Seuero Pertinacis uindici ceſſit. Atq;
Militibus imperatores necandi & imperium uendendi facta poteſtas. ſic nunc primum militari ſacramento corrupto,fideq; uiolata, cū imperatores necan-
di, tum imperium uenundandi militibus eſt facta poteſtas.

IMPERII ROMANI *imperatores & anni.*

13.	Traianus.	19.
12.	Adrianus.	21.
15	Antoninus.	22.
16.	An: Verus.	19.
17	An: Commodus.	13.
18.	Pertinax.	
19.	Iulianus.	1.
20.	Seuerus.	20.
21.	Baſſianus.	6.
22.	Macrinus.	1.
23.	Heliogabalus.	2.
22.	Alexander.	13.

Princeps non deridendus.

Seuerus autem id ex moribus nomen ſortitus,ingenio
genteq; Pœnus,& literarum,& armorum doctus,trium-
phis Parthicus,Arabicus,& Adiabenicus eſt adpellatus.
Iudæos atq; Chriſtianos fieri noluit, hos quintum perſe-
quens, graui ſociorum defectione circumuentus, In Bri-
tannia ſeuera confectus podagra. Corpus Romam,& im
perium ad filium eſt delatum. Duos nempe reliquit ille
filios, ut ditiſſ:ita & turpiſſimos. Vt ferè ſit obſeruatum,
ſummos uiros,aut ſine liberis mori,aut tales relinquere,
ut ſatius fuerit nullos habere.

An. Baſſianus à ueſtitu Caracalla. Seueri patris ſeue-
ritatem ſuperaturus, Getam fratrem in matris gremio
necauit. Paternos atq; fraternos amicos,& neceſſarios ab
ſtulit. Alexandrinos, quam graue ſit irridere Principem,
exemplo dedit tanta cæde, ut riui ſanguinis in Nilum
media planitie deflexerint. Parthos item ut cruēte, ſic ig
nominioſe fudit.

Sic is cruente, flagitioſeque imperans, ab Opilio Ma-
crino monſtro ſe longe flagitioſiore peremptus eſt. Et
hic, cum diadumeno filio in militari tumultu à M. An:
113, Aug: Heliogabalo Baſſiani filio, non homine, ſed mon-
ſtro turpiſſimo,non uiro,ſed fœmina probroſiſſima eſt in
terfectus. Hic uero dum obſcœnitatis intermitteret nil,
ac dignitates omneis uel quolibet obſcœniſſimo pollue-
ret, una cum concubina matre, contra omnium morem
Senatrice, in Tyberim clocaas tractus pro Antonio Ty-
berinus eſt adpellatus.

Hinc monſtroſi reformator imperij Aurelius Alexan
der Heliogabali conſobrinus, Arcene in Syria ex matre
Chriſtiana,prudente quidem ſed auara natus, uirtute lon
ge quam ætate maior, doctiſſimorum uirorum, quibus
aſſidue

Con: Imperatores & anni.



25. Maximinus. 3.
26. Gordianus. 6.
27. Philippus 1. 5.
28. Detius. 3.
39. Gallus. Toluſianus. 2.
30. Valerianus. Galienus. 15.
31. Claudius ij. 2.
32. Aurelianus 5.
33. Tacitus. 1.
32. Probus. 6.
35. Charus. 2.
36. Dioclitianus. 20.
37. Galerius. 2.

aſſiduc utebatur,& honores tribuebat,opera,correcta legum diſciplina,prophanatam monſtris imperij maieſtatem reſtituit. Chriſtianos eſſe patiebatur. Iudæis priuilegia ſeruauit. Tãtæ humilitatis extitit,ut pompas,blandimenta, ac uenerationis geſtus indignanter repudiarit. Tantæ prudentiæ, atqꝫ iuſtitiæ, ut nemo de illata ab eo fraude, iniuriaue queſtus ſit unquam. Illud Chriſti in Elogio habens: Quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Nullum abſqꝫ iuris edicto cruorem fudit, Fumo Fumiuendos extinxit. Militaris poſtremum diſciplinæ tantus obſeruator,ut cum aſſereret per omnia maiorum inſtitutis R. P: retineri eiſqꝫ collapſis, & nomen, & imperium amitti. Tum Artaxerxe Perſarum rege, peditum Centum & Viginti millium Equitumqꝫ decem millium catafractorum cæde,uicto, Germanis quoqꝫ pacatis, dum integrans aliquot exauctoraſſet legiones, Seuerus adpallatus,anno recentis ętatis Viceſimo nono cum matre apud Moguntiam tumultuaria Maximi ducis cęde fuerit in deos relatus. *Perſarũ ſtrages.*

Maximino tum giganteæ proceritatis, atqꝫ uoracitatis barbaro Tharce, Germanorum, item & ſextũ Chriſtianorum ſæuo carnifice, ex paſtore milite, ex milite Duce, tumultuantibus, perfidisqꝫ à militibus Imperatore proclamato, S: P: Q: R: iſtius impatiens, Gordiano ſeniore gente Græco tunc Aphricæ prætore, poſt interfectum à Maximinis Gor: filium,anno ætatis octogeſimo ſua pte manu ſtrangulato, Pupienum Balbinum & Gordianum qui iſtum Phalaridem, Buſyridem, Typhontem, atqꝫ Cyclopem uocitatum, hoſtem iudicatum, principatu deturbarent,principes legit. Eo itaqꝫ cum filio apud Aquilegiam,à militibus ſuis occiſo, tum proxime Pupieno Balbinoque militum ſeditione peremptis, Gordianus iij. annorum ſedecim duobus Auguſtis Gordianis ſuperſtes,poſtquã de Gothis, Sarmatis,& Parthis triumphauit. Bibliothecam ſexaginta duorum millium uoluminum comparauit,nobilis ille, ignobilis Philippi Arrabis prætorij præfecti dolo,factioneqꝫ nequiter eſt occiſus. Is autem, aſcito ſui nominis filio, imperans,cum diui Fabiani Pon: opera, primus Ro: Imperatorum, Chriſtum confiteretur, à Detio cum filio bello uictus, occubuit. *Gordiani Bibliotheca.*

Detius Pannon, dux occiſo Domino ſuo. Septimum ſæue Chriſtianos diſcerpens, à Gothis cum ſui nominis filio Cæſ: ita ut ſui nil reliquum fuerit,in pugna diſcerptus eſt.

Vibio Gallo ſubinde cum Voluſiano filio imperante, Imperij inuaſores Triginta circiter cucurrere Tyranni.
307. Hij ergo cum Aemiliano in Myſia noua moliente, congreſſi, concidere. *Imperij à Tyrãnis inuaſio*

Tum Licinius Valerianus aſcito Gallieno filio Cęſare

exitioſo

exitioſo pene, & infauſto Imperio ſuſcepto, deletis magna parte tyrannis, in Chriſtia
nos ante dilectos, magorum, & hæreticorum ſuggeſtu, octauum deſæuiens, aduerſus
Perſas bello uictus, anno imperij ſui ſexto, Vir nobilis & eruditus Sapori regi ſcabel-
lũ cæcum factus, ſumma tum ſui, tum imperij cũ ignominia uitam in cathenis exegit.
Intærea Gothi Aſiam, Grætiam, Macedoniam & Pontum: Perſæ Capadotiam, Syri-
am, & Cilitiam: Parthi Meſopotamiam & Syriam: Quadi & Sarmatæ Pannonias:
Germani autem Italiam, Galliam & Hiſpaniam hoſtili ferro peruagarunt.

Imperij à Barbaris diſtractio.

Sed Gallienus tãtis obnoxius malis, Chriſtianis pace data, Odenato Palmirenorũ
rege Orientis, atq; Poſthumio Occidentis Imperium ſtrenue tutantibus, poſthabita
R: P: uoluptatibus uacans, indeq; non ſolum à uiris, ſed etiam à fœminis ob ignaui
am contemptus, Mediolani cum fratre Valeriano Auguſto, trucidatur, Homo ſimul
ſæuus, & ad luxuriam magis, quam ad imperium natus, iniquiſſ: Imò, qui nullo neq;
uenerandi Patris, neq; tanti imperij dedecore, damnoq; mouebatur.

Claudius ij. gente Dalmata, uir illuſtris, & ab omnibus amatus, cui ad optimi prin
cipis deſiderium ſola obfuit imperij breuitas, ad occupatum à barbaris imperium
ſuſceptus, de Gotthis Trecentis Viginti millibus cæſis, uel captis, & duobus mil-
libus nauibus demerſis, triumphauit. Alemannorum ducenta millia ad Luganum
fudit. Eo uita defuncto, nec non & Quintilio ſuo, & natura, & uirtute fratre Viceſi-
mo ſeptimo Imperij ſui die à ſeditioſis militibus occiſo.

Gothorũ & Alemannorum ſtrages.

Valerius Aurelianus Dalmata non tam genere, quam factis præſtans, æquitum
magiſter, tum Imperator magis neceſſarius quam bonus, omnis inertiæ, & otij mini-
me patiens, imperium reſtituit, uicta de Zenobia pudicia, literis, & armis illuſtri Pal-
mirenorum Regina, quæ ſublato marito, Perſarum uictore Odenato, Orienti impe
rabat. Victis quoque multis nationibus de Gothis, Gallis, Francis Gallorum inuaſo
ribus, & Alemannis innumera Barbarorũ cæde, triumphauit. in Chriſtianos nonum
cruce prolata, ſæuus ipſe natura fulmine tactus, apud Heracleam in Deos ab occiſo-
ribus eſt relatus. Hinc proxime Tacito ſene modeſtiſſ: & ſancto, qui imperare coactus
nec priuatam mutauit ueſtem, nec uxorem gemmis uti paſſus eſt, Atq; mox Floriano
fratre à militibus interfecto.

Valerius probus Pannon: Imperator adeo ualens, & Probus, tu ualentiſſ: opti-
moq; cuiuis ſuperioris ætatis imperatori, ſi non præſtantior, par tamen cenſeri poſſit.
Qui ſcilicet, ſi uita conceſſiſſet, uniuerſum Imperij Rom: orbem, quem citius annis
pene totum armis peruaſerat, cum à Tyrannis & barbaris, tum & à militum neceſſi-
tate liberaſſet. Orientem quippe ſic pacauit, ut ne muſculus quidem rebellaret. Gal-
lis, quos, & Pannones uineis donauit, liberatis nouem Germanorum, ac reliquorum
Barbarorum reges quadringentorum milliũ cæde, ſupplices ad pedes eius proſtratos
habuit. Vrbes illorum ſeptuaginta uindicauit. Ex Trecentis & Viginti Ro: trium-
phis ultimum ipſe de plemijs egit. Eo tum, militum, quibus per hyberna enertuans
negabat ocium, ſcelere perempto.

Imperiũ reſtitutũ.

Carus Narbonenſis, integer, & charus omnibus cũ Numeriano bono, & Carino
prauo filijs Imperans, ſubactis Perſis, & ad Tygrim tum poſitis caſtris, fulminis ictu,
atq; ſubinde Numerianus Apri, ſoceri ſui facinore, tum Carinus corruptus, & nemi-
ni charus Diocletiani manu ſunt extincti.

Hinc ille C: Aur: Diocletianus Dalmata ſcribæ filius, uir ſtrenuus, & gloriabũdus
omnium conſenſu, tãq; iuſtus Numeriani uindex, Imperator dictus, urgentibus Ty-
rannis, Maximianum Herculium agreſtis generis trucem Pannonem, ſuum commili
tonem ex Cæſ: Auguſtum Occidenti præfecit.

Diocletianus ſcribæ filius.

Maximinũ Gallerum Dacum ex paſtore militem generum ſuum contra Perſas &
Conſtantiũ Cl: Imp: ſtirpe, uirtuteq; clarum Dalmatiæ præfectum, Herculij primo,
ſecundo

ſecundo uero Coelis Britanniæ regis generum Galliæ, Britanniæcꝫ tuendæ Cæſ: fecit, Quorum, ſuacꝫ militia uniuerſo imperio recuperato; atcꝫ pacato, Primus ipſe Ro: Principum, introducta regiæ conſuetudinis forma, à Ro: deinceps Pon: obſeruata, gemmata, purpura, gemmatiſcꝫ calceis ueſtiri, pedes oſculari, & adorari uoluit.

Decima Chriſtianorum perſecutio.

Hinc ad ſuorum Deorum obſequium, anno Imp: ſui decimo nono edicto per totum imperium in Paſcatis die publicato, Chriſtianos decimum, annos decem ſæuiſſ: omniũ perſequi, Eccleſias eorum euerti, ſacros libros comburi, ſacerdotes & magiſtratus infames haberi, omnes ad gentium ritum cogi, uel interimi præcepit. Hac uero ſæuitia per orbem cõcitata, mirabili morum uerſione, ſolus Imper: Ro: idem faciente Herculio, in priuatum ſe redegit. Salone plantandis oleribus delectatus, ex priuato ſolus à ueneni morte dijs eſt numeratus Tũ Galerius Narſæi Perſarum Reges triumphator, ſolus imperans, Conſtantio Auguſti nomine, Galliæ, Britanniæcꝫ regnis contento, Maximinũ cruentum, Orienti, & Sæuero perempto, Licinium cruentiorem Occidenti Cæſ: dedit, inde morbi quo perijt, atrocitate, humanæ miſerationis admonitus, adſenſu mitis Conſtantij, contra Chriſtianos edictũ ſuſtulit, à Maximino æneis tabulis reſtitutum, & à Licinio immanitate grauatum.

PONTIFICATVS ROMANI ſucceſſus.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



32. Siluester 1.

22.

35. Marcus.

3.

Syluester 1. Ro: Venerandus uir, ab exilio reuocatus, Conſtantini M: ad Chriſtum cõuerſi, dono Auguſti, & operis, & cẽſus Eccleſijs, item, & pontificijs ornamentis, facultatibus atcꝫ priuilegijs acceptis, primus Ro: Pon: cum Pon: maieſtatem extulit, ambitioſo Niceæ decreto Occidenti, ut Alexandrinam Orienti, prefectam, Cardinales legit. Clericos à Laicis in prophanum forum trahi, uel eodem ullas agere cauſas uetuit. Chariſma ſolis Epiſcopis, & conſecrandum, & confirmandis, morituris uero per ſacerdotẽ, adminiſtrandum ſtatuit. Lineũ euchariſtiæ ſubſtrauit.

De Eccleſiarũ primatu.

Marcus Ro: Ro: Pont: Hoſtienſi Epiſcopo pallio donato, ſacrandum commiſit. Euſebij Cæſ: Epiſcopi Symbolum Myſſæ inſeruit. Claruere ſubinde Athanaſius, Hyeronymus, Ambroſius, Auguſtinus.

Iulius 1. Ro: pro Athanaſio aduerſus Arrianos conſtans, Protonotarios, Eccleſiæ conſcribendis rebus, inſtituit.

Liberius Ro: Arrianorum conſortio, cum Fœlice ſciſmaticus, primus à Ro: Pon: integritate receſſit. Sanxit tamen Epiſcopos nullam ob perſecutionem gregem deſerat.

Fœlix ij. Ro: Quod Conſtantium Imperatorem hæreticum declaraſſet, Liberio ab exilio reſtituto, martyrium pertulit. Fœlicem hũc, Ruffinus ait, proſcripto ab Imp: Liberio, ab Arrianis ſuffectũ, ordinationis, ſimul et ſectæ probrũ intuliſſe. Sub id tempus, Cyrillus magnæ doctrinæ Hieroſolimorũ Epiſcopus, ambitionis ab Acatio Ceſariẹ Metropolitano damnatus, primus contra Eccleſiaſticam regulam appellationis libellum, à Conſtantino Imp: admiſſum

Cyrilli ſucceſſus.

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



Chori inſtitutio.

36. Iulius 1.

16.

37. Liberius.

6.

Miſſa aucta.

38. Fœlix ij.

2.

29. Damaſus 1.

19.

Pelagius hæreticus.

40. Syritius.

16. 400.

41. Anaſtaſius 1.

3.

42. Innocentius 1.

15.

43. Soſimus.

1.

44. Bonifacius 1.

4.

admiſſum, protulit. Idem fame urgente, templi donaria in pauperum neceſſitatem diſtraxit. Qua ueſtis, à Con: M: donatæ, hiſtrioni diuenditæ cauſa, ab Acatio Epiſcopo Con: Imperatori, delatus, Epiſcopatu priuatus, à Theo. Imper: eſt reſtitutus. Hylarius Pictauienſis Epiſcopus ab exilio reuerſus, Gallos ab Arrio liberauit. Serapiō Aegyptius Anachorita, circiter 10000. Monachorum ita rexit, ut ex proprijs laboribus neceſſaria compararent, egeniſq; miniſtrarent. Monachum non laborantem, raptori æquiparauit.

Damaſus 1. Hiſpanus, doctus, deuictis ſciſmaticis, & falſis adulterij criminatorib: ſuis, Talionis ius adꝓbauit. Hieronymo doctore, pſallendi choros inſtituit, Epiſtolas & Euangelia Miſſæ indidit. Idem obſequia & ab martyrum ſepulchra, Vigiliarum cantum, Anthiochiæ hoc tempore per Flauianum, & Diodorū Laicos inchoatum. Item & ſecundam Synodum contra Macedonianos perperam de ſpiritu Sancto ſentientes Centum quinquaginta patrum Conſtantinopoli. Gratiani Imper: ſententia celebratam, acceptauit. Vbi Symbolum Nicenum Miſſæ inſertum eſt, & Conſtantinopol. Epiſcopus primatus ambitor ambitionis lege prius in Nicena Synodo admiſſa, à Romano ſecūdus eſt declaratus. Syritius Ro: Manichæos Roma proſcripſit. Antiphonas, Ambroſij Mediolanēſis Epiſcopi inſtituto, pſalterio miſcuit. Communicantes, & memorias miſſæ addidit. Mulieres à clericis, matrimonium à Diaconis, ordines à digamis excluſit. Sacros ordines per interualla ſolius Epiſcopi officio dandos, cenſuit. Doctus Auguſtinus, Ambroſio Doctore, Manichæum. reliquit.

Anaſtaſius 1. Ro: mutilatos, ac peregrinos, niſi dimiſſorio prolato, ſacris initiari prohibuit. Ad Euangelij lectionem adſurgere iuſſit.


Innocentius 1. Albanus. Ioannem Chryſoſtomum Conſtant. Epiſcopum, exulem damnare noluit. Nouatianos uero, & Pelagium gratiæ depreſſorem, in Britanniam fugatum, damnauit. Infamibus ſacerdotiū negauit. Sedem primam, Romanum ſcilicet, iudice exemit. Moribundos oleo ſacro inungi, & ſabbati diem ieiunari mādauit. Pacis oſculum in miſſa dedit. Romanum excidiū, uelut alter Loth, Rauennæ deuitauit.

Zoſimus Græ: Paſcale cereum ſacrauit ſeruis ſacerdotio, ſacerdotibus uero tabernis interdixit. Sub id tempus Pelagius abſq; gratia libero fidens arbitrio, originaleq; peccatum irritans, Charthagini ducentorum quatuordecim. Epiſcoporum Synodo damnatus eſt.

Bonifacius 1. Ro, ſciſmatico ſuperato, ſtatuit. Mulier ſacra non attingat, incenſum non adoleat. Obnoxius, aut errans, aut annis Triginta minor, ad ſacerdotium non admittatur.

Cœleſti-

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



25. Cœleſtinus 1.
9.
26. Xyſtus iij.
8.
27. Leo 1.
21.
28. Hilarius.
7.
29. Simplicius.
15.
30. Fœlix iij.
8.
31. Gelaſius 1.
5.
32. Anaſtaſius ij.
2.
33. Simachus.
16.

Cœleſtinus 1. Ro. Pſalterium Antiphonis interſtinxit, introitus, gradus, tractus, offertoria. Communiones, & orationes inſeruit Miſſæ. Clericos canonicarum inſtitutionum doctos eſſe uoluit. Scothos, atq; Britannos Palladio Epiſcopo doctore in uiam Chriſti reduxit. Neſtorium Conſtan: Epiſcopum, Mariam Dei Matrem, negantem, tertia ducentorum Epiſcoporum Synodo, Epheſi à Theo: Imper: indicta, damnatum, Mariam Dei genetricem adſeuerans, damnauit.

Neſtorius damnatus.

Xiſtus iij. Ro. Criminatore deuicto, Mariam maiorem dedicauit.

Leo 1. Tuſcus, uir, & doctrinæ & uitæ pręſtantia magnus Homiliarum declamator inſignis. Achephalos ſcriptis confutauit. In Calcedonenſi quarta principalia Sexcentorum Synodo, Martiano Principe, Cō: Euthichem Abbatem, de Chriſti natura perperam ſentientem, celebrata, omnium conſenſu ter ſanctus adclamatus, Eccleſiam ab hæreticis pene diſcerptam, reparauit. Sanctorum ſtatuis reuerentiam ſub anathematis nota decreuit. Secretæ Miſſæ, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam, addidit. Monialibus ante quadrageſimum probatæ caſtitatis annum uelum negauit. Eccleſias condidit, Cubicularios inſtituit. Sæuiſſimos Reges Athilam retrouertit, & Genſericum mitigauit.

Statuarū cultus, et Miſſæ ſacrificium adprobatus.

Hilarius Sardus ineruditos ad ſacerdotium recipi uetuit. Pontificibus ſucceſſoris ſubſtituendi, & Laicis inueſtiendi, poteſtatem abrogauit.

Simplitius Tiburtinus Vrbem quinq; Eccleſias diſtribuit, quarum prima Petri, ſecunda Pauli, tertia Laurētij, quarta Ioannis laterani, nunc Orbe prima, quinta Mariæ maioris. Tum Conſtantino Epiſcopo damnato, Eccleſiarum omnium primam Romanam eſſe declarauit. A Laicis Eccleſiaſticum beneficium recognoſci noluit.

Fœlix iij. Ro. Fœlicis presbyteri filius. Eccleſias ab Epiſcopis conſecrari, & accuſato reſponſionis indutias dari ſtatuit.

Gelaſius Apher Sanctitate, doctrina, & pauperum dilectione clarus, Manichęos, libris eorum combuſtis, proſcripſit, utriuſq; Teſtamenti libros, ac doctorum ſcripta, ab ambiguis Autentica ſeparauit, ordinum ſacrorum adminiſtrationem à menſe decembri, quatuor temporum, ſabbatis adtribuit. Epiſcopos ſexaginta ſeptem creauit. Canonem, & præfationes miſſæ, Proſas & Hymnos canticis miſcuit. Imperatore excommunicato, eundem excommunicari poſſe probauit, Sub eo, Gonoricus Sæuus Vandalorum Aphricę Rex. Arrianorum fauore infideles gladio, flammaq; ſæuiendo fatigatus, quatuor millibus nōingentis ſexaginta quinq; relegatis, Eccleſias, & bona Arrianis tradidit.

De ſcripturarū diſcretione.

512. Anaſtaſius ij. Ro. à Neſtorianis corruptus, uiſcerum

M egeſtus

egeſtu pœnas luit. ¶ Symmachus Sardus pauperum,& clericorum amator, & ſuſtentator, Eugenium fidelem Carthaginenſem Epiſcopum, cum ducentis & viginti, Epiſcopis à Tranſimundo Vandalorum Rege in Sardiniam proſcriptum, pie fouit. Schiſmaticis duobus proſcriptis, conſtituit, ut uiuente Pontifice, de futuri ſubrogatione præſumat nemo.

IMPERII ROMANI CONSTANTInopolitani ſucceſſus.

Coel Britanniæ rex.

IMPERII ROMANI
Con: Imperatores & anni.



Chriſti cultus imperatus.

38. Conſtantinus i.

31.

Conſtantinus ij.

39. Conſtans.

Imperij ſedes mutata.

Conſtantius.

22.

20. Iulianus.

2.

Conſtantinus Magnus Conſtantij Augusti ex Helena Coelis Britañiæ Regis nata filius, à patre anno Principatus ſui decimo ſexto Eboraci in deos relato, Cæſar Frācis, & Alemannis profligatis, ac Regibus eorū pro ſpectaculo beſtijs obiectis, Galliā ſubiectā habuit. Inde Galerio, & Herculio ſuapte manu defunctis, Seuero à Maxētio perēpto, Maximino à Licinio armis exuto, atq; mox uiſcerū à torminibus egeſtu conſumpto, hinc anno imperij ſeptimo. Maxētio Herculij filio Vrbis tyranno in ſua fraude, tum poſtremo Tyrannorum Licinio per eum S. P. Q. R. iuſſu, crucifixiq; Chriſti pręſidio ſublatis, unanimi omnium conſenſu Ro: imperium in ſe contraxit. Omnia, ſubinde ad Chriſtum conuerſus, ita redegit ad pacem, ut præſentium rerum bonitas, præteritorum malorum pareret obliuionem. Lato nempe per Ro: Imperium edicto, Chriſtum coli, Euangelium prædicari, Euangeliſtis honores & alimenta dari, Falſorum Deorum templa, cultumq; excidi, Chriſtianum autem reſtitui, ſtatuiq; iuſſit. Qua anno imperij viceſimo quinto omnium pene Vrbium nuditate Bizantio. Pauſaniæ Spartani Regis opus, ſuo nomine pro imperij ſede reſtaurato, & aucto, Romam diuitibus Eccleſijs ornatam, cum Italiæ, Syciliæq; regnis, Ro: Pont: ab ſe ter ſupra Reges coronato, obtinendam deſeruit. Sic Ro: imperij maieſtas annis ſuperioribus ad externos Principes, nunc uero primum ad externum etiam locum fuit translata. Primam Trecentorum & octodecim Epiſcoporum aduerſus Arrium Alexan: Presbiterum, Chriſtianæ tranquillitatis perturbatorem, male de diuinarum perſonarum ſubſtantia differentem, Synodum anno imperij quindecimo Nicææ indixit, fouit, & adprobauit. Vbi ferendo cœlibatus decreto reſtitit, & obtinuit. S. Paſnutius Aegyptius Epiſcopus.

Anno eius quarto Perſæ, Ceſeroſacho Rege, excuſſo Ro: imperij iugo Aſiæ imperium trecentos & nouemdecim annos tenuere. Id tum, potentiores facti Sarraceni, Muhama principe, in Valdacham, quæ Babylon fuerat urbem annos 418. traxere, à Turcis, magna Chriſtianorū iactura, captū, latiſſimeq; in totam Aphricam, & Europæ portionem

IMPERII ROMANI
Con. Imperatores & anni.



ꝝ1. Iouinianus.
1.
ꝝ2. Valentiniamns 1.
Valens.
11.
Valens
ꝝ3. Gratianus.
ꝝ.
ꝝꝝ. Gratianus.
Valentinianus ij.
6.
ꝝ5. Valentinianus
Theodoxius 1.
11.
ꝝ6. Archadius
Honorius.
13.

portionem hactenus prolatatum̄. Eodem imperatore Vandali Sarmatæ, Vſimaro Rege, à Gothis è natali ſolo in Pannoniam pulſi, eam, imperatorum conſenſu, annos circiter 40. habitarūt, à Gothis repulſi. Gothi uero, Ariarico Rege, Imperatori ſe in ſtipendia ſubmiſerunt uicti. Horum pars, ſub annum Conſtantini ij. tertium, Athanarico Rege, Vandalis Beticam, Et Sueuis Luſitaniam tenentibus, Viſigothorum Regnum in Hiſpaniam poſuit, à Theodox: Imper: annos octodecim interceptum, Conſtan: autem M. à Græcis inter diuos recepto, imperium ceſſit filijs à paterna religioſitate degeneribus. Quibus cito per ciuiles ſeditiones, odiumq; peracre fraternum, Conſtantino, ſcilicet, anno tertio à militibus Aquileiæ, & Conſtante, Francorum ſubactore, anno decimo tertio à Magnentio Tyranno in Gallia peremptis, in unum Conſtantium redactis, Is eruditus quidem uir & contra Perſas ſtrenuus, Arrianorum fauore, rectos in fide perſequi, ſubitanee mortuus, deſijt.

Hinc Iulianus Conſtan: M. ex fratre nepos, iā pridem cum fratre Gallo Iudæorum domitore, à Conſtantio necato, Cæſar factus, Galliam ingenti Alemannorum ſtrage defendit. Imperium adeptus, idolorum cultum reſtituit, Hieroſolymorum templum Iudæis reddidit. Quod dum hij reſtaurarent, diuina ui, motu, & igni concuſſum eſt. Chriſtianos, quorum ſingulari odio, ex philoſophia, cuius à Libanio Doctiſſ: erat hauſto, flagrabat, Galilæorum adpellatione, multis, pudendisq; conuitijs adfectos, ſpoliatis Eccleſijs, & ſacerdotibus, deſtitutis magiſtratibus, publica diſcendi, docendi, prædicandiq; facultate interdicta, non minus doloſe, quam obſtinate adeo eſt inſectatus, ut dum Perſas inuaſurus, incerti teli ictu, annū natus triceſimum ſecundum expiraret, ſparſo in cœlum cruore ſuo, clamauerit, uiciſti Galilæe, ſed te nunc item negabo.

Idolorū cultus reſtitutus.

Chriſtianorū perſecutio.

Contra Iouinianus Pannon à deſolato exercitu Imperator adpellatus, imperare non prius uoluit, quam ille ſe Chriſtianum eſſe fateretur. Tum imperans urgente commeatus penuria, pacem rogantibus Perſis dedit. R: P. magis neceſſariam, quam honeſtam, tradita ſcilicet Syria, & Niſibi ciuitate.

ꝝ12. Quo mox prunarum uapore defuncto, Sudariorum tribunus, Pannon Valentinianus 1. aſcito fratre Valente, Imperans, Gratiano filio Auguſto creato, Burgundiones, Alemannos, & Saxones per domuit, uictisq; uiginti millibus cæde, Francis, qui fuſis Alanis, liberi erant, tributū imperauit. In Sarmathas iturus, apoplexi perijt uir Aureliano ſimilis. Tum Valens, Monachos ad arma cogens, à Mauuia inuicta Saracenorum regina, reſtitutis ſanctis, obtenta pace, Contra Fridegninum Gothorum regem, à Valentiniano, pellentibus eum è Scythia Hunnis, in Thratiam, & Meſiam habitandam permiſſum rebellantem, congreſſus, amiſſis Ro. legionibus uictus, imperio, Vrbiq; exitiali hoſte relicto, & irritato ab hijs, quos Arrianæ perfidiæ ſuccenderat igni, igni ſepultus eſt.

Franci à Ro: ſubacti.

IMPERII ROMANI CONSTANTI- nopolitani ſucceſſus.

IMPERII ROMANI Con. imperatores & anni.



47 Honorius. Theodox: ij. 15.

48. Theodox. Valentin. iij. 26.

49. Valent. Martianus. 7.

50. Leo 1. 16.

51. Leo ij. menſ. 8.

52. Zeno. 16.

53. Anaſtaſius 1. 26.

Hunnorū in Pannoniam migratio.

ANno Valen: ſeptimo, Hunni Scythæ feroces Cadar duce, relictis Alanorum, Gothorumq; occupatis ad Meotidem ſedibus, in Ro: imperium decies centenorum & octoginta millium caterua profuſi, uictis utrinq; plus quadringentorum millium cæde, Macrino Pannoniæ Dalmatiæq; cæſo, atq; Dietrico Veronenſi Germano, Germaniæ, uulnerato, Ro: præfectis, Illi uero amiſſis ducibus, Pannoniã Longobardis abſtulerunt.

Gratianus autem & Chriſto, & imperio fidelis, Qui Cæſar, Gallos Triginta mille Alemannorum ſtrage defenderat, cum fratre Valentiniano ij. Occiduas nationes regens, urgentibus undiq; Barbaris, Theodoxium, eius Theodoxij, quem Valens Imper: præſtantem uirum, ac fidelem Hiſpaniæ tutorem ex Dæmonis reſpõſo necarat, filium imperij conſortio præfecit Orienti, cuius ope Gothis, Tartaris, atq; Germanis pacatis, à Maximo Ro: duce, qui, quam imperatoris nomine, Britanniam tueri debebat, eam ſibi regnum fecit, ac mox minore Britannia Francis erepta, Galliam totam occupauit. A militibus imperare iuſſus, Per fraudem Pariſij proditus, Lugduni ab Andragatio Max: Comite, anno uitæ ſuæ viceſimo nono eſt occiſus, & hinc anno ſeptimo. Valentiniano fratre Arbogaſtis comitis ſui tyrannide ad laquei mortem Viennæ coacto.

Maximus Britanniæ rex.

Theodoxius 1. Senior, Gente, ſtirpe, moribuſq; Traiano Principi cognatus, & Chriſto deuotus, cœleſti præſidio, Tyrannis, quibus raro diuturna, nec incruenta uictoria, Maximo ſcilicet, Arbogaſte, Androgatio, Victore, Eugenioq; deletis, Francis, Alanis, item Hunnis, & Gothis bello, pactoq; compoſitis, Orientem reſtituit, & occidentem pacauit. Serapi maximo Aegyptiorum Deo combuſto, Alexandriam & uniuerſum imperium, & ab Idolis, & ab hæreticis purgauit. 518.

Imperiū reſtitutū & Chriſti regnū ab Idolis atq; Hæreticis purgatū.

Hinc Archadio, & Honorio Auguſtis filijs ſub tutoribus Ruffino Orientis, Gildone Aphricæ, & Stillonice Occidentis Rectore, relictis, Imperij ſui reliquum apud Sanctum Ambroſium, cuius emendatione, Theſſalonicenſis uindictę pœnitens, uindictam in triginta dies ſtatuit differendam, Mediolani tranquille finiuit, Claudiani carmine cælebris. Quo ſapiente, potentiq;, qualis deinde nullus fuit, Imperatore Conſtantinopoli ſepulto. Mox imperij rectores, contentis pijs Principibus, Imperium inuadere nixi. Tum Stillico, ut callidiſſimus, ita & perfidiſſimus gente Vandalus Honorij Socer, Gildone à fratre ſuo, & Ruffino Gallo ab Archadio peremptis, ut unicum puerum indueret purpura, totius propemodum humani generis ſanguinem daturus, quam cohercere potuiſſet, uniuerſam Barbariem in Ro: Maieſtatis exitium concitauit. Anno ſiquidem Archadij & Honorij, Plondo numerante, octauo.

Scythi-

Scythicis,atq; Germanicis populis Alanis,Gothis,Hunnis, Vandalis, Burgundis, Sueuis,& Francis à Mæotide,Tanai,Ponto,occiduum uſq; ad Oceanum ingenti multitudine profuſis.Redagaiſum,& Alaricum Gothorum reges,qui Aſia,Thratia,Dalmatia,Illyrico,Pannonia,& Norico depopulatis,Italiam & urbem bipartito quadringentorum millium exercitu petierant.Illum in Feſulanis montibus concluſum,fame, peſte,ferroq; cum ducentis millibus ad unum,ceu pecora,uel diuendidit,uel trucidauit. Alterum uero ad Rauennam triennij certamine fatigatum,ab Honorio pacis conditione,in Galliam à Sueuis uindicandam,tranſmiſſum , iniqua ſua perfidia per Saulum Iudæum in ſacro paſcatis die,nil tale metuentem,apud Placentiam armis laceſſitum,in Italiam retraxit . Ea ducis perfidia nimium ſero notata, Honorius Imperator Stilliconem,tantorum ueluti malorum omnium incenſorem, digne quidem, ſed importune,nullo,ſcilicet ſubrogato duce,cum filio neci dedit. *Barbarorũ in Ro: imperiũ cõiuratio*

Alaricus inter infeſtam per annum Italiam , Romam imperij caput, anno Ar: & Ho:decimo tertio dira fame,ferro,& igni captam,ſic adflixit, ut ſubinde inreparatam hactenus intulerit,eius imperio declinationem,atq; nunc,niſi id Galla Placidia nobilis illuſtriſſ: Imperatorum ſoror,& Athaulffi Regis, Alarici ſucceſſoris,captiua coniunx,marito,tum Singerico,ſuſpectæ pacis à ſuis occiſis, Vallia Rege, anno ab Vrbis excidio ſexto in indominabilis gentis ſuæ interitum,Aquitania pacis conditione recepta,conſentiente,fratri ſeruaſſet, Romanum nomen in Gothi cum fuiſſet euerſum. *Roma humiliata.* En Roma uelut altera Babylonia , ſtupendum humanarum rerum uiciſſitudinis exemplum,arcto primum ex colle, latum in orbem protenſa, expoſitioq; à rege,fugitiuiſq; à ſeruis,illuſtrium regum,ac liberorum Dominorum glorioſa Domina facta. En uice uerſa , ex lato in arctum retracta, uel barbariſſ: & effœminatis eſt ad ludibrium ſubiecta,à Gallis nempe primum,hinc à Gothis,Vandalis,Herulis,Græcis,Saracenis, Germanis, & à Normannis fame, ferro, & igne capta, ſæpius quidem, quam obſeſſa, Orbi,quem adflixit ſemel,uiciſſim pœnas luit ſæpe . Vnicum ſplendidiſſ:in pompa, lautiſſimaq; in uoluptate, alienis diſcordijs, alienis opibus, & alieno principe comparata,ſolamen habens , quo licentioſiſſime freta, fucatum ſplendorem ſub priſci nominis ſui ſpecie auctionatur.

VRBIS ROMÆ CAPTIVITAS, & Imperij declinatio.



A Condito mundo , ea ſemper fuit humanarũ rerum conditio, qualis omnium terræ naſcentium,nempe dum lente floruerint,& ad ſummum creuerint,ocyus emarceſcant,& intereant.Sic Ro: Imperium , per arma omnium in orbe maximum , dum ingenti conſenſu, uirtuteq; ſummum attigiſſet culmen,ſubinde,ceu ſenio per diſcordiam , ignauiamq; confectum, declinauit. Porro ante Gothicum hoc Vrbis exitium, capto à Perſis ſummo cum totius imperij dedecore Valeriano , uniuerſa Septentrionis Barbaries in Romani imperij ſuppreſſionem conſpirauit.Quæ licet magna ui aliquoties retuſa fuerit,euicit tamen, ut,dum Ro:Principes uel inertia torperent,uel Principatus ambitione confligerent. *Romani imperij per Barbaros diſtractio.*

Perſæ Aſiam, Gothi & Hunni Thratias, atq; Pannonias. Viſegothi Hiſpanias, & Suevi Gallias occuparent. Anno igitur Archa: & Hon: tertio Hunni Pannoniæ Regem crearunt Athilam Honorij: Imper: generum hoc diplomate glriantem,

Athilæ titulus.

ATHILA REX
Hunnorum.



Athila filius Bendekum. Nepos magni Nembroth, nutritus in Engaddi Dei gratia Rex Hunnorum, Medorũ, Gothorum, Dacorum, Metus orbis, & flagellum Dei, hunc habuiſſe ferunt inſigne coronatum Aſturem, gladium Martis, Scytharum regibus ſeruatum, Exercitum, præter gregarios, Centenorum millium militum, annos uitæ Centum viginti quatuor, atq; maximam omnium Principum toti Europæ cladem intuliſſe. Alaricus autem Gothus, ante captam Vrbem cum Honorio pacatus, è Gallia in Hiſpaniam pepulit Sueuos, Alanos, & Vandalos. Horum tum Rex Carocus, Francorum permiſſu, Vormatiam, Maguntiam, Spiram, Treuerim, Metim, & totam Belgiam Arelatum uſq; crudeliter euertit.

Rheni ciuitates euerſæ.

Poſt Vrbis autem exitium, paucis hinc in annis multæ prouinciæ à Ro: Imp: defecere. Ceſſit namq; Sarmatia, Dacia, Myſia, Pannonia, Herulis, Oſtrogothis, & Hunnis. Germania uaſtata indigenis. Gallia direpta, Viſegothis, Burgundionibus, & Francis. Britannia, Saxonibus Anglis. Hiſpania Viſegothis, Gothalanis Vandalis, & Sueuis. Lybia & Aphrica, Vandalis.

Prouinciarũ ab imperio Ro: defectio.

Archadio bono Principe, ſub ipſum urbis exitium Conſtantinop: defuncto, ſucceſſit filius, uir ad omnem uirtutem Auo non diſſimilis Theodoxius ij. utriuſq; uitę adeo ſtudioſus, ut expenſis interdiu R. P. negotijs, noctu libris incumberet. Sacrorum, & legum doctus. Legum Codicem edidit & Epheſi contra Neſtorium diſputauit, quo diſſerendi genere delectabatur. Iſgerdem Perſarum Regem à Chriſtianorum perſecutione, ad Chriſtianiſmi admiſſionem per S. Marutham Meſopotamiæ Epiſcopum traxit, Barrabanem Iſgerdis filium Alamanduri Sarracenorum Regis uictoriam promittentis, aulio, fugitiuos Chriſtianos bello repetentem, Ardaburio, Beatianoq; ducibus Centenorum millium Sarracenorum, & in mortalis Perſarum decem millium legionis cæde, uel maxime Acatij Amidæ Epiſcopi pietate pacauit. Acatius enim, dũ ſeptem millia captiuorum Perſarum fame necarentur, perſuaſus Deum noſtrum neq; menſis neq; calicibus indigere, neq; comedere, neq; bibere, diſtractis Eccleſiæ ſuæ donarijs, hijs captiuos redemptos, atq; refectos, Barrabani reſtituit. Quod ille maioris, quam Ro: uictoriam æſtimans, pacem dedit, anno Imperij 10.


Codex legum editus.

Acatij Chriſtianum exẽplum.

Anno Hon: & Theo: ſecundo Burgundiones, Vandalorum progenies, eiectis Sueuis, in Heduis regnum Gundicario conſtituere. Paulo poſt ad Chriſtum conuerſi, diuinum contra Hunnos auxilium ſenſere, ab Aethio tamen pene deleti, in Francorum ditionem ceſſere.

Francorũ in Gallia regnum.

Burgundiæ regnum.



Franci Germani, qui Rhenum tranſlati, Galliam ſępe inuaſerant, Romanos & Vandalos magnis cædibus adfecerant. Treuerim concremarant captam, ab Aethio repulſi. Anno Hon: & Theo: octauo. Marcomiro Duce reuerſi, deuictis, pulſiſq; Ro: præſidijs, in Senonum agro Faramundo Regi repetitum regnum firmauere. Hac ſtirpe à Chriſti natali propagato, è Clogio 1. decimo octauo ſcilicet Francorum Rege, cuius regni anno decimo natus eſt Chriſtus. Hic Friſonem filium Friſonibus Ducem dedit, regem factum. E Clodomiro V. & regum numero Triginta ſex qui Sueuis Ro: Imperij iugum depoſuit. Gundebaldum fratrem Meni confinibus Ducem fecit, ex hoc propagati ſunt Oſtrofranciæ Duces Dagobertus, Clodius, Marcomirus, & Faramundus, qui rex fa-

Duces Francorum.

ctus,

Franciæ regnum.



ctus,Ducatum Marcomirus fratri tradidit, ex hoc ultimo Heleno ſine hærede defuncto, Ducatus Pipino Francorum regni Pallatino delatus, is rex factus, eum S: Burchardo Herbipolenſi Epiſcopo donauit, anno Chriſti ſeptingenteſimo quinquageſimo ſecundo. E Clogio iij. Francorum Rege triceſimo nono qui Sagonæ confinia regno adiecit, per Hectorem,qui Degenhart. Filium Pipino genus extitit. Marcomiro V. Francorum Rege quadrageſimo cui per quatuor annos Romanorum, Gallorumq; uictori captam, Maximus Britanniæ Rex Armoricam abſtulerat,à Valentiniano Imper: cæſo, Per interregnum Francis præfuere Duces duo, quorum Dagobertus, Valentiniano tributum exigenti, reſpondit, Francos non dare,ſed exigere ſolitos eſſe,neq; obligari,ſine principis impoſitum conſenſu.Subinde Franci Regem crearunt Faramundum.

Maximus Britanniæ Rex.

FRANCORVM GERMANORVM A Chriſto nato,regnum.



18.	Clogius I.	20.	32.	Clodius ij.	27.
19.	Herimer:	12.	33.	Vualther.	8.
20.	Marcomir:iij.	18.			300.
21.	Clodomir:iij.	12.	34.	Dagobertus I.	11.
22.	Anten:iij.	6.	35.	Clogius ij.	2.
23.	Rhaterus.	21.	36.	Clodom:vi.	18.
24.	Richimer.	24.	37.	Richmer:ij.	13.
		113.	38.	Theodomir:	10.
25.	Odomar.	14.	39.	Clogius iij.	18.
26.	Marcom:iiij.	21.	40.	Marcom:v.	15.
27.	Clodom:iiij.	17.		DVCES.	
28.	Farabertus.	20.	1.	Dagober:	5.
29.	Sunno.	28.	2.	Genebaldus.	21.
		213.			419.
30.	Hilderich I.	40.		Rex Francogallorum.	
31.	Bartherus.	18.	1.	Faramundus.	

Angliæ regnum.



Anno Theo:& Valẽtiniani iij.Cõſtãtij Cæſ:ex Placidia filij,ac Theo: generi quarto Saxones Angli contra Pictos,& Scothos in Britanniã uocati,terræ portionẽ dono meruere.Anno 10.expulſi, duodecimo reuerſi, 400.Baronibus, atq; Conſulibus interfectis,regẽ uinctũ,ad uota cogere. Anno 20.ab Aurelio regni recuperatore cæſi,ſuperſtites colonia donati, uſq; in Zenonis imperiũ quieuere. Vbi,Arturo,uulgi fama,fabulæ non diſſimili,clariſſimo Britanniæ, atq; triginta bello captorũ ab ſe regnorũ, Rege,à nepote perempto,Saxonũ Anglorũ Rex Elle Britannos auxilio deſtitutos,ingẽti ſtrage,& gentẽ,& nomen in cõtinentem Celtarũ terrã transferre compulit. Atq; ſubinde Britannia in Angliæ,& Armorica in Britanniæ adpellationem ceſſere: Anno Theo:& Valen:ſexto.Vandalis à Bonifacio fideli Aphricæ,atq; B. Auguſtini Epiſcopi tutore, è Bethica in Aphricam traductis,Alanis uel cęſis,uel in Gothalanos mutatis,Sueuis autem proprijs ſub regibus annos Centũ & ſeptuaginta in Luſitania degere permiſſis, Viſegothi, Vallia rege, Hiſpaniã totã quiete plus trecentis annis poſſedere. Vandali uero ſolita pro perfidia,ſubſidij neglecta ratione,mox omnem Aphricam ui crudeliſſ:ſibi uendicantes,Regiã ſedem annos Nonaginta ſex retentam,Gẽſerico ſæuo rege, Carthagini poſuere,anno Theodoſij & Valentiniani decimo ſexto.

Anglorũ Saxonum in Britannia regnum.

Hiſpaniæ Gothorũ regnũ.



Sueuorũ atq; Gothorũ in Hiſpania regnum.

ATHILÆ REGIS HVNNORVM ſucceſſus.

HVnni autem Barbarorum omnium facile immaniſſ: quietis impatientes, eo anno, quo Martianus Theo: auunculo ſuo Conſtantinopoli defuncto, Pulcheria caſtiſſima fœmina Theo: ſorore agente, ſubfectus eſt uir bonus. Barbaris aliquot nationibus, præſertim Ardarico Gepidarum, & Valamire Oſtrogothorum Regibus, ſeruilem in ſocietatem tractis, Athila Rege, eius temporis ferociſſimo quingentorum millium exercitu, è Myſia, atq; Pannonia, per Germaniam & Galliam, cuncta, abſq; ullo rerũ, hominumq; diſcrimine, ferro, & igne

Cathalaunica ſtrages.

proſternendo, Cathalaunicos uſq; in campos profecti, illic ab Aethio Myſio, Conſtantio Cæſari ab Hono: ſubrogato, Patricio uiro clariſſ: Theodorici, in ea pugna cæſi, Viſegothorum. Merouei Francorum Regum, Burgundionum, & Germanorum auxilijs centum & octoginta millium cæde uicti, nullo, quibus uiciſſe tum ſat erat, perſequente, in Pannoniam reuerſi, exercitu reparato, recta per Illyricum, Italiam ingreſſi Aquileiam memoranda clade, Veronam, Mediolanum, Florentiam, urbes, uicos, & arces ſolo æquarunt. Romam petituri, diui Leonis Ro: Pon: obuij prece, monituq; Rex aduerſus, in Boijs nuptias agens, inter epulas repentina ſanguinis eruptione tyrannidem,

Athilæ mors.

ſimul & hominem exuit. Tum relictæ, formidatoq; à Rege ſolutæ nationes, dum pro regno inter ſe certant ſingulæ, regnum amittunt ſingulæ. Gepidæ porro promiſcua triginta millia ſociorum, & Athylæ maioris filij cæde, Hunnorum excuſſo iugo, horum partem Datiam, Martiani Imper: pace, coluere. Alij uero Barbarorum ad alia loca deſedentes. Oſtrogothi, à Sueuis non impune adflicti, Imperatori ſe coniungentes, Pannoniam, cum paucis Hunnorum reliquijs, ſub Maroto Polono, Athiliano duce relictis, obtinuere. Superſtites erant inter multos Athilæ filios inſigniores duo Chaba ſcilicet Imper: Hon: & Aladarius Saxonum Ducis nepos, pro quibus apud Sycambriã dimicantes Hunni, cæſis iam externis militibus, quindecim dierum atroci conflictu,

Hunnorũ cruenta cædes.

hij diminuti, atq; diſtracti, Aladario perempto, Pars maior Chaba Rege in Auitam Scythiam redijt. Pars uero minor in Auarorum, Vngrorumq; nomen deſijt, donec nouis, per annos deinceps circiter quadringentos & quadraginta uiribus coalita, ſub ultimis Ottonis 3. annis, regnum Stephano Rege reſtituit.



Venetiarum conditio.

Geſericus rex.

Ob hanc igitur Hunnicam, atque prius Gothicam Italiæ depopulationem nobiliores atq; potentiores Italiæ ciues, pręſertim Aquileienſes, & Patauini, in paluſtrem Adriatici ſinus oram conuenæ, Venetias memorandæ potentiæ urbem condidere anno Martiani primo. Hono: & Theo: nono cõdi cæptam, Romæ pereuntis æmulam, cuius imitata uirtutem, illa declinante, hæc & ciuili libertate, domeſtico ſplendore, Imperijq; magnitudine, uniuerſas orbis facile ſuperauit urbes, adeo, ut non ſemel, aut ſuſtinuerit, aut retulerit, aut inuaſerit utriuſq; imperij uires.

Anno Martiani quarto. Valentiniano in Aethij ſeruatoris imperij, cædis ultionem interfecto, Geſericus Vandalorum Africæ Rex, ab Eudoxia, quæ defuncto

Valen-

Valentiniano Maximo urbis occupatori,imperijꝗ adfectatori nupſerat,euocatus tre
centorum millium militum claſſe Romam inuaſit, effugato populo uacuam , & ab ea
tum,ſubactæ ante Sexcentos circiter annos Carthaginis,quatuordecim dierum è pha
nis,prophanisꝗ corraſa locis præda,ultione rapta,ditiſſima Romanorum,Campaniæ,
Apuliæ,Syciliæꝗ ſpolia,Eudoxiam item cum duabus filijs in Aphricam ſe cũ auexit.
Ad Italiæ direptionem paulo poſtea reuerſus,à Leone Imper: per Baſiliſcum Patriciũ
repulſus, Arrianis credens,in ſanctos Chriſti crudele otium uertit , Ei uero in eoſdem *Roma à*
crudelior ſucceſſit Rex Honoricus à uermibus corroſus. Poſt Geſerici ab urbe deceſ- *Vandalis*
ſum,Romani Auitum ſenatorem imperare iuſſerunt,à Martiano Conſtantinopoli oc *capta.*
cupato,admiſſum,in Martiano uero mox impia ſuorũ cæde perẽpto, Chriſtianiſmi ſe-
nioris Theodoxij ſtirpe finita iam omni , & Occidentis imperio à Barbaris diſtracto,
Cõſtantinopolitani Leonem 1. primum Græcæ nationis è Tribuno militũ Imperatorẽ
per Anatholium patriarcham coronarunt. Is igitur imperio ſuſcepto,eidẽ inhiantes
Aſparem ſcilicet, & huius filiũ Ardaburiũ Martiani occiſores,prælio captos,enſi tra
didit. Anthemium Martiani generũ, Auito, Maiorano, & Seueriano defunctis , Cæſ.
Romam miſit,quo à genero ſuo Richimere Gotho , Vrbe capta, necato , Olymbrio,
deinde,Glycerio,atꝗ nepote inaniter ablatis, Oreſte tum,cũ infauſti nominis,nempe
in quo Magni Auguſti maieſtas deſijt, Auguſtulo filio Italiã tenẽte,annũ circiter Leo
nis Imper: duodecim Odoacer gente Rugus Herulorũ Rex,relictis Gepidis, Hunis,
& Oſtrogothis,quibus Imper: Leo Myſiã,atꝗ Pannoniam captam,pacis lege conceſ- *Odoacri*
ſerat,è Ruſſia Pannonięꝗ finibus per Noricũ Italiam ingreſſus, Oreſte mox in pugna *Herulo-*
deuicto,ac propria manu transfoſſo, Auguſtuloꝗ tũ ſpontaneo timore purpura exu- *rum re-*
to,Roma,atꝗ totius Italię regno annos quatuordecim potitus eſt. Moriturus aũt Leo, *gis in Ita*
Imperiũ Leoni ij. ex ſorore nepoti,ſed is ad ſacra perſuaſus , id patri ſuo Zenoni tradi- *lia regnũ*
dit. Hic uero à Socru domi,& ab hoſtibus foris undiquaꝗ uexatus, Theodoricum O-
ſtrogothorum Regem,Patritium adpellatum, quo tumultuantes Gothos, & hoſtes
Herulos compeſceret,Italiæ regno donauit. Is igitur Sarmatarum , Bulgarorum,Ge-
pidarumꝗ regibus bello conſumptis,è Myſia atꝗ Pannoniam in Italiam , profectus,
Odoacro tum non prius ui quam fraude necato,Rauennæ anno Zeno decimo Regia
ſede firmata,Dalmatiam,Italiam,atꝗ Syciliam annos ipſe triginta & octo & ſucceſſo-
res triginta & quatuor obtinuere,ſupra fere gentis ſuæ naturam prudens, atꝗ mode-
ratus Princeps,datis è ſua gente Italiæ præfectis,Romæ,ab ſe reſtauratæ,totiꝗ Italiæ
militia,& armis interdixit. Qua primum Roma literarum olim,& armorũ Princeps,
literis ſimul,& armis deſtituta,Barbaris,quorum Domina fuerat, ſeruire cœpit. *Lõgobar*
Sub initium Imperij Xenonis. Longobardi,Rugiam eius, ab Herulis in Italiã pro *dorũ ſuc*
fectis,occiſo Rege,uendicarunt. Franci aũt,qui Meroueo Rege,Galliam inhabitare, *ceſſus.*
atꝗ Gallorum lingua uti cœperant , nunc Hildericho Rege, excluſis Romanis, ab
Agrippina,quam captam,Coloniam ſibi fecerunt, Conſtantiam uſꝗ, omneis Rheni
ciuitates. Lepontios, Valeſienſes, Lauſanenſes ſuis adigere tributis,atꝗ præfectis. *Francorũ*
Hinc Anaſtaſio defuncti Zenonis Silentiario,relictæ imperatricis opera,ad impe- *geſta.*
riũ euecto,Clodoueus illuſtrium Francorum regum nulli ſecundus, Alarico Viſego-
thorum Rege,Romanorum & Aluernorum præfecto,peremptis,atꝗ conſanguineis
regulis ui,fraudeꝗ deletis,ſolus uniuerſæ Galliæ terminos ſuæ ditionis fecit . Vltra
Moſam & Lygerim Neuſtriam,citra uero,ad Rhenum, Auſtriam uocauit. Pariſium
caput regno dedit. Burgundos,atꝗ Thuringos domuit . Graui tum Sueuorum uicto-
ria,& ab uxore,Burgundiorum Regis nepte Gothilde perſuaſus,cum triginta milli-
bus Francorum,primus eius gentis regum Chriſto,per Sanctum Remigium Remen
ſem Archiepiſcopum,oleo cœlitus demiſſo , initiatus eſt anno regni quindecimo ab
Anaſtaſio Imper: Baltheo, Toga Patritia,& aurea corona donatus,infœliciter cum
Theodorici Italiæ regis,generi ſui copijs in Vaſconia pugnauit.

PONTI-

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



52. Hormiſda. 9.

Laicos à clericis in Eccleſia ſeparandos.

55. Ioannes 1. 3.

56. Fœlix iiij. 2.

57. Boniſa. ij. 2.

58. Ioannes ij. 2.

59. Agapitus 1. 1.

60. Syluerius. 1.

61. Vigilius. 17.

Canonicæ præces atq; defunctorũ memoria inſtituta.

62. Pelagius 1. 11.

63. Ioannes iij. 13.

62. Benedict. 1. 2.

65. Pelagius ij. 10.

PONTIFICATVS ROMANI ſucceſſus.

HOrmiſda Campanus, Regibus charus, hæreticis exoſus, & in Eccleſiam magnificus, Nuptias publicę agi decreuit. Manichęos, palam eorum combuſtis libris, oppreſſit. Ab Anaſtaſio Imper: contemptus, inquiente Imperatoris eſſe imperare, non imperata Pon: uel cuiuſuis recipere. Sed à Iuſtino confirmatus, Eccleſiarum pacem obtinuit.

Ioannes 1. Tuſcus, à Iuſtino Conſtantinopoli honoratus, Theodorici Regis, paulo poſt in Vulcani ollam deiecti, iuſſu, carceris pedore, fameq; conſumptus, Martyrum numero eſt adſcriptus. Ante conteſtatam litem poſſeſſorem reſtitui iuſſit.

Fœlix iiij. Samius Conſtantinopolis patriarcham malę fidei damnauit. Diuis Medicis Coſmo & Damiano templum dedicauit.

Boniſa: ij. R. ſciſmate ſublato, Clericos à Laicis in Eccleſia ſegregauit.

Ioannes ij. R. Iuſtinianum exilium minantem, animi conſtantia, benignitateq; uicit, atq; placauit.

Eundem Imperatorem Agapitus 1. R. Præsbyteri filius, ab Arrianis in Conſtantinopolitana Synodo, ubi mortuus eſt, auertit, & dominicas proceſſiones inſtituit. A Theodato Rege Conſtantinopolim Legatus miſſus, in ſumptum aurea, & argentea diui Petri uaſa fœnori dare coactus eſt, à rege poſtea redempta, atq; reſtituta.

Syluerius Hormiſdæ Pon: filius urgente Rege creatus, ſed accuſante Vigilio proſcriptus, martyrium pertulit.

Vigilius R. Conſtantinopolim Theodoræ Imperatricis iuſſu tractus, in quinta principe Synodo contra Theodorum Conſtan: patriarcham, Euthyci, Arrioq; diſſentiens, flagris expirauit, hic dolo, ille ui Pontifex, ambo pœna data, Sanctis adnumerati.

Pelagius 1. R. Eccleſiam in magna tribulatione conſeruauit. Canonicas præces Eccleſiaſticis quotidie perorandas inſtituit. Et opulentiſſ: lucri defunctorum ſuffragia adprobauit. Hæreticos atq; ſciſmaticos, haudparuo Eccleſiaſticorum leuamine, ſeculari poteſtate cohercendos indulſit.

Ioannes iij. R. prodigioſam tempeſtatem, perturbationibus, & annis plenus morte ſuperauit. Quo tempore Armeni Chriſtum recepere.

Benedictus 1. & Pelagius ij. Ro. Longobardorum, cęliq; bellis, fame, peſteq; ſunt exhauſti. Hic abſque Ro. Principis authoritate creatus, offenſam, miſſo Conſtantinopolim Gregorio, deprecatus eſt.

Gregorius

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



66. Gregorius M.
12. 605.
67. Sabinianus.
1.
68. Bonifa: iij.
1.
69. Bonifa: iiij.
6.
70. Deus dedit.
3.
71. Bonifa: v.
5.
72. Honorius 1.
13.

Gregorius Magnus R. nulli Romanorum Pon: & uitæ integritate, & doctrinæ copia ſecundus; Eccleſiæ morumq; doctor, atq; reformator diligentiſſ: inter Latinos diuinæ ſcripturæ interpretes cum ſanctis Hieronymo ſcilicet, Ambroſio & Auguſtino primas, Pon: decreto tenet. Diuo benedicto monaſticorum patriarchæ, qui ſub Fœlice iiij. in Caſſino monte, monaſticen ſanctæ uiuendo, docendoq; inſtituerat, dedicatus, aliquot monaſteria condidit, & in eis aliquot milia cœlibum fouit. *Benedictus Abbas.* Ro: Pon: primus ſeruorum Dei ſeruum ſe nominans, Conſtantinop: patriarchæ, tum cæteris Epiſcopis, uniuerſalis Epiſcopi nomen decreto derogauit, ſed & minaci imperatori conſtanter reſtitit. Inſtituta Litaniarum ſupplicatione, qua una proceſſione octoginta millia hominum ſubitanèe conciderant, peſtem abſtulit inguinariam. Diem beatiſſ: Mariæ Purificationi ſolennem, ſub Vigilio Pon: contra peſtilentiam Conſtantinopoli in faſtos relatam, à Sergio Pon: cæreis illuſtratam, atq; Palmarum diem feſta proceſſione honorauit. Cinerum diem, cineris aſpergine quadragenarij ieiunij principium ſacrauit. Veniarum aſſertor, non uenditor fuit, Sacrorum, atq; canticorum normam, ab eo Gregorianam adpellatum, digeſſit. Kyrieeleiſon cecinit, & Alleluia. Miſſæ ritum, conſarcinato Canone, deinceps obſeruatum, compilauit, atq; commendauit. Attamen Concubinariorum miſſas audiri uetuit. Eius opera, Edelbertus Angliæ rex Chriſto baptizatus, Agiulfus item Longobardorum, & Richaredus Viſegothorum reges Ario deſerto, Catholicam fidem receperunt. *Reges ad Chriſtum conuerſi.*

Sabinianus Tuſcus, Campanas, & Lampades ſacris addidit. A beato Gregorio, quod eius ſcripta comburere per inuidiam niteretur, horrendo noctis uiſu ſtupefactus, infami morte ſubito concidit.

Bonifacius iij. R: Poſt, uti longam, atq; pertinacem, ita Chriſtianæ rei noxiam, atq; pudendam Romani, atq; Conſtantinopolis Epiſcoporum primatus inter Chriſtianos ambitionem, Hic ſuas in partes perſuaſo Phoca, tum Patrum patris obtento nomine, Quod Papa nouum principatus uocabulum, crediderim tunc æditum, indicare uidetur. Romanam Eccleſiam, atq; Ro: Pontificem, illam omnium Eccleſiarum, & hunc omnium Epiſcoporum principem eſſe, ſancita lege, declarauit. Imperatoribus ſtatuendi Ro: Pon: abrogato iure, reliquorum Epiſcopum inſtitutionem Cleri, populique ſuffragijs, magiſtratus, authoritate confirmatis, indulſit. *Ro: Epiſcopus papa appellatus.*

Bonifa: iiij. Marcus Pantheon. M. Agrippæ opus, à Phoca impetratum, eiectis Idolis, Diuæ Virgini Mariæ & omnibus ſanctis conſecrauit.

Deus

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

Nota	Num.	Pontifices	Anni
		Vacat menſ. 19.	
	73.	Seuerinus ij.	1.
	72.	Ioannes iiij.	2.
	75.	Theodorus 1.	6.
Conſtantinop: Sinodus.	76.	Martinus 1.	6.
		Vacat menſ. 12.	
	77.	Eugenius 1.	3.
	78.	Vitalianus	15.
	79.	Adeodatus	2.
	80.	Donus.	5.
	81.	Agathon.	2.
		Vacat menſ. 17.	
Canticorum ordinatio.	82.	Leo ij.	1.
		Vacat an: 1.	
	83	Benedict. ij.	1.
	82.	Ioannes v.	1.
	85.	Conon.	1.
Saxones & Phryſones Chriſtum audire cæperunt	86.	Sergius 1.	12. 700.
	87.	Ioannes vi	3.
	88.	Ioannes vij	3.
	89.	Sicinius di. 20.	
	90.	Conſtantinus 1.	7.
	91.	Gregorius ij.	17.

Deus dedit R. ſpirituali cognatione iunctis matrimonio interdixit.

Bonifa: v. Campanos ſacrilegos ab Eccleſijs excluſit. Sed ad Eccleſias confugientes, immunitate donauit.

Honorius i. Campanus, Eccleſias reſtaurans, Heraclij permiſſu, æreas Romuli ædis tegulas Sancto Petro ſupertexit. Eo, & Seuerino ij. R. perturbationibus oppreſſis.

Ioannes iiij. Dalmata, ſacrilegos quadrupli reſtitutione damnauit. Ex Eccleſiæ Theſauris, latio ſpoliatori ſuperſtitibus, captiuos, non agnatos, redemit.

Theodorus 1. Græcus, In omnes præterquam hæreticos pius.

Martinus 1. Tudertinus ducorum quinquaginta Epiſcoporum Synodo. Conſtantino Epiſcopo, Paulo damnato, imperatoris iuſſu proſcriptus eſt. Sanctus Eugenius 1. R. Delinquentibus Clericis carcerem ſtatuit.

Vitalianus Campanus. Eccleſiaſticā regulā cōpoſuit. Organa muſica choro miſcuit, & Anglos in fide cōtinuit.

Adeodatus R: Donus R. Rauennatem Eccleſiam Romanæ ſubiugauit,

Agathon Syculus, Leproſum oſculo ſanauit. Neminem ab ſe triſtem abire permiſit. Sub eo Synodus ſexta ducentorum octaginta nouem Patrum Conſtantinopoli contra Macharium monothelitam acta eſt.

Leo ij. Syculus, Latine & Græce peritus, Muſicus Hymnorum, atque pſalmorum contentum arte digeſſit. Pro pallij epiſcopalis, uel alterius Eccleſiaſtici officij collationi nil mercis reddendum eſſe ſtatuit.

Benedictus ij. R. uitæ ſuæ reuerentia, ab Imper. Con. obtinuit, ut, quam deinceps Clerus, Populus & exercitus Ro. Pontificem elegiſſet, Is mox abſque ullius alterius authoritatis interuentu uerus Chriſti uicarius haberetur.

Ioannes v. Syrus. Pon: Ro. cōſecrationem tribus Epiſcopis Hoſtiēſi, uidelicet Portuenſi, & Veliterno tradidit.

Conone Thrace Angelico adpellato, pie defuncto.

Sergius 1. Syrus à Leone ij. pacis oſculo dato, ter agnus Dei cecinit. Sua quod ſanctitate Saxones & Phryſones audientes Chriſto fecit. Vbi Phryſonum Rex Radbodus pedem è baptiſmo retraxit, inquiens, plures, atque potentiores ſequi ſanius eſt, Hos ſubito quarta die ſecutus ad inferos.

Ioannes vi. Ioannes vij. Græci, Siſinius Syrus uiri fideles.

Coſtantinus 1. Syrus à Iuſtiniano Imp: Conſtantinopolim uocatus, priuilegijs impetratis, honoratus Romam reuerſus, Philippicum, quod ſanctorum ſtatuas prophanaſſet, impietatis damnauit.

Gregorius ij. Syrius. Iouis diem, dominica cœna læ-
tam,

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



92. Gregor:iij.

10.

93. Zacharias

10.

94. Stefa:ij.

5.

95. Paulus 1.

16.

Vacat menſ:13.

96. Conſtantinus ij.

1.

97. Stefa.iij.

4.

tam, quadrageſimali ieiunio ſubiecit. Nullibi, quam ſacrato in loco, miſſas agi uoluit. Multos Germanorum per diuum Stephanum primum Mogūtiæ Epiſcopum Chriſtum, & Ro:Pon:docuit. Ab imperatoris perſecutione Longobardorum auxilio defenſus, execratione in Imperatorem relata, ſtatuarum perſecutores in mortem uſq; perſecutus eſt.

Primus Moguntiæ Epiſcopus.

Gregorius iij.R. Latinæ Græcæq; doctus, anteceſſoris de colendis imaginibus actis Romæ Noningentorum trium Patrum Concilio firmatis, latum in imperatorem anathema grauauit. Italiam Imperatorio ſacramento abſoluit. Qua Rauennates, atq; Romani, Imperatore deſerto, Duces ſibi præfecere anno Pon:Tertio. Tū indignantes Longobardos à Romanæ urbis obſidione Caroli Martelli præſidio remouit.

Zacharias Græcus inter auguſtos Pon: numerandus, ſua maieſtate, pacatis Longobardis, Lachim illorum regem, cum uxore & liberis. Item & Carolomannum Teutofrancorum principem monachatu imbuit. Hinc Papæ iam in ponendis, deponendiſq; principibus iure facto, anno Pon:ſui ultimo Pipinum C.Martel:filium, atq; Carolomannum fratrem Gallofrancorum Pallatinum, Hilderico Rege in monachum attonſo, petentibus Francis, per Bonifacium Moguntinum, & nunc Ro: Pon: dono, Colonienſem Archiepiſcopum, Regem conſecrauit.

Ius ponendi deponendiq; Principes Ro: Papæ factum.

Pipinus Francorū rex.

Eundem Stephanus ij.R. in Galliam profectus, cum à fidelitatis iuramēto ſolutum, tum ad regiam ſucceſſionē confirmatum, in Italiam contra Longobardos duxit. Quibus bis per illum ad pacem compulſis, Papa Ro: quicquid Sancti Petri patrimonij uenit adpellatione, Romani imperij & Longobardis ademptum, Rauennæ ſcilicet Exarchatum alieno Francorum dono Regis obtinuit. Italiæ iam non ſolum, & Romanorum Pontifex, ſed & uel omnium Chriſtianorum Principū, Imperator eſſe, & à perferarijs geſtari cœpit. Exarchorum magiſtratus deſijt.

Paulus 1. Ro: uir adeo pietati deditus, ut non ſolum bona bonis, uerum etiam pro malis bona reddiderit.

Pon: tumultuatio.

Conſtantinus ij. R. fratris Nepeſini Ducis, Deſiderio Rege ſuadente, manu, nullis dum initiatus ſacris, ad Pōtificatum, ut ui euectus, ita uiciſſim ui in monaſterij carcerem deiectus eſt.

Tum Stefanus iij. Syculus legitime ſuffectus, conuocata Epiſcoporum Synodo, deiecti Conſtan: Pon: omnibus, præterquam Baptiſmi, & Chriſmatis, abrogatis actis, Anathemathe lato, ſtatuit, Neminem ſcilicet, niſi rite ſacris initiatum Pontificem, uel Epiſcopum creari, ſed & Conſtantinopolitani imperijs, Græcorumq; de abolendis diuorum imaginibus Synodum tanquam hæreticam execrauit. Idem egere Hyerene imperatrix Nicomediæ.

Synodus pro ſtatuis.

PAPATVS ROMANI *Pontifices & anni.*



Imperij ius in priuilegium mutatum 98. Adrianus 1.

24.

Carolus 99. Leo iij.

Imperator creatus.

21. 816.

100. Stefan: iiij.

1.

101. Paſcalis 1.

Ro: imperium pō: ſubiectū.

7.

102. Eugenius ij.

4.

103. Valenti: dies 40.

Sarraceni ex Italia pulſi.

104. Gregor: iiij.

16.

105. Sergius ij.

2.

Anglorū uotum. 106. Leo iiij.

8.

Adrianus Pontifex Ro: & Carolus Rex Francofordiæ.

Adrianus 1. Ro: magnanimus Pontifex, anno Pontificatus ſui tertio ſuo ductu per Francos Longobardorum regno deleto, In Centum quinquaginta trium Antiſtitū conuentu, damnatis diuorum imaginum execratoribus à Gregorio Magno compilatos, Miſſæ ritus Occidentalibus Eccleſijs imperauit, Francorum regum fauore prolatatos, atq; ditatos. Tum Carolo Francorum regi, qui Pontificatum Ro: ab externorum perſecutione liberauerat, atque Pipini patris ſui Pontificibus donata confirmarat, & auxerat. Eligendi Ro: Pon: Item & inſtituendorum in regno Epiſcoporum, Abbatum, & Prælatorum priuilegium tradidit, à Leone poſtea confirmatum, ſed à ſucceſſoribus mox ueluti hæreticum repudiatum.

Leo iij. R. Pontificibus Ro: ab exterorum inſectatione iam num liberatis, tum uero mox inteſtinis ambitionibus agitari ceptis, uir ille pius à factioſis ciuibus, & clericis impie tractatus & expulſus, ad Carolum Francorum regem confugit, cuius ope reſtitutus, atq; ſuapte ſacramento purgatus, eundem, ſecluſis negligentibus Græcis, ut obſequentem unanimi Ro: conſenſu, anno Pon: ſui 6. ipſo die Chriſti natalis in Eccleſia diui Pet: Chriſtianiſſimum adpellatum, Ro: Auguſtum unxit, atq; coronauit. Ac ſimul Pipinum eius filium Italię regem pronunciauit. Imperium ſubinde Ro: quod ante è cœlo dari creditum, Ro: Pon: dabat, in Pon: arbitrium deuolutum, uiciſſim Ro: à Pon: à nomine datur imperatoribus.

Vnde Stefa: iiij. R. citra Imperatoris aſſenſum, Pon: eſt adpellatus.

Poſt Paſcalem 1. Ro: ſuburbanarumq; ditionum Lud: dono principem.

Eugenium ij. & Valentinū, pie defunctos Romanos.

Grego: iiij. R. & Lud: Imp: anno ſcilicet Pon: ſecundo Aquiſgrani habita Synodo, decretū eſt, ut ſacerdotes dimiſſo faſtu, luxuq;, ne ulla à ſacris rite libereq; tractandis impedirentur occaſione, quod honeſto ſtatui ſuo congruat, ſinguli ſingula teneant ſacerdotia. Idem Longobardorum auxilio grauiſſ: utrinq; cæde, Mauros Sarracenos ex Italia profligauit. Omnium ſanctorum feſtum Gallis, atq; Germanis colendum tradidit.

Sergius ij. R. Pontificibus initiatis nomina mutauit, Os porci uocatus.

Leo iiij. R. Vir ſanctus cum oratione tum occumbentibus Chriſtianis ſalute promiſſa, Ludouici Italiæ regis adiutorio Sarracenis altera graui ſtrage propulſis, Vaticanum, Leoninæ ciuitatis adpellatione, mœnibus cinxit. Pe: & Pa: templa, ſuburbiaq; deſolata reſtaurauit. Precibus item Regulum exitioſum ſerpentem, & uagans per domos incendium extinxit. Ab Edeuulfo Anglorum rege cū filio Romam profecto, de ſingulis regni ædibus duorum

duorum denariorum tributum. S.P. deuotum,ſuſcepit, atq; deinceps exegit.

Ioannes Mogũtinus fœmina Pontificatũ doctrinę mo rũq; pręſtãtia comparatũ infami partu defuncta,reliquit.

Benedi:iij.R. & in uiuos,& in mortuos pietate charo, elato.

Nicolaus 1. R. ignauo Imperatore prętente,& adſentiente,Sæculares quoſcũq; ſeu reges,ſeu Principes, nullũ in ea,quæ ſunt ſacerdotum, ius habere declarauit, Sed & illos à concilio,niſi de fide agatur,excluſit.Ro:Pontificũ decretis,& epiſtolis authoritatem Apoſtolicã ſtatuit. Se pro Pontifice ingerentem Apoſtaſiæ notauit:Concubinariorũ miſſas uitauit:Sua exhortatione Bulgaros recta imbuit fide.Quo mortuo,nonnulli ſcriptores,abſq; data cauſa, annos octo & menſ: ſeptem Pontificatum uacaſſe ſcribunt. Alij uero Agapitum,atq; Baſilium inſerunt.

Adrianus ij.R.in pauperes largus,Sęculares decreto à Põ:electiõe reiecit.Bulgari,q̃s in fide Ro:ſedis tenuerat, eiectis latinis Presbyteris,à Ro:ad Cõſtan:Sedẽ defecere.

Sæculares ab electione Pon: reiecti.

Ioannes viij:R.è ciuium uinculis liberatus,Irregularitatis cenſurã homicidis omnibus,etiã clericis inflixit. Omnes itẽ,qui non ſacrũ de ſacro,uel ſacrũ de non ſacro raperent,ſacrilegij puniuit.Intra centũ annos Ro:Eccleſiæ priuilegio præſcribi negauit.Martinus,Gallus ij.Pontificatum ambitioue quæſitum , breui ſine honore dimiſit.

Adrianus iij.R.Sua magnanimitate , Nicolai decreta cõfirmauit.Ne ſcilicet in creãdo Põ: Imperialis autoritas expectetur,ſed ut libera ſint Cleri, populiq; R.ſuffragia.

Imperator à Pontificis electione excluſus.

Stefa: v.R : in magna Chriſtianorum tribulatione defuncto,Pontificia maieſtas,quæ hactenus & libera,& chara multis obtigerat uiris & integris, & illuſtribus , deinceps,& uiolenta,& uenalis multis obtigit, & indignis,& uix à nomine notis.

Formoſus porro uinculorum Ioannis viij . conſcius,ab Epiſcopatu Portuenſi in prophanum ordinem actus,largitione,factioneq; per Martinum Pon : & Arnolphum Imper:Romanum eſt adeptus.

Romani Pontificatus confuſio.

Bonifa:vi.Tuſcus Sola nunc legitima electione memorandus,& uitæ breuitate fœlix. Corruptũ,atq; confuſum hoc ſæculũ,corruptam,atq; confuſam hiſtoriam reliquit.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



Ioannes fœmina.
2.
107. Benedict:iij.
3.
108. Nicolaus 1.
10.
109. Adriann ij.
6.
110. Ioannes viij.
10.
111. Martinus ij.
2.
112. Adrianus iij.
1.
113. Stefa: v.
6.
112. Formoſus.
5. 900.
115. Bonifa:vi.
dies. 26.

IMPERII ROMANI CONSTANtinopolitani ſucceſſus.

ANaſtaſio in Ro:Pon: indignatione , quam ob Euthitianum errorem,& Pon:legatorum contemptum inciderat,fulmine defuncto.Iuſtinus Senior, miræ ſortis Princeps,ignobilis Thrax, à puero ſubulcus, hinc bubulcus,hinc lignarij ſeruus,hinc miles,hinc Dux,hinc ingenua fraude nobilis Imperator factus . Rectæ fidei zelo , Arrianos expulit,ſed Theodorici Regis minis, atq; Ioannis Pon: lachrymis exoratus recepit. Sub id tempus, Francogalli,

Thuringorum regni finis.

IMPERII ROMANI
Con: Imperatores & anni.



Vandalorũ regnũ in Africa deletum.

52. Iuſtinus ſenior.

9.

55. Iuſtinianus M.

38.

Gothorũ in Italia finis.

56. Iuſtinus iunior.

11.

57. Tyberius ij.

7.

58. Mauritius.

20.

LONGOBARDORVM
in Italia regnum.

Exarchus unde.

Lõgobardorum in Italia regnum.



Ermenfrido rege cum tota domo à Theodorico Metenſium rege interfecto, Thuringorum regnum deleuere. Vbi Radegundim regiæ ſtirpis captiuam, Lotharius Sueſſionum rex uxorem duxit inter ſanctos relatã. Item Gundemaro auunculo Rege, ab Hildeberto Pariſiorum Rege depulſo, Burgundiæ regnum ſubigere.

Iuſtinianus M. Iuſtini ex ſorore nepos, Sapientum Doctorum conſilio, leges, & uniuerſam iuris Cæſarei diſciplinam in codices digeſſit. Illuſtrium uero ducum uirtute imperium à Barbaris oppreſſum, magna parte recuperauit. Anno nempe imperij ſui tertio per Belliſarium Patritium Perſas compeſcuit Anno ſexto Gilimero crudeliſſimo rege, aureis uinculis ingenti Vandalorum ſtrage triumphato, Aphricam recepit: Anno decimo quinto Syciliam, & Vitigem Oſtrogoth: Italiæ Regem cum multis nobilibus uiris, regiaq; gaza poſt grues utrinq; cædes, Mediolani quoq; cum triginta millibus ciuium excidio, retinuit: Anno decimo per Mundum in ea pugna cum filio cæſum, profligatis Gothis, Salonam, atq; Dalmatiam omnem cœpit. Bulgaros anno duodecimo duobus cæſis regibus è Thratia pepulit. Per Ioannem Mauros domuit anno viceſimo primo. Anno viceſimo nono bello octodecim ſpatio annorum confecto, Per Narſetem eunuchum Longobardorum confœderatorum auxilio, Totila decẽ annorum Rege, Qui Athilæ titulo à beato Benedicto cũ manus oſculo ei tributo gloriabundus, Italiam totam maximis adflixerat calamitatibus. Roma dira fame proditã, anno imperij decimo octauo captam, euerterat, atq; ſecundo repetitam, reſtaurauerat. Tum mox Theia rege peremptis, Gothicum & nomen, & regnum, cum Herulorum, Francorum reliquijs, Italia recepta, deleuit. Hinc ex Perſarum, Vandalorum, Maurorum, atq; Gothorum ſpolijs Monaſterium, & Hoſpitalia duo Romæ, Conſtantinopoli ſplendidiſſ: diuæ Sophiæ templum dedicauit.

Eo uero in auaritia, ueſaniaq; defuncto, Iuſtinus iuni-
603. or, improbus & hominum & Dei contemptor, Tiberio adoptato, priuſquam in amentia exaruiſſet. Eius anno tertio Narſeti Imperatricis ludibrio ad colum non impune uocato, ſucceſſorem dedit. Ro: Pont: aduerſarium, Longinum, qui Rauennæ ſede poſita, nouo gubernationis uocabulo Exarchum ſe dixit. Tum Roma præſidis nomen in Ducis uertit, Vnde ducatis aureis adpellatio manet. Anno ſeptimo Longobardi. Qui ſub Gratiano è Scãdia Germanici Oceani inſula profecti, Vandalorum ſedes, hinc anno Iuſtiniani tertio pulſis Gepidis, Pannoniã annos quadraginta duos occuparant, non indigna Narſetis iamnum decimum ſeptimum annum Ro: Con: Italieq; tutoris integerrimi, indignatione prouocati, aſſumpto Saxonũ præſidio, totam Italiam, Roma duntaxat inuicta, Alboino vndecimo eius gẽtis rege captã per annos hinc

ducentos

IMPERII ROMANI
Con: Imperatores & anni.



59. Phocas.
8.
60. Eraclius.
29.
61. Conſtantin: iij.
menſ. 3.
62. Eraclion.
2.

MVHAMAD *Sarracenorum legiſlator & Princeps.*



ducentos & quatuor poſſidere. Tum Auares Hunni, Pannoniam, Et Sueui, Sigisberto Auſtraſiæ rege concedente, Saxonum relictas terras accepere. Saxones autem Longobardorum imperium aſpernati, ſub ultimum Tiberij annum reuerſi, Sueuis uiginti millibus cæde reiectis, Vueſtuualen à Teutonis dicti, profectionis ſuæ monumentum Mediolanum in Vueſtvualia condidere.

Tiberius ij. Vir optimus, atque ditiſſimus, pauperũ ſuſtentator, uictis Perſis, atque ſeruatis ab hoſte, fameque Romanis.

Mauritium gente Cappadocem, ex ſcriba generum, tũ imperatorem creuit. Qui domitis Perſis, Hunnis, & Armenis, Gregoriũ Pon: uexans, auarus homo, cum uxore, & liberis à Centurione Phoca militũ in tumultu eſt interfectus. Primo tunc in Aſia audito Turcarum nomine. Sed & id temporis Syciliam Sarraceni deprædarunt. Longobardi Romam per annum obſederunt. Et Sclaui Scythæ, relicto Boſphoro, pars una in Borreum uerſa, Polonorũ, atque Bohemorum nomen accepit. Altera in Auſtrum profecta, Iſtriam ab ſe captam, in Sclauoniam uertit.

Scriba Imperator factus

Sclauorũ ſucceſſus

Phocas perfidorum opera militum Romanorumque fauore creatus Imperator, ambientibus illum Romanis, ſummum inter Chriſtianos Pontificatum edicto ſtatuit. Qua ſubinde, quantum imperij Ro: Pontifici acceſſiſſe, tantum, & plus, id atque uel hodie Chriſti flagellum Turcę docent, rei Chriſtianæ, nedum imperatori Ro: deceſſiſſe uideri poteſt. Is præterea cum auaritia, ignauiaque imperium diſperderet, tum ab Eraclio Aphricæ Proprętore mari demerſus eſt. Quo tempore Auari, qui Bauari, Hunnorum reliquiæ, Longobardos pene excidere. Sed & Conſtantinopolis Imperium declinare tunc cœpit. Sclaui nempe Dalmatiam, & Illyricum. Bulgari uero Thraciam præmebant.

Orientalis imperij declinatio.

Coſdroas autem Perſarum rex, anno Eraclij primo Hieroſolyma Nonaginta millium Chriſtianorum cæde, ſacrorumque prophanatione capta, Syriam, hinc anno ſexto Aſiam, Aegyptum & Aphricam rapuit. Eo tum pacem denegante, anno decimo octauo diuinitus ab Eraclio ſuperato, imperium Aſiæ & Aphricæ recuperatum, Zacharias Hieroſolymorum Patriarcha cum Dominica cruce reſtitutus eſt. Eodem præterea anno, imperatore in Iudæos ſæuiente, Cæterum in ſegnitiem, luxumque prolapſo, Machumetus, Arabum, Agarenorum, ſeu Sarracenorũ legiſlator & Princeps, multis Aſiæ, Aphricæque populis in ſuam religionem, uario Iudæorum, Chriſtianorum, gentiumque ritu conflatam, perſuaſis, anno Era: viceſimo primo Sarracenorum Aegypti regnum, ſubactis, in quorum poteſtate fuerat, Perſis inchoauit. Hinc ad Era: ex Priapiſmo obitum, Muhama Sarracenorũ legis, regnique conditore anno uitæ Triceſimo quarto & regni ſexto in

Coſdroe Perſæ uictoria.

IMPERII ROMANI
Con: Imperatores & anni.



Sarrace-ni Aegy-ptũ, Perſiã & Syriam ceperunt.

Francorũ ſucceſſio.

63. Conſtantius ij. 26.

64. Mezentius. menſ: 6.

Britãnia Francorum ſa-cta.

65. Conſtantinus iiij. 17.

66. Iuſtinianus ij. 10.

67. Leontius. 3.

68. Abiſimarus. 7. 705.

Sarrace-norum clades.

Męca Perſarum Vrbe pẽſili ferrea in arca ſepulto, Sarraceni Haumar Duce Phœnicem, Damaſcum urbium primam Muhamæ templo fœdatam, Aegyptum, Hyeroſolymam, & Antiochiam cum grauiſſ: Chriſtianorum iactura, Syriam item omnem, & Perſidem debellarunt. Annũ uero circiter Hera ſextum Lotharius ij. adulteræ, homicidæ, ſacrilegæq; Fredegendis filius, Francorum rex octauus extinctis Reginæ Brunhildis ſcelere x. cõſanguineis regibus, uniuerſo in ſe coacto regno, hos Duces aliquot regni prouincijs impoſuit, Genebaldum Francum, Francofurt ad Menum conditorem, Teutofrancis, Pipinum Francum, Maumurcij Comitem, & Brabantiæ ducem Picardiæ, & Flandriæ, huius Patrem Andegiſum Pallatio. Comitem Radonem. Auſtraſiæ, Comitem Harponem Burgundiæ. Et Sigisbertum nepotem, eius Theodeberti Aureliæ regis filium, cuius trium millium cæde ad ſe fugati, capite, Colonienſes, Theodoricum Metenſium regem huius fratrem, pacarant. Ducis adpellatione, Lauſanenſibus, Sedunis, Curienſibus, Conſtantienſibus, Baſilienſibus, Alpium, & Rheni colonis præfecit. Longobardis, icto fœdere, tributam laxauit, Victis uero à Saxonibus quingenta boum exegit, Id tum eiſdem relaxatum, fuſis imperauit Sclauis rex Dagobertus I. Qua uictoria Britanniam defenſam, Nidicabillis liberati Ducis adſenſu, Francorum regno coniunxit idem.

Eraclion, Era: priuignus Conſtan: iij. Eraclij filio, à nouerca Martina Eraclionis matre toxico ſublato, inique cum matre imperans, à Conſtante ij. Conſtantini filio, trunco naſo, cum matre reſecta lingua proſcriptus eſt. Hic autem iniquiſſ: & hæreticus, anno imperij ſui quinto Sarracenis Aphricam, ſolo tum æquata Carthagine, anno duodecimo Rhodum nauali pugna turpiter uictus reliquit, anno decimo ſeptimo ab hijs pacto, tributum exegit dietim numos Mille Serũum, & equũm. Anno uiceſimo primo à Longobardis repreſſus, Romam diebus vij. grauius, quam ante multis annis barbari ſpoliauit, Veterum æreis, marmoreiſq; monumentis, atq; ſacris omnibus cum Pontificia direptis. Hinc Syracuſas regreſſus, peroſus omnibus, in balneo ab Armeno Mezentio, tum is à Conſtantino iiij. Conſtantis filio ibidem eſt occiſus. Hic Sarracenis triginta millibus cæde terra, & marino igne recenter inuento, mari deuictis, triginta annorum pacem trium millium auri lib: quinquaginta mancipiorum, totidemq; equorum tributum imperauit. Eccleſias reparauit, Romanis Græcos conciliauit Sed fratres, ne conregnarent, naſo mutilauit, Anno imperij ſui vndecimo Bulgari Scythæ, Bathaia Rege, in Myſiam, à profligato imperatore pacis lege dimiſſam, regnum poſuere. Anno decimo ſexto Picti, Scothi, Britones ab Anglorũ iugo ſe detraxere. Iuſtinianum ij. Con: filium,



IMPERII ROMANI *Con: Imperatores & anni.*



69. Philippicus. 2.
70. Anaſta: ij. 3.
71. Theodox: iij. 1.
72. Leo iij. 24.
73. Conſtantin: v. 35.
74. Leo iiij. 5.
75. Conſtantin: vi. 19. 800.

TVRCA.



filium, in omneis perfidum, naſo mutilatum, Leontius, & hunc ſimili dedecore affectum, Abiſimarus Tyberius proſcripſit. Quo ſecundum annum imperante, ducenta millia Sarracenorum in Syria ſunt à Romanis interfecta. Hos uero Iuſtinianus Bulgarorum auxilio reſtitutus, occidit.

Iuſtinianus ij. recuperato imperio, amicis & inimicis grauis, immutilati naſi uindictam, quoties ſtillantem illum detergeret, aduerſæ factionis uel innoxium unum occidit hominem, Philippicum à Tiberio metu proſcriptum, occiſurus, ab eodem cum filio eſt occiſus. Eo imperatorum tumultu Sarraceni repetitam Lybiam, Aphricam, & Mauritaniam retinuere. Et Veneti auctæ R. P. ſuæ Ducem unanimitati ſeruandæ præfecerunt.

Crudele facinus.

Anaſtaſius ij. Conſtantinopolitanus ciuis arrepto principatu, conciuem Philippicum hæreſis, ob imaginum abolitionem damnatum, oculis, imperioq; priuauit.

Venetorũ Ducatus.

Theodoxius iij. publicanorum ſcriba, Imperate iuſſus, Anaſtaſio fideli ad ſacerdotium ui compulſo, à Leone iij. Syro, Orientalium prætore, uir deuotus in monaſterium eſt actus. Hoc igitur primum annum imperante, Sarraceni à Bulgaris triginta duorũ millium cæde profligati, triũ millium nauium claſſe Conſtantinopolim triennio cinxere, interim peſtilentiali trecentorum millium hominũ nece adflictam, nauibus quinq; uix à tempeſtatum ui ſaluis, obſidionem ſoluerunt. Meliore uero ſucceſſu, illo eodem anno, inter eos, atq; conuenerat, ex Aphrica, uel à Iuliano Viſegothico Duce in ſtupri per regem commiſſi ultionem, prouocati, Mucha principe atrociſſ: octo dierũ conflictu, perempto cum centum millibus Roderico Libidinoſo rege, Hyſpaniam totam, præter Aſturum, Cantabrorum fidam conſtantemq; nationem, quæ tum pelagium, Sanillæ Cantabriæ Ducis filium, Legionis, Aſturumq; regem adpellatum, diuino pręſidio ſeruauit, abolito Viſegothorum nomine, ſibi haud parum parua tum Chriſtianorũ, tũ Romanorum ignominia, uendicarunt. Anno hinc decimo tertio à Vaſconibus aduerſus Carolũ Martellum Francię Pallatinum citati, Galliam & Europę reliqua ſubacturi, Vaſconũ pacatorũ auxilio, à Cardo. Trecenta & octoginta quinq; millia & Habiramæ Regis apud Thuronũ cæde, uicti, Narbonẽſem Galliã claſſe occuparũt. Quos illuſtriſſimus ille triũphator, octo annorũ bello, magnis cędibus, è tota Gallia cũ Viſegothorum reliquijs exterminauit. Huic Francorum regni auctori, Sueuorũ, Bauarorũ, Burgundionum, & Aquitanorũ domitori in gloria, atq; Leoni diuorũ imaginum execratori in Ro: Pon: execratione eodẽ anno uita defunctis, Illi ſcilicet Pipinus, Huic autem Conſtan: v. filij paternorũ imitatores morum ſucceſſere. Ille fide regnum adeptum, & Eccleſiam Ro: à Longobardis defenſam, auxit, atq;

Viſegotharum regni finis.

Caroli Martelli uictoriæ.

Pipini Regis laus.

ditauit,ut deuotus Chriſtianorum imperiali honore donatus , extitit anno Conſtan: decimo . Hic uero perfidia Imperium ſimul & Eccleſiam,hęreticis trecentorum triginta patrum à Concilij imagines tollentis decreto infectam,diminuit,atq; ſpoliauit, ut ſacrilegus,magus,& impius,imperij,fideliumq; communione interdictus,poſt ſæuiſſimam Chriſtianorum etiam defunctorum perſecutionem,uiuus Tartareo ab igne deuoratus eſt,Huius anno tertio Hunni ſeptem caſtris firmatis,Harpad Duce Pannoniam ingreſſi,Albæ ſedē poſuere,ſui generis populo mixti.Annos decē Turcæ Hunnici ſanguinis Scythica gens,Caucaſeis effractis portis , Aſiam cis,& ultra Thaurum occuparunt. Atq; mox inde facto cum Sarracenis fœdere,Perſis & nomen,& regnum reſtituere . Hinc poſt Leonem iiij.& Conſtan: vi. perditos,& execratos Imperatores. Hyrene Auarorum regis filia Conſtan:vi. prudens mater,ablato,propter impietatem cæcato filio,imperans,cum Carolo Francorum rege potentiſſ: Italicum imperium ex pacto diuiſit.Quod Nicephorus Patritij generis Conſtantinop:Hyrene,ne Carolo nupta,imperium amitteret,in Leſbum proſcripta confirmauit. Is à Sarracenis graui tributo ſubactus,à Bulgaris eſt occiſus.Sic deinceps Orientis imperium,Sarracenorum, Turcarumq; manum ſubijt.Occidentis autem,nec integrum Germanis,Ro:Pon:exaltationi ſuæ proſpicientis opera,ceſſit,anno à Conſtan:Magno quadringenteſimo nonageſimo primo.Sic deniq; tunc,Auguſta Ro:Imperij maieſtas ab Orbe in angulũ deducta,infenſiſſimus olim ſui nominis hoſtibus,tanq; peregrina facta,ſpōte ſe ſubmiſit.

Hunnorũ atq; Turcarũ ſucceſſus.

Imperij diuiſio.

IMPERII ROMANI ET FRANCORVM ſucceſſus,Ex Francorum & Germanorum hiſtorijs.



Carolus rerum ab ſe geſtarũ magnitudine cognomento Magnus. Teutofrancus à patre Pipino Brabantiæ , Auſtraſiæque Dux, & Vormatiæ coronatus Francorum rex. Aquitania recepta, tum Carolomanno fratre Sueſſionum rege defuncto . Anno regni ſui ſexto ad Ro:Pon:inſtantiam,Deſiderio,ultimo Longobardorum rege capto, Ciſalpinam Galliam ſuæ ditionis fecit , reliqua uero regni ad patris dona.S.Petro ſubiecit . Inde Saxones triginta circiter annorum bello ſibi,& Chriſto Vuittikindo ſcilicet , & Abdione Ducibus Chriſto baptizatis , domuit. Sarracenis citeriorem Hyſpaniam abripuit,quadraginta millium cædem à Vaſconibus,poſtea deuictis,paſſus. Britannos,Bauaros Taſſillone Duce monaſtica uita donato.Sclauos,Hunnos pene deletos:Sclauos,Danos,quorum rex Gotfridus irrequiete Francos,Saxones,& Abroditas impetebat, & Nortmannos compeſcuit. Solus ipſe principum cunctas intra Danubium, Viſtulam, Rhenum,& Oceanum Barbaras nationes tributis adegit.Victis omnibus uictor plus contulit boni,quam hoſtis intulerat mali.Hinc anno regni triceſimo ſecundo Imperator,cum aui, patriſq;,tum ſui meritis factus,Imperium Italiæ,Dalmatiæ,Calabriæq; finibus,à Grȩcis pacto diſterminatum,Regni titulo,Pipino filio ſubdidit.Quo defuncto,Lud: filio Aquitaniæ rege,Cæſ:coronato,Bernardum Pipino patri ſubſtituit. Plures quam ullus principum Eccleſias condidit,atq; ditauit. Poſtremum inuictiſſimus ille,atq; potentiſſimus Francorum, & regum , & imperatorum uniuerſo imperio religionis, paciſq; legibus ſtabilito,ac filijs teſtato,anno uitæ ſeptuageſimo ſecundo,Aquiſgrani imperij ſede,in magnificentiſſ:operis ſui Diuæ ſacrato uirgini templo ſepultus, in diuorum conſortium eſt relatus.Sub eius imperij finem Bulgari Nycephoro Conſtantinopolis Imp:cũ maiore Senatus parte cęſo,Michaelem caſtris exutũ,cucullo induerunt. Ludoui-

Longobardorũ regni finis.

Bulgarorum ſucceſſus.

IMPERII ROMANI
Francorum Imperatores & anni.
Ex Reginone.



76. CAROLVS.M. 14.
77. Ludouicus pius. 26.
78. Lotharius 1. 15.
79. Ludo:ij. 20.
80. Carolus ij. 2.
81. Lud:Balbus. 1.
82. Carolus iij. 10.
83. Arnolphus. 12. 900.
84. Ludouicus iij. 12.
85. Conradus 1. 7.

Ludouicus 1. Caroli ex Hildegarde Sueuorum duce filius, tum à patre, tam à Stephano Ro:Pon:Imper:coronatus, ſingularis Chriſtianæ honeſtatis & amator, & obſeruator, adeoq́ uir in omnis pius, ut à Lothario impio filio, quem iam, Bernardo ſcilicet defectionis enſe punito, Italiæ regem, & imperij hæredem dixerat, impie captus armis, & imperio ſpoliatus, euincente uero pietate reſtitutus, eidem iure tollenda, pie reddiderit omnia. Quo impio tumultu nonnullæ prouinciæ defectionem tentarāt. Sarraceni Italiam, & Nortmanni Franciam hoſtiliter inuaſere. Sed & Carolinum imperium ſtrenua uirtute partum, agnatorum regum tum ambitione, tum ignauia diminui cœpit.

Cognatorum regũ cædes.

Lotharius 1. porro, defuncto patre, cum Carolo & Lud:fratribus paternam hæreditatem tanta ſtrage diuiſit, ut ea, regni uires adeo fuerint attritæ, quo nedum hoſtes reprimere, ſed & ægre tueri ſeſe potuerint, ſcilicet utrinque plus centum uiginti millium cæde à fratribus ad Fontanetum Alciſiodorenſis agri oppidũ uictus, atq́ alterum profligatus, Ro: Pon: ac Principum interpellatione pactum eſt. Is primogeniti merito, Imperator nuncupetur. Romæ, Italiæ, Narbonenſi Galliæ, Burgundię, & Auſtraſiæ ſuperiori ab ſe Lotharingiæ dictæ, Imperet. Carolus Gallofrancorũ à Britannico mari ad Moſam flumen Rex ſit. Lud:autem Teutofrancorũ ab utroq́ Rheni limite ad extremos Germaniæ fines regnũ teneat. Imperator, ſubinde conſtitutis Romę magiſtratibus, ſuę uitæ pœnitentia ductus, Premēſi cucullo ſe deuocauit. Tũ filijs, Lothario biuxorio, Lotharingiam atq́ Burgundiā.

Imperij diuiſio.

Lotharingiæ ducatus.

Et Ludouico ij. Longobar: regi Imperium tradidit. Dum uero cognati reges iterum ambitione diſſident, uel inertia deſident Imperatores. Sarraceni Aſiani Chriſtianis aditũ in Paleſtinam clauſere. Aphricani autem pars, Hiſpaniam atq́ confinem Galliam, Pars Syciliam Romę ſuburbia, diuorum Pe:& Pau:templa, urbem ipſam Gre: Leoneq́ P. tuentibus, & omnium Italiæ, Dalmatiæ, Tarenti, Syciliæq́ oram, profligatis etiam Conſtantinopolitanorum, Venetorum claſſibus, igne, ferroq́ maxima corraſa præda peruagarunt. Nec minore præterea Britones, ſed præcipue Nortmanni Francos, & Belgas calamitate tunc, atq́ deinceps adflixere, ſed Abroditas, Danos, Nortmannos, Gallas, Bohemos, & Sclauos, à ſui inuaſione ſtrenue retudit inuictus Germaniæ Rex Ludouicus. Eo rege, Francis conſanguinei, Sueuorum duces. Vuighardus, ſe Abbate primo. Lucernę diuo Benedicto Monaſterium condidit. Dietlandus Abbas & Hulricus Cuſtos heremitarũ in Tigurino lacu. Item & Manſen, Manſminſter ſacras ædes fundarunt, atq́ dotarunt. Eodem, anno Car: Calui primo Francofordiæ regni ſui ſede defuncto, relicti filij tres, relictum eis regnum in tria diuiſere regna.

Germaniæ rex.

Germanici regni diuiſio.

Vbi

Vbi Senior Bauariæ Rex Carolomannus Bauariam, Pannoniam, Carantum, Sclauo-
niam, Bohemiam, atq; Morauiam. Ludouicus Oſtrofranciæ Rex, Franconiam, Thu-
ringiam, Saxoniam, Friſiam, & Lotharingiæ portionem. Carolus Alemanniæ Rex,
Alemanniam Sueuiam dictam, utramq; Danubij à fonte ad Bauariam ripam, item, &
Rheni intra Alpes & Limagum flumen ubi Sueuorum nobile caput Duregum, fines
complectentem, ſortitus eſt.

Carolus ij. Franciæ rex, cognomento Caluus, à Nortmannis, à Numeneo Britonum
rege, & à Germanis adflictus, Balduinum Flandriæ, quæ tum Sylueſtris erat, in raptæ
Flandriæ comitatus. ab illo filiæ honeſtationem, generum factum, Comitem dixit. Homo uanus, elatus, &
in agnatos, etiam filios impius, ſuperatis contentioſa uita nepote imperatore, ac fratre
Germaniæ rege, Boſone uxoris fratre Prouinciæ rege dato, imperium ipſe, ambitio-
ne, largitioneq; ab Ioanne Ro: Pon: comparatum, Mantuæ, præſtigioſi Iudæi phar-
maco, Ludouico filio cognomine Balbo reliquit. Quod dum huic Ioannes Pon: coro-
nato firmaſſet, Romani, eo ab Imperatorum numero ſecluſo, clauſoq; in Carcerem
Pon: Carolum iij. Groſſum dictum, Alemanniæ regem aſſumpſere. Imperio iam ad
Teutofrancos delato, tum is, Balbo mox inde mortuo, à Ioanne Pon: Romæ corona-
tus, paucos poſt annos citra ſanguinem utroq; Francorum regno potitus eſt. Vbi
Nortmannorum in Gallia ſedes. Nortmannis, cum auxiliaribus Danis, poſt atrociſſimam inferioris Germaniæ, Bel-
garum, Lotharingiæ, Franciæq; depopulationem, ab illis illatam, quos partim ad
Chriſtum conuerterat, ac Friſia Gotfrido regi data, pacauerat, ſed è regno totos pel-
lere non poterat, rebellium ſibi Gallorum terram Neuſtriam, à uictoribus deinceps
Nortmanniam adpellatam, pacis lege ſubdidit anno imperij ſui ultimo. Quo mira
rerum humanarum uiciſſitudine, optimo uiro imbecilli facto, tum è ſummo à ſe recu-
perato imperio, in ſummam inopiæ deiectionem à Principibus depoſito, Arnolphus
ſpetioſus Caranti dux. Caroloman: Bauariæ regis è nobili concubina nothus, ſolus
tunc è tanta regia ſtirpe imperio dignus habitus, patruo, quem fouit, anno proximo,
Otto Francorũ rex. humanis exuto, ſubfectus. Ottonem Roberti Parriſiorum Comitis filium Vuittich-
indi nobilis è Saxonia profugi nepotem, à Carolo Groſſo Imper: Franconibus præ-
fectum, Danorum Centum millium cæde è Lotharij regno profligatorem, Aureli-
enſi Ducatu donatum, Francorum Regem factum, euerſo Sancti Dionyſij oppido, ac
ſancti corpore Ratiſponam tralato, regem eſſe conſenſit. Inuitus autem paſſus eſt illi-
us ex fratre Richardo Burgund: Duce nepotem Rodolphum, qui, ſe rege in Otto-
Burgundiæ reſtitutum regnum. doro coronato, Burgundiæ regnum intra Iuram montem, & Alpes reſtituit uir ſtre-
nuus, & eruditus. Italiæ regnum, ſoceri ſui Burchardi Sueuiæ Ducis cæde,
contra Berengarium ij. poſtea uero reclamans, Francorum regnum obtinuit.
Henrico Imper: lanceam, inter Imperialia ornamenta cultam, impenſe rogatus, do-
nauit. Sed & Bertha Sueua coniunx ſua, cum & in diuos, tum & in diuorum ædi-
tuos munificentiſſima fuit. Imperator autem ui Romam ingreſſus, à Formoſo Pon:
ab ſe reſtituto coronatus, Zuendebaldum Maharenſium, & Sclauorum ducem, Bo-
hemiæ ducatu ab ſe donatum, rebellem, infœlici, Vngarorũ è clauſtris euocatorum,
auxilio domuit. Nortmannos pene contriuit. Lotharingis Zuendebaldum filium
regem dedit. Poſtremum à contentioſa Italia magnanimis armis, ſed ueneno infe-
ctus, in Germaniam reuerſus, Paralyſi reſolutus, & à pediculis eroſus, Ratiſponæ
conditus eſt. Mox inde Berengarij ſucceſſiue tres ex regia Longobardorum pro-
Berengariorum imperiũ. genie foro Iulij duces Imperium Italiæ, contra Gallos, Burgundos, atq; Germanos
uendicare ſibi conati, Primus, Lud: iij. Arnol: filium, & Lythulfi Saxonum prin-
cipis generum, Veronæ ſibi proditum, oculis, atq; nummis ſpoliauit Id uerò, & ue-
ro ſimilius eſt, Lud: Boſonis Arelatenſi regi contigerit, Illo ſcilicet domeſticis bellis
occupato, Quibus Lotharingiam à nothi fratris tyrannide redemit. Conradi fra-
tris Franconiæ ducis cædem, capitis mulcta, in Albertum Babenbergenſem Comitẽ,
prodente

prodente Maguntino Epiſcopo Hattone, à diabolis in ardentem æthnam rapto, uin- *Hattonis*
dicauit. Difficili ſtrage uictor, per inſidias uictus, cum Vngaris hoſtibus tributo pacē *Epiſcopi*
pepigit. Hij porro ab Arnol: imper: concitati, mox ſub initium Imper: Lud: à Bauaris, *facinus.*
Bulgaris, & à Græcis uictis, tributa exegere. Germaniam uiciſſim, & Italiam repetitis
uicibus, hoſtiliter inceſſitarunt. Interea uero Mauri Sarraceni Syciliam, Calabriam, *Sarrace-*
Apuliam, Romanorum fines atrociſſ: diripuere. Lud: autem Imper: ab hiſce pertur- *ni.*
bationibus elato, dum eius ſororius illuſtris Saxoniæ princeps Ottho, Imperium, æta-
tis ob grauedinem, recuſatum.

Conrado i. Haſſiæ Comiti, cæſi Conra: Fran: D. filio, ultimo ex Carlingorum ſtirpe
Imperatori prima hac principum, iuxta Car: M. decretum, electione decreuiſſet. Idem
is Germaniæ Principibus, aut armis, aut amicitia conciliatis, ſeruatum, pro optimi *Imperiū*
Principis officio, prælata R. Pub. commoditate fratris Eberhardi Francorum D. ami- *à Francis*
citia, & hoſtis Henrici Saxonis inimicitia, moriturus, Principi tanquam inter Ale- *ad Saxo-*
mannos & uiribus, & ingenio pollentiori, Henrico Otthonis Saxonis filio, ſuoq; co- *nes trans*
gnato tradi perſuaſit. Sic Romani nominis Imperium nunc à Francis ad reliquos Teu *latum.*
tonum Principes ire cœpit. Hij uero tres poſt Arnol: Imperatores, tum propter factio
ſam Romanorum Pon: Italiæq; Principum ambitionem, tum propter graues inteſti-
norum, hoſtiliumq; bellorum motus, Romanam coronam non ſunt adſequuti. Vnga- *Arnoldus*
ri, ad quos Arnoldus Bauariæ Dux à Con: Imper: ob rebellionem pulſus, cum uxore, *Bauariæ*
liberiſq; confugerat, ad Inum flumen ſemel ab Imper: Con: profligati, tum uero nouis *dux.*
è Scythia Hunnorum turbis aucti, nimboſi turbinis inſtar, Germaniam omnem,
Belgas, utraſq; Rheni ripas, ad ſolum euerſa Baſilea, Alpes tranſuecti, Italiam Ro-
mam uſq; & Dalmatiam ferro, flammaq; cuncta uaſtando, ſæpenumero, ac tam diu per
uagarunt, donec ab Otthone i. Imper: intra ſepta ſua coacti, tum ſub Hen: ij. ad Chri-
ſtum conuerſi, mitiores euaſere. Sub id Veneti, Qui prius contra Pipinum, Car: M. fi- *Veneti.*
lium Italiæ Regem libertatem ſuam, nunc aduerſus Vngarorum rabiem, etiam ui-
tam, ſtrenue defenſarunt.

PONTIFICATVS ROMANI ſucceſſus.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



116. Stefa. vi.
1.

STephanus vi. R. peſſimo contra decre-
tum, uel infringendi, uel auferendi maiorum
decreta, exemplo, Formoſi, cuius cadauer pon
tificiali ornatu ſpoliatum, mutilis indicibus *Pon: im-*
plebeiæ ſepulturæ tradidit, acta penitus abrogauit. Hu- *pietas.*
ius autem uiciſſim acta reiecere Formoſum probantes
Rom: R. Theo: & Ioannes ix. R. Quiete deceſſit. Bene-
dict: iiij. R. Leonem v. ignobilem, ignobilis Chriſto-
phorus inique, hunc uero Sergius iij. R. iuſte car-
ceri mancipauit. Impie tamen Formoſi cadauer,
capite truncum, ad indices in Tyberim demerſit, à
piſcatoribus ſanctorum imaginum cultu mire redu-
ctum, Anaſtaſio iij. & Landone R. obſcure defunctis,
Ioannes x. Sæui Pon: Sergij Sæuus filius per tumultum
Epiſcopatu Rauennenſi deturbatus, obtento per ambi-
tionem Pō: Ro: Vbi arrogatum de propulſis Sarracenis,
quos Romanus Conſtantinopolitani Imperij uſurpator
in Calabros, & Apulos incitarat, triumphum egiſſet, atq;
ſubinde

Notes	No.	PAPATVS ROMANI Pontifices & anni.
	117.	Romanus menſ. 4.
Sarraceni Vngari.	118.	Theodorus ij. dies 20.
	119.	Ioannes ix. 2.
Sarraceni Genuã ſpoliant.	120.	Benedict: iiij. 3.
	121.	Leo v. dies 4.
	122.	Chriſtophorus. 1.
	123.	Sergius iij. 7.
	124.	Anaſta: iij. 1.
	125.	Lando. 1.
	126.	Ioannes x. 13.
Imperatori Pon: inſtitutio reſtituta.	127.	Leo vi. 1.
	128.	Stefa: vij. 2.
	129.	Ioannes xi. 4.
	130.	Leo vij. 4.
	131.	Stefa. viij. 3.
	132.	Marti: iij. 2.
	133.	Agapitus ij. 9.
	134.	Ioannes xij. 9.
	135.	Benedict: v. menſ. 6.
Portentũ	136.	Leo viij. 2.

ſubinde Vngaris adfligendæ Italiæ cauſam præbuiſſet, à militibus Hetruriæ Marchionis Alberici uictoris commilitonis ſui, factione ſua perẽpti, ceruicali ſuffocatus eſt.

Sarraceni Conſtan: Imper: fœderati, ab Alberico repulſi, Gargano monte communito, multos hinc per annos Italiam uexarunt. Vngari uero ab illo euocati, Hætruriam, cæſis, uel raptis utriuſq; ſexus incolis, depopularunt. Similem calamitatem, ſanguineo fonte portentam, Genuenſibus paulo poſt intulerunt Sarraceni. Leone vi. Stefa. vij. Ioanne xi. Ioannis x. fratre, & Leone vij. Romanis cũ Pace, quod nunc mirũ fuerat, ſepultis, Stepha. viij. Germanus per ſeditiones adeo laceratus eſt, ut ob deformitatem in publicum prodire uerecundaretur uir manſuetus. Et huic ſimilis Martinus iij. R. Agapitus ij. R. Reſtituendæ Ro: Imperijq; R. P. cauſa, per Legatos Otthonem Imper: accerſiuit. Ioannes xij. R. ambitioſus, atq; probroſus Imperatoris, ab ſe faſalli, ſi non adfictum eſt, receptum inter decreta iuramentum, facti, tumq; coronati ſpretis monitis, ex prophano, Leone viij. ſubfecto, depoſitus, atq; mox illo reiecto, repoſitus, in adulterio compræhenſus, uitam cum uitijs amiſit turpiſſ: Benedict: v. R. Quod nõ requiſito Cæſ: fuiſſet electus, in Saxoniam proſcripto, Leo viij. R. ab Imp: reſtitutus, eidem & ſucceſſoribus ſuis in publica Synodo, relaxatis Conſtan iiij. & Lud: ij. donationibus, iuxta Adria: Pon: decretum, R. Pon: creandi poteſtatem fecit, atq; eius in re Pontificia geſta probauit. Hinc Imperator Ioannis xiij. R. Epiſcopi filij ab exilio reuocati, uexatoribus grauibus adfecit ſupplicijs. Benedict: vi. R. nullo uindice, ciuili in carcere laqueo perijt. Donus R. ſingulari nunc Dei dono pacifice defunctus eſt.

Bonif. vij. ut ignobilis, utq; ſacrilegus, diuo Pet: ſpoliato Conſtantinopoli ad Benedicti vij. R. cõcordiæ ſtudioſi obitum, exul.

Ioannes xiiij. R. nece, numiſq; Pontificatum repetitũ, mox amiſit, uel mortuus ferro diſcerptus.

Ioannes xv. Romani Presbiteri filius, Presbyterorum oſor, malo ad poſteros exemplo, cognatis diuina pariter & humana profudit.

Ioannes xvi. R. ab exilio reductus, cum literis uitam in pace peregit.

Gregorius v. Otthonis Sueuiæ Ducis filius, & Otthonis Magni ex Lytulfo filio Pronepos, ab auaro Conſule Creſcentio, Ioanne xvij, Græco pecunijs intruſo, pulſus, agnati imperatoris auxilio Creſcentio, amputatis membris ad furcas damnato, Ioanne uero tum oculis, tum uita priuato, ut inſtitutus, ita eſt & reſtitutus.

Siluester ij. Gallus, Monachus Floriacenſis Magus. Diabulo, cui ob id ſe deuouerat, iuuante, cum doctus, tũ à Principum gratia Pon: factus, repentina in ſacrificio

morte

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



137. Ioannes xiij.
8.
138. Benedict:vi.
1.
139. Donus.
1.
140. Bonifa:vij.
1
141. Benedi:vij.
8.
142. 143. Ioan:xiiij. Ioan:xv
1.
144. Ioan.xvi.
10.
145. Grego:v.
3.
146. Ioan:xvij.
1.
147. Syluest:ij.
2. 1003.
148. Ioan.xviij.
1.
149. Ioan.xix.
5.
150. Sergius iiij.
3.
151. Benedict.viij.
12.
152. Ioan.xx.
11.

morte correptus, crimen palam confeſſus, miro miraculo ſaluum ſeſe, defunctus, prodidit. Sergius Ioanne xviij. ignoto per uenenum, & Ioanne xix. R. Qui authore Odilio Cluniaci Abbate, fidelium animarum quæſtum, omnium ſanctorum feſto ſubiunxit, otioſe defunctis.

Sub otioſo Sergio iiij. R. negotioſi Nortmanni, Guilelmo Tancredi Magni filio duce, ſuperatis Græcis, & Sarracenis utranque Syciliam inuaſere. *Nortmanni Syciliā inuadūt.*

Benedict:viij. Tuſculanus Laicus, factioſos ciues, atque ſciſmaticum multa ui deuicit, Hen: Imper: fauore clarus.

Ioannes xx. R. Pontificatum ante ſacerdotium ui adeptum, Imperatoris auxilio retinuit.

Benedict:ix. Benedicti viij. nepos, Pontificatum ſcelere comparatum, rudibus, & ignauis, ſciſmaticis uendidit homo rudis, & ignauus, tū, cū Conpontificibus, Syluest: ſcilicet, & Gre: vi. R. in Germaniā proſcripto, ab imperatore depoſitus, ſubfectū Clemen: ij. Saxonem Bababergē ſem Epiſcopū, uirum bonū ueneno ſuſtulit. Quo eodem ſcelere mox interijt Aquileiēſis Patriarcha Bauarus.

Damaſus ij. Scribit quidam cōtemporaneus ob huius Benedicti, & Greg: vij. ambitionem Brazuti, horum socij facinore ſex à ſucceſſione R. Pō: ueneficio perijſſe. Leo ix Comes de Egisheim, Tullenſis Epiſcopus, uir ſanctus, & eruditus. Eccleſiaſticum ſtatum in Gallia, Germania atque Pannonia poſtquam reformauit Ro: reuerſus, Beneuentum ab Imp: pro relaxata Bababerg: Eccleſiæ penſione, R. Pon: donatum à Nortmannis erepturus, amiſſo exercitu, captus, abſque ſocijs dimitti noluit. *Scelus.*

Victor ij. Bauarus Euſtatenſis Epiſc: deuictis Florentiæ & ignominia notatis fornicarijs, atque Simoniacis, per ſubdiaconum ueneſico calice uictus eſt.

Stepha ix. Lotharing: Ducis frater Caſſini Abbas. Mediolanenſem Eccleſiam ducentos annos alienatam Romanæ reddidit, fornicarios, atque Simoniſtas expugnaturus occubuit.

Nicolaus ij. Sabaudus Florentinus Epiſc: Bened: x. Campanum Simoniacæ militum ui creatum, Velitras, quorum Epiſcopus fuerat, execratum, relegauit. Eligendi Pon: formam Cardinalibus tradidit. Et, quod Imperatoris fuerat Robertum Guiſcardum, Qui è Gallia profectus, eas gentes imperio Conſtantinop: ſubactis Græcis, & Sarracenis ademerat, ab execratione ſolutum, pacto fœdere, uectigalem R. Pon: factum, Apuliæ, Calabriæ, Siciliæque ducem adpellauit. Berengarij Andagauenſis Eccleſiæ Diaconi de Euchariſtia ſenſum damnauit. *Primus è Nortmannis Syciliæ dux.*

Alexander ij. Mediolanenſis, ſciſmaticum ſtipatum, imperatorijs armis, uix Mechtildis præſidio ſuperauit, ueniaque donauit. Alleluia in ſeptuageſimæ luctu ſilere iuſſit. *Berengarij damnatio.*

Gregorius vij. Saonenſis cluniaci Monachus, dequo,

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

156. Clemens ij.
2.

Diſcordia Papatus & imperij.

157. Damaſus ij.
dies 23.

158. Leo ix.
7.

159. Victor ij.
2.

160. Stefanus ix.
1.

Pōtificis Ro: execratio formidabilis facta.

161. Benedict. x.
1.

162. Nicolaus ij.
3.

163. Alexander ij.
12.

164. Gregorius vij.
12.

165. Victor iij.
1.

166. Vrbanus ij.
12.

167. Paſcalis ij.
19.


uel ſolo Pontificū, mire diuerſa ſcribūtur, Quod ſub eius Pontificatu, tota & ciuilis, & Chriſti res pub: multis, magniſq; calamitatibus ſtupende perturbata ſit. Ab Italis nēpe eius ſolius electionis forma pub: in literas edita, geſtorum magnanimitate, in omni uirtutis genere laudatur, à Teutone autem & Bennone Car. è diuerſo, uiolenta occupatione, malefactorumq; perficatia in omni uitiorū labe criminatur. is porro de carcere, in quem à ſacræ noctis ſacrificio Cintij ui raptus fuerat, populi tumultu liberatus, Imperatorem bis rebellantē execrauit, tum principes etiam agnatos, ſacramento Pontificia authoritate ſolutos, in eum concitauit. Antipapæ cum conſortibus Simoniſtis, Fornicarijs, & hijs conniuentibus Epiſcopis maledixit, ac quoslibet ab illorū Miſſis deterruit. Sed & uacuas manus à miſſa repudiauit, Laicū decimas poſſidentē ſacrilegij, Inueſtituram dantem, & à Laico recipientem idololatriæ cenſura couſtrinxit. Quarta Synodo in libro conuocan: tranſubſtantiationem ſtatuit. Cœlibatū perpetuum, multis reclamantibus, clericis uniuerſis, & Monachis carnium abſtinentiam ſtricte mandauit. Primus, uel ipſe omnium maxime plumbeum Pō: Ro: gladium adeo potentem reddidit, ut eius ui, ferream imperij uim deinceps obtuderit pene totam. Quo ſuperbiens, ab imperatore cum graui urbis calamitate obſeſſus, tum grauiori urbis exitio, incendio ſcilicet uaſtiſſimo, Normannorū auxilio Salernum abductus, tuto in exilio uitam finiuit. Hinc Victore iij. Caſſinenſe Abbate, Gregorij defēſore, nephando calicis toxico deuicto, Vrbanus ij. Cluniacenſis Abbas Italorum ſeditione in Galliā pulſus, anno Pontificatus ſui 8. in Synodo Claromontana, confirmatis in Imper: & Antipapam Gibertum Rauennatenſem Archiepiſcopum Gregorij actis, Epiſcopum ſine titulo factum, damnauit. Francorum regem Philippum ob digamiam Eccleſiæ à communione ſecluſit. Diuæ Mariæ Virgini horarias preces inſtituit, & eidem Sabbati diem dicauit, Vir ſanctus. Atq; tum Trecenta millia Chriſtianorum, Hieruſolymæ recuperandæ cauſa, cruce ſignauit, Romæ biennio la-
1117. tens, hominem exuit.

MONARCHIÆ IIII. ROMANÆ GERMAnorum ſucceſſus, ex Latinorum & Germanorum hiſtorijs.

HEnricus 1. Primus libera poteſtate Saxonū, atque Thuringorū Dux, Francorū cognatus. Principū conſenſu Germanorū Rex, & Romanorū Imperator adpellatus, prudētis, magniq; animi Vir: Cōpoſitis Alemannis, tū uoto Simoniæ tollēdæ facto, Vngaros cruētiſſ: ad Mereſburgū ſtrage fuſos, pacauit. Arnol: Bauariæ ducem

IMPERII ROMANI
Germanorũ Imperato res & anni.





ducem, Ratisbonæ deditum, reſtituit. Cum Carolo Fran
corum rege, icto fœdere, Lotharingiam imperio reddi-
dit. Siptineum Bohemiæ Comitem, Borſinoo patre illi-
us primo ex Bohemiæ Principibus à beato Methodio *Primus*
Morauorum præſule Chriſto baptizato, deuictũ, Criſto, *Bohemiæ*
imperioq; ſubiectum, ducis adpellatione donauit. Bohe- *Dux.*
mis igitur, Sclauis, Dalmatis, Danorum, Normannorum,
Abroditarumq; regibus uictis, tributum, & religionem
imperauit. Redatiorum rebellium ducenta millia contri
uit. Leopoldo Sueuiæ Duci ſororio ſuo, Marchiam Ori-
entalem hærede exutam, ſubdidit anno Imperij ultimo.
Poſtremo laceram compoſiturus Italiam, ceſſit è uiuis,
relicto ex illuſtri Regina Mathilde, illuſtriſſimo Rege
Otthone Magno, Qui ſeditioſos, atq; rebelles, præſer-
tim agnatos, Principes, armis audientes facere coactus,
haud minore fortuna, quam ui Eberhardum Pallatinum
francorum D: atq; ſororium ſuum Giſelbertum Lotheriꝫ
D: fudit Conradum Francorum D: generum Lotharia.
Henricum fratrem Bauaria, & Lytulfum filium Hermao
ni Sueuorum D. generum Sueuia data pacauit. In Boles-
laum Bohemiæ D. Vincelai illius in Sanctos relati fra-
tris, cædem, quatuordecim annorum bello, uaſtata gen-
te, uindicauit. Boleslaum Poloniæ per eam tempeſtatem *Primus*
Comitem bellicoſiſſ: regem ſe adpellantem, tributis ſub- *Poloniæ*
actum, Regem dixit. Daniam, tributariam factam, in *rex.*
tres Epiſcopatus diuiſit. Ludouico Boſonis filio in Mo-
nachum attonſo, Aralatenſe regnum, Belgas & Lotharin
giam. Item & Longobardiam in prouintiam redactam,
Imperio reſtituit. Diſcordes ſororios ſuos Gallorum Re-
86. HENRICVS I. gem, & Principes ferro, flammaque compoſuit. Tum an-
no imperij ſui uigeſimo Vngaros, qui iam per Germani *Vngari*
am omnem, & ad Oceanum Gallicum uſque, per Itali- *domiti.*
17. am circumuerſi, diripuerant omnia, Diui Hulderichi
Comitis de Diligencij Auguſtenſis Præſulis auſpitio,
87. Ottho I. cruentiſſ: ad Lycum amnem cæde, tribus eorum regulis
ad gentis dedecus laqueo ſuſpenſis, amiſſo genero Con
38 rad. Francorum Duce, Hungarorum prouocatore, intra
Pannoniæ fines deliteſcere compulit, Sclauos quoq; retu
88. Ottho. ij. dit. Pacatis igitur Germaniæ, Galliæq; rebus, Patriæ *Berenga-*
Pater, & Mundi amor adpellatus, ad Italiam, Vrbemq; *ni deleti.*
pacandam à Cardinalibus accitus, anno Imperij Viceſi-
9. mo ſexto Italiam ingreſſus, Berengarium iij. decem num
morum modijs à Taxis Vngarorum regis præda redemp
89. Ottho iij. tũ, cum Alberto filio, hunc Coſtantinopolim, illũ uero Ba
benbergam proſcripſit, Tyrannos domuit, Romam ferro,
18. 1001. diraq; fame ad deditionem coegit. Qua Romanis, & Ita-
liæ turbationibus ſedatis, imperij Romani Auguſtus ex-
titit coronatus. imperium glorioſe demum, poſt contu-
melioſam, cruentamq; Otthonis ex nobiliſſ: Burgundo-
rum, Sueuorumq; ſtirpe Adelhade filij ſui cum Græco-

rum Imperatoris filia deſpōſationem, grauiter in Apulos, & Calabros ultam, Aquiſgrani finiuit, in Magdeburgenſi ab ſe dedicata Eccleſia ſepultus. Vir pius quinq; Epiſcopatus in Saxonia fundauit, repertis argenti uenis diues, multos iuuit. Chriſti rem promouit. Sub eo nempe, Vngari, Dalmatę, Sclaui, Poloni, Pomerani, Dani, Pruteni, Suedi, Noruegij Chriſtum adire cœperunt. Succeſſere huic non degeneres Otthones duo, filius ſcilicet, Sarracenorum mactator, ac nepos mirabilia mundi dictus. Ille Gallis Lotharia, Belgicaq; excedere compulſis, fuſiſq; in Dalmatia Grecis, Apuliam, atq; Calabriam Romanis redditurus, à Græcis Sarracenorum præſidio, amiſſo exercitu, Beneuentanis non impune, fuga uix ſaluatus, Romæ diem clauſit. Alter uero ex agnati Hen: Bauariæ Ducis manibus ereptus, Romanorum ſeditionibus ſopitis, Imperij Ro: principatum, agnati Græ: Pon: conſenſu, ad conſtitutos utriuſq; ordinis Germaniæ principes Electores relatam, Germanis in perpetuum confirmauit, ægre à Romanis Germanicæ gloriæ impatientibus, in Germaniam non ſine ueneni ſuſpitione remiſſus, uiſcera Auguſtæ, & corpus Aquisgrani reliquit. Sub eo Hugo Capetus Pariſij Comes Carolingorum regnum in ſuum nomen tranſtulit. Cunto Datiæ rex Angliam, Scotiam & Noruegiam obtinuit. Beroldus è Saxonum genere Comes Sabaudiæ Comitatum, ſubactis Tyrannis, inchoauit.

Ottho ſecundus et tertius.

Primus Sabaudiæ Comes.

PONTIFICATVS ROMANI SVCCESSVS.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



168. Gelaſius ij.
1.

169. Calixtus ij.
6.

170. Honorius ij.
5.

171. Innocen: ij.
12.

172. Celeſtin: ij.
menſ. 6.

Decretū de cenſuris & inueſtituris

Burdini ignominia.

Rogerius rex factus.

PAſcalis ij. Tuſcus, tanquam Apocalyptícus ſeptem, Aſiæ tunc deuictæ, Eccleſiarum angelus, introductus, duos Imperiales ſciſmaticos euicit. Ab imperatore cum Epiſcopis, & Cardinalibus in ſacro Paſcalis die captus, Imperatorum in Eccleſiæ rebus acta ſacramento comprobauit. Quę, ſolutus, omnia, uti uiolenta, in Pub: Synodo reſcidit, ſua & Greg: vij. authoritate decernens, Hæreſium facile maximas eſſe. Ro: Pon: uel obedientiam, uel cenſuram negligere, Atq; ſacerdotij inueſtitionem è prophana manu agnoſcere. Cuius rei cauſa Ro: & Eccleſia, & imperium, utroq; ſuam maieſtatem tueri conante, impacabiliter diſſident. Mathildis Hen: iij. à ſorore neptis diuite teſtamento, ſcilicet Sancti Petri patrimonio, ditior factus.

Gelaſius ij. Caietanus à Cincio Ro: ciue calcaribus calcatus, & ab Antipapa telis in Galliam fugatus, illic obijt.

Calixtus ij. Gallus, Imperatore hoc pacto, quo Epiſcopi, Abbates, & Prælati imperij præſente Imperatore, tū & externi electi, mox ab Imp: regalia, & à Pon: Ro: Eccleſiaſtica redimāt, pacato, Burgdinum per ignominiam adpellatū, Bracharenſem Archiepiſcopum ſacrilegum Antip: captū, uerſaq; facie camelo impoſitū, monaſterio clauſit.

Honorius ij. Bonnonēſis. Rogeriū Normannū, Apuliæ ducē firmauit. Aquilegienſem aūt & Venetū Patriarchas, Sciſmaticorū fauoris, dignitate priuauit.

Inno: ij. R. cū Rogerio Siculo, cui captiuus etiā regis denegauit adpellationē, pacatus, Anacletum Columnā Antip: Diui Petri ſpolijs diuitem, Rogerij coronatorem in Galliā declinauit, ab Imper: Loth: cui aduerſus Conrad: fauit, reſtitutus, Cleri uiolatorem diro ſubiecit Anathemati.

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



173. Lutius ij:
1.
174. Eugeni:iij.
9.
175. Anaſtaſi:iiij.
1.
176. Adrianus iiij.
5.
177. Alexander iij.
23.
178. Lutius iij.
3.
179. Vrbanus iij.
2.
180. Gregor:viij.
menſ.2.
181. Clemens iij.
2.
182. Celeſtin.iij.
7.
183. Innocen.iij.
18. 1216.

mati. Sed in nouando diſcordiæ materiam, quo minus, ad ſcriptã S.Pet: patrimonio utramq; Syciliam, Imperij debi to repeteret, Hen:Superbũ, & Guelfonẽ fratres Bauarię D. Regis Rogerij præſidijs adiutos, aduerſus Conrad: Imp: armauit, Quibus à profligatione dominio per Imp: mulctatis, horum bellicis è ſymbolis, Gibelin uidelicet, Imperialis, & Guelf: Pontificię factionis uocabula, toti Italiæ nullo unquam hoſte plus exitioſa hic ſunt aborta. *Gibellino rum & Guelforũ factionis ortus.*

Celeſtino ij. Tuſco propere defuncto, Lutius ij. Bononenſes, non impetrato domeſticis occupati Cęſaris auxilio, ui, qua potuit, impoſiti Senatus Capitolium irrupturus, à populo lapidibus mutilatus, ſacerdotio fungi non potuit. Mirum id tempeſtatis, ut, quos externę nationes, pręſertim Germani Ro: maieſtatis obſeruantes, Romanum, imò tanquam cœleſte numen ſuſpitiebant, atq; formidabant, Romani ipſi uix homines eſſe ſinerent.

Eugenius iij. Piſanus, Abbas, pacto Senatus, Vrbiſq; præfecto in ordinẽ redacto, baliſtis ſequẽtibus, in Galliã fugatus, Diui Bernardi Clareuallis Abbatis ſuaſu, Lud: Francorum regem, & Con: Imp: Hieroſolymam graui rerum ſuarum iactura tranſmiſit. Anaſtaſius iiij. R. Abbas Mariam rotundam dedicauit.

Adrian: iiij. Anglicus, Noruegios Chriſtum docuit. Vrbis adminiſtratione in ſe coacta, ad cõſpiratorũ gratiã, pecunia corruptus, Guilelmũ in gratiã receptũ, utriuſq; Syciliæ Regem coronauit. Reclamantẽ uero Imperatorem Frid: ab ſe coronatum, atq; regij Papatus admonitorem, dyris deuouit, muſcæ glutione perijt.

Alexand: iij. Senenſis eruditus, atq; plus modo fortis, diſcordibus cum altero ſuffragijs aduerſus Imperatorem, Syculorum, Longobardorumq; pręſidijs, erectus, Imperatore ius ſuum petente, cum quatuor ſciſmaticis, non ſine maxima totius Italię calamitate, Chriſtianęq; glorię iactura, uiginti annorum dyris, ferroq; pacata, ter reſtitutus, Ro: Conſules in ſe iurare coegit. Atq; Ro: Eccleſię iura decreto Concilijs firmauit. Sui belli monumenta reliquit, exciſam patritiam Albam atq; ſuo nomine ſupra Tęnarum amnem conditam Alexandriam. *Ex ambitione grauiſsima Papatus & Imperij diſcordia.*

Lutius iij. Lucenſis à Conſulibus, quos expellere ſtatuerat, expulſus, Veronę defunctus Scortatorum, quoad hij tolerantur, ſacra adprobat. Vrbano iij. Mediolanenſi, Ferrarię, Gregor: viij. Beneuentano Piſis, Clemen: iij. & Celeſ: iij. R. Romæ, in Hieroſolymę recuperandę ſolicitudine anxiè elatis.

Innocen: iij. Anagminus, Comes, Decretalium auctor, cõmoditatem à pupillo ſuo Imperatore nactus, Diui Petri patrimonium recuperauit, eiecto ſcilicet Marquardo de Anvuiler: Hen: dapifero, Romaniam, Rauennę, & Anconę principatum, à Philippo Imper: Mathildis dominium, & à Cõſtantia regina, ſublatis priuilegijs, Apu-

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



Domini-canorum Franciſca-norum et Teutono-rum mili-tum ſuc-ceſſus.

184. Honor:iij.

10.

185. Gregor:ix.

14.

186. Celeſtin.iiij.

dies 18.

Angelica ſalutatio.

Vacat 1.

187. Innocen:iiij.

11.

Vacat. 1.

188. Alexand.iiij.

7.

189. Vrban:iiij.

4.

Cardina-lium ſe-des repa-rata.

liam,& Syciliam. Item Ioannis Regis dono, Angliam & Hiberniam, cum annua penſione, & à Frid: Imper: Comitatum Fundanum Eccleſiaſticæ recognitioni ſubdidit. Eaq; retenturus, Philip: & Frid: Sueuis Otthonem Saxonem oppoſuit. Et eundem, pacti negligentem, depoſuit. Celeberrimam ſcilicet duorum patriarcharum ſeptuaginta unius Metropolitanorum quadringentorum & duodecim Epiſcoporum, octingenta Abbatum & Præpoſitorū pro recuperando Hieroſolymorum regno, Synodum in Laterano, anno Ponti: ſui ultimo celebrauit. Vbi inter multa decreta, Paſcalem & Confeſſionem, & Communionem neceſſariam fecit, Decimas Laicis abrogauit. Principum diſcordias, atq; diſcordem Imperatoris electionē, Ro: Pon: arbitrio ſubiecit. Principum princeps iamnum effectus, Peruſij Genuenſium, Piſanorumq; litem compoſiturus, obijt.

Honorius iij. R. Decretalium epiſtolarum compilator. Inſtituta B. Dominici, Franciſci, atq; Teutonicorum militum in ſuam fidem & obedientiam aſſeruit. Hos Ptholemaida fruſtratos anno Pon. 4. poſtulante Polonorum D. Conrado, cōcedenteq; imperatore aduerſus Chriſti hoſtes, fœlici ſucceſſu Prutenis impoſuit. Petrum Antiſiodorenſem Conſtantinopolis Imper: coronauit, biennio carcere poſtea uexatum. R. Imper: ſacratum execrauit.

Greg: ix. Anagninus Innocen: iij. nepos aduerſus Imperatorem armis, & altera execratione decertans in Concilio abrogationis ſentētiam dicturus, ſed Cardinalibus, Legatis, & Epiſcopis ab Entio rege in patris manus raptis, in Imperatorem non impune crucem ſtatuit. Angelica tum ſalutatione, atq; Veringenſis Comitis Monachi deuotiſſimi Hermanni Contracti. Hen: iij. contemporanei Cantico, Salue regina, ad Campanæ ſignum Diuæ Virgini dedicatis Cymbalo Euchariſtiæ ſubleuationi iuncto, Decretaliumq; promulgato codice, tribulatum exuit hominem.

Celeſt: iiij. Mediolanenſi propere ſub id tempus defuncto. Quo Imperator Fauentiam capiens, auri argentiq; ſignati penuria, coriaceis auguſtanis ſtipendia ſoluit.

Innocentius iiij. Genuenſis Fliſca, poſt decimū & nonū uacui Pon: menſem. Bizuntini Imper: interuentu, liberatis è Melphitano carcere Cardinalibus, Pontifex, tum ex amico hoſtis Imperatori factus, deſperata pace, Lugdunum confugit. Vbi conuocata Synodo, in Imperatorem execratione grauatum, abrogationis decretum protulit. Contra Suendebaldum Pomeraniæ Ducem, Prutenos, atq; Coraſminos Arabes atroces, Teutonicorum militū, Templariorum, Chriſtianorumq; perſecutores crucem ſignauit. Feroces Tartaros Chriſti prædicatione mitigauit. Decretaliū apparatū, & Autenticas edidit, à Conrad:

morte

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



190. Clemens iiij.
4.
Vacat 2.
191. Gregor. x.
4.
192. Innocen. v.
193. Adrian. v.
1.
194. Ioannes xxi.
1.
195. Nicolaus iij.
4.
196. Martin. iiij.
4.
Vacat 1.
197. Honorius iiij.
2.

morte Romam eſt reuerſus, Cardinalium ſedes pene deſolatas, conſcriptis undiquaqꝫ doctis, atqꝫ moratis uiris, galero rubro, & equo decoratis, reſtituit. Neapoli, Sueuorum principatum extincturus, obijt.

Alexand: iiij. Anagninus Interfecto per crucem ſignatos Manfredi partium Ecelino, potentiſſimo omnium, quos Italia ſine regio nomine pertulit, è Germanis orto Tyranno, Ciſalpinas urbes in R. Eccleſiæ protectionem ſe dedentes, ſuſcepit. Viterbij defunctus.

Vrbanus iiij. humilis generis Trecenſis Gallus, Patriarcha Hieroſolymitanus, cum Lud: Francorum rege è Turcarũ manibus redemptus. Manfredus Sycilię regem, cõpoſitis Aſiaticis, Venetis, Genuenſibus, atqꝫ Piſanis, Sarracenorum auxilio graſſantem, Gallorũ armis, fuſis ſemel Sarracenis, cohercuiſſet, ni mox Peruſij mundũ hũc deſeruiſſet. Venioſum Euchariſtiæ feſtum celebrauit.

Clemẽs iiij. Narbonenſis Vrbani cœpta proſequutus, Carolum Andegauię, Prouinciæqꝫ Comitem. Diui Lud: Francorum regis fratrem, Sycilię, Hieroſolymęqꝫ regno, hac lege donauit, qua illo ſuis ſumptibus adquiſito, iuratus Eccleſiæ R. Faſallus, quotannis quadraginta millia Ducatorum feudi penſionem R. Pon: ſoluat. Atqꝫ uel à Germanis electus, imperium recuſet. Tum eidem re confecta, Senatoriam Vrbis, Tuſciæqꝫ pręfecturam, R. Eccleſiæ nomine adminiſtrandam tradidit. Sed Eccleſiæ bona, pauperibus eroganda, frugi exemplo conſtituit, eademqꝫ etiam legitime ante ſacerdotium ex ſe natis, denegauit. Illegitimum, cauſans, eũ eſſe Petri ſucceſſorem, qui plus carni, quam Chriſto tribueret. Eo autem Viterbij defuncto, Cardinales ſui plus, quam Chriſti longo certamine uicti, extra ſuum collegium Syrię legatum Theobaldum Placentinum Epiſcopum præſtantem uirum reuocatum, Viterbij coronarunt. *Andagauenſium Neapolis regnum.*

Greg: x. Qui Lugduni Synodo congregata, Palæologo cum Græcis nunc tredecimo Eccleſiæ R. conciliatis, Conſtan: Imper: cõtra Balduinum & Car: Syciliæ regem firmauit, Atqꝫ concordatis Germanis Imperatorem imperauit, & adprobauit Rodolfum Habſpurg.

Inno: v. Tarantaſienſi Dominicaſtro, & Adri: v. Genuenſi Fliſca obiter defunctis. Ioannes xxi. Vliſibonenſis, literis, & medicinæ, quam officijs Eccleſiaſticis aptior, uitã ſibi longam præſagiens, Viterbij cum luſoria aula corrutus, præſagij uanitatem mox eſt expertus. *Sycilia ad Hyſpanos trãslata.*

Nicol: iij. R. Vrſinus, Magnificus, Eccleſiæ amplificandæ ſtudio, Senatorium magiſtratum, Hetruriæqꝫ præfecturam Car: Syciliæ regi, armato contra eum Aragonum rege Petro, abſtulit Gallicum Pon: exigenti. Romandiolam, Bononiam, & Rauennæ principatum, Imperatore cõcedente, Bertoldo ſuæ ſtirpis Nepoti


Eccleſiæ nomine ſubiugauit. In ditandis,euehendiſq; agnatis licentioſſ:duos ſuæ cognationis reges Italiæ daturus,apoplexi defecit.

Martinus iiij. Turonenſis Gallus, genere humilis, ſed animo ſanctus, ſuperantibus Car:regis partibus creatus Papa,eundem,contra Nicolai decretum,quo cauit regem, aut rege natum Senatorio Vrbis munere fungi,in priſtinam dignitatem reſtituit. Petrum Aragonem Syciliæ occupatorem, Item & Conſtantinopoli: Imper:Palæologo promiſſi negligentem execrauit. Vbi concitato bello,ſeniore Car:defuncto,iunior captus,Neapolim,amiſſa Sycilia,ſeruauit. Petrus Arago,ad Gerundam cæde captam, atq; recuperatam,uulnere,Francus rex Philippus,& fulminans Papa febri concidere.

Honorius iiij.nobilis Sabello genere, Ro:Pandulfo fratre Senatorium munus gerente,generalem Imperatoris uice Vicarium Tuſciæ fruſtra dedit.Carmelitas è Syria in Calliam à Diuo Lud: Francorum rege primum tralatos,& Martini Pon:acta confirmauit.

MONARCHIÆ IIII. ROMANÆ GERmanorum ſucceſſus.


IMPERATOR.



Archiepiſcopus Moguntinenſis Cancellarius Germaniæ.



Archiepiſcopus Colonienſis Cancellarius Italiæ.



Archiepiſcopus Treuirenſis Cancellarius Galliæ.



Rex Boemiæ Pincerna.



Comes Pallatinus Dapifer.



Dux Saxoniæ Enſifer.



Marchio Brandenburgenſis Cubicularius.



IMPERII ROMANI
Germanorũ Imperatores & anni.



90. Henricus ij.

23.

91. Conradus ij.

15.

92. Henricus iij.

17.

93. Henricus iiij.

50. 1106.

Henricus ij. Hen: primi è filio Hen: Bauariæ per Otthonem fratrem Duce, pronepos, Bababergenſis Comes, & Noricorum Dux inclytus extortis à S: Heriberto Colonienſi Archiepiſcopo, hæredis iure, Imperialibus ornamentis, hijs tum conciliatis Principibus retentis. Imperans, Francos amiſſum ob imperium indignantes, armis compeſcuit. Polonorum, Boemorum, Vuinidorum regulis tributa uictis imperauit. Sarracenos Capua, & Græcos Sarracenorum ſocios Troia pepulit. Hinc in terreſtri Roma glorioſe à Benedict: viij. benedictus, æternam, cum ſponſa Pallatinæ ſtirpis Kinegunda, in cœleſti Roma eſt adſecutus benedictionem. Vir Diuis deuotus, annua centum argenti Marcarum, & equo candido phalerato penſione Ro: Eccleſiæ pacta, Bababergenſem Epiſcopatum è Comitatu fruſtra renitente fratre Brunone Auguſtenſi Epiſcopo fecit. Bauariam Kinegundę frater Hen: obtinuit. Circa initium eius Imperij, Stefanus Geichæ Ducis filius, Vngarorum regno, ſe regè, reſtituto, Giſilæ coniugis. Hen: Imper: ſororis, & S. Adalberti Praginenſis Epiſcopi ſtudio cum gente in Chriſtum ſic animatus eſt, ut cum uxore & Hamarico filio ſanctis adſcribi meruerit. Turcæ primo Sabocho rege, Aegyptio Calypha cæſo, Sarracenorum nomen extincturi, ſuſcepta Mahumeti lege, Syriam, & Aegyptum cœperunt. Huius regnũ auxit Viragriſſa, cui ſuccedens Archotus Aſia penè ſubacta, atq; Mendi regia poſita, Sultanus eſt adpellatus.

Henri: ij. primus electus. *S. Kinigunda.* *Primus Vngarorum rex.*

Conrad: ij. inuictus Francorũ, Sueuorumq; Dux, Hen: conſilio, principumq; conſenſu à Pilgerino Colonienſi Epiſcopo Aquiſgrani coronatus Imperator. Polonis domitis, Romanorum, & Pon: Io: rebus compoſitis, atq; Mediolanenſibus, à quorum excidio diui Ambroſij monitis temperauerat, Principatum Hildebrando Angleriæ comiti repetere conatis, eiuſcecq; rebellionis ſocijs, Vngaris, & Sclauis uindicatis, in Germaniam reuerſus, anno Imper: octauo Burgundiæ regnum, quod annos Centum & triginta Gallis paruerat, Rodolfo rege Giſilæ Imperatricis fratre, Hen: nepoti, donante, receptum, Imperio reſtituit prouinciam, Veſontio, & Rodano à Gallis diuiſam. Vniuerſis ſub imperio degentibus, etiam Ro: Pon: Conſtantienſem pacem ab Hen: filio poſtea confirmatam, lege capitali indixit. Spiræ in Eccleſia, à ſe pro Imperatorum conditorio, condita ſepultus, è nobili Carolingorum generis uxore Giſila filium reliquit.

Burgundiæ regnum imperij prouincia factum.

Hen: iij. Principem adeo frugalem, atq; moderatum, ut canum, & hiſtrionum impēſas pauperibus is erogare iuberet, qui ingenti ui, nec incruente Boemiæ Ducem ſub tributo retinuit & Vngariæ, in Chriſtianos præſertim Epiſcopos interim ſæuiētis, Reges præſertim Ouonē maxima cęde profligauit tũ reſtituto Petro, pacauit. Lotharingos, & Friſios retudit. Romæ tribus conpontificibus depoſitis, quatuor ſucceſſiue repoſuit, Romanos adegit iuramento, ne ullum abſq; Imperatoris adſenſu Pontificem inſtituerent. Filijs Bauariam ſcilicet, Conrad: eoq; defuncto, Agneti Pictauienſis Conrad: filiæ, Imperatrici, Imperium autem Hen: iiij. octenni Cæſari ſub uirilis ingenij matris tutela tradidit. Hic poſtquam maternam tutelam exuit, mox inde oblibere, pro principis libertate, collocatos,

Henr: i. *Hen: iiij.*

tum prin-

IMPERII ROMANI
Germanorũ Imperatores & anni.



Rodolfus de Rinfeldẽ rex

Sueuorũ ducũ mutatio.

92. Henricus v.
19.

95. Lothar: ij.
13.

Christianorum Hieroſolymis regnum.

96. Conrad: iij.
12.

97. Fridericus 1.
38.

98. Henricus vi.
8.

99. Philippus ij.
10. 1208.

tum principatus,tum Epiſcopatus , illinc Saxonum , atq; Sueuorum Principum,hinc uero cum Paparum, tum Papiſtarum omnium odia induit,adeo,ut,hijs inſtigantibus, à nemine ſæuius , quam à ſuis utriuſq; ſexus agnatis atq; cognatis fuerit impetitus,uir magnificus, magnanimus, & armorum patiens, bis ſupra ſexageſies , collatis ſignis, aduerſus rebelles dimicare coactus,Pontifices,urbe ui capta,expulit. Ab Antipapa coronatus,ter execratus. Duos aduerſus eum ſubrogatos reges , uidelicet Rodolfum illuſtrem Comitem à Rinfelden ab Imperatoris ſorore coniuge Burgun: Sueuiæq; ducem cæſum, Et Hermannum Carinthium ad ſpõtaneam ceſſionem actum, profligauit . Tum adflictam Sueuiam,relicto Tyguro,rebelli Zaringenſi Bertoldo,& datam,& ademptam, Friderico Baroni de Stoufa cum Agne filia dedit, A ſucceſſore filio contra noſtræ,pietatisq;,ſed Pon: legem, dolo ad imperij abdicationem actus , Leadij laborioſam uitam anxie terminauit,à Pon: indignatione,quinquennio funeris,atq; ſepulcri pompa caruit. Eius anno decimo Guilelmus nothus Nortmanniæ Comes , Araldo rege cum nobilibus interfecto, præſulibus quoq; expulſis, Angliam ei abnegato Eduardo,quem exulem fouerat,teſtatam, ſuæ ditionis fecit . Anno duodecimo Turcæ,deuictis Sarracenis, Imperium Aſiæ uendicarunt.Horum Princeps Belezer, Anthiochia,Armenia,Græciaq; depopulatis,Romanum Conſtantinopolis, Imperatorem captum,uilis mancipij loco tenuit. Anno quadrageſimo tertio Chriſtiani,Gotfrido Bulione Lothariæ Duce,ſpinis coronato Rege primo Hieroſolymorum regnum , Turcis , atq; Sarracenis utrinq; cruentiſſime ereptum,Regibus octo,annos octoginta octo cruore multo,quam regnum ipſum,præcioſiore,tenuerunt.

Henricus v.in rebelles patre ſæuior , Lotharium Saxoniæ Ducem ſocco ad pedes eius ſupplicem,in gratiam uix recepit,Polonos ui ſub tributo retinuit. Datis in prædam Cardinalium & Epiſcoporum bonis, captum Pontificem pacta ſeruare coegit. Sed urgentibus utriuſq; ordinis Principibus,Calixto Pontifice reconciliatus,Italiã, Romamq;,corona bis extorta,grauiſſime adflictam,reliquit.Sub primo iſtius Imperij anno , Henricus Angliæ Rex,cæſis Principibus , in perpetuam utriuſq; gentis diſcordiam,cognatam Normanniam repetiuit.Eodem Imperio Balduinus ſecundus Hieroſolymorum Rex è Sarracenorum manibus redemptus,Gaium Perſarum Regem occidit.Damaſci quoq;,& Aſcalonis Reges profligauit. Vbi in Tyro,Aſcaloneq; capiendis Veneti præſtitere.

Hieroſolymorum rex.

Lotharius ij.Gebhardi Ducis ab Henrico iiij.in prælio cæſi filius,Saxonum nobilitate,uirtuteq; clarus,Imperio inuitus accepto,Henrici anteceſſoris agnatos,præcipue Fridericum Sueuiæ,& Conrad: Franconiæ Ducis fratres, ſuos ex ſorore nepotes,humiliatus , Diui Bernhardi Abbatis inuentu anno belli decimo humiliare deſtitit. Vngaros,Danos,Polonos,& Leuticos armis in fide continuit. Tum profligato cum

Lotharius ſecundus.

Antipapa

Antipapa Syculorum Rege Rogerio, Apuliam, atq; Campaniam, reſtituto ab eo Pōtifici, reſtituit. Ad patriam rediturus, in Tridentinis ſaltibus uili in tugurio expirauit.

Conradus iij. illuſtris Franconiæ, Sueuiæque Dux, ſuperato per mortem Lothario in Bababergenſi Principum conuentu, aduerſus Saxones in fidem recepit. Sed Henricum cognomento ſuperbum Lotharij generum Saxonum, Bauarorumq; Ducem, exactis ab eo Imperij ſignis, cum Gvuelphone fratre Noricorū Principe, Dominijs exuit. Ciuitates ſuarum partium, à Lothario deſtructas, Nurenbergam, Vlmam, reſtaurauit, & auxit, atq; præcipue nouercale noſtrum ſolum Rubeuelum, Imperiali iuris dicendi curia perpetuo donauit.

Rotuuil Imperiale iuris ſorum obtinuit.

Rebus itaq; in Germania pacatis, & Henrico filio Rege conſtituto, ne forſan à Pontifice ſui iuris uendicata repeteret, Romani Pontificis per Beatum Bernhardum ſuaſu, Italia dimiſſa, Friderico fratruele poſtea imperare & Guelpho duce uicto comitibus, ingenti uidelicet præter pedites ſeptingenta mille. Loricatorum equitum paratu in Paleſtinam profectus, Emanuelis Cōſtantinopolitani Imperatoria perfidia, amiſſo exercitu, uiſa Hieroſolyma, atq; male obſeſſa Damaſco, ſimili eum ſequente fortuna Ludouico Francorum Rege, in regnum reuerſus, uir iuſtus, ac Deo deuotus obijt in Laureacenſi monaſterio à patre condito ſepultus. Interea uero Rogerius Sycíliæ Rex, recuperatis per Lotharin: Imperio ablatis, placato Pontifice Romano, in Aphricam claſſe uectus, à Tunetis Rege tributum cum ditiſſima præda retulit. Hinc in Græciam claſſe ductus, Emanuelis Imperatoris in Chriſtianos perfidiam egregie uindicaſſet, ſi ac erat, & ſpolijs, & ultione iam ſatiatus, Venetorum Græco Imperatori ſotiam euaſiſſet claſſem, amiſſis nempe decem & nouem triremibus, fuga ſuum in regnum ſe proripuit. Nec tamen illius perfidia manſit inulta, Veneti porro, Quod opem Hieroſolymorum Regi ferrent, ab eo, receptis in fœdus Vngaris, hoſtes iudicati, omnia, quæ Græci imperij nomine tueri ſolebant, ſuæ ditionis facere conati, plurima, eiectis hinc Vngaris, & hinc Græcis magiſtratibus, in ſuam poteſtatem, inde non parum ditati, redegerunt.

Rogerius Sycíliæ rex.

Fulco Hieroſolymorum Rex, à Saguino Turca uictus, apud Acam leporem perſequens, equi lapſu, Sed eodem Ioannes Conſtantinopolitanus Imperator, Anthiocenos infeſtans, ſuapte teli ictu, Aprum icturus perijt. Tum Noradinus Turca, Raimundo Principe in ludibrium dextris, & capite truncato, Anthiocenum Ducatum cœpit opulentiſſimum. Et Maſſamuthi Sarraceni Regibus crucifixis, Mauritaniam & Bulgiam occuparunt, Inde Italiam adgreſſi, à Syculo Rege ſunt extincti.

Hieroſolymorum rex.



Friderichus primus ab Italis Barbaroſſa dictus Conradi Imperatoris, ex fratre Friderico nepos, Sueuiæ Dux, Francofordiæ creatus Imperator. Germaniæ pacandæ ſtudio, cognatos Principes ſcilicet Henricum Auſtriæ Marchionem, Bauaria à Con: donatum, Ducis adpellatione pacauit. Henricum uero, Henrici Superbi à Conrado damnati, filium, & Lotharij Imperatoris nepotem, Saxoniæ atque Bauariæ reſtituit, & defuncto Conrado fratre, illius Socero, Rheni Pallatio inſigniuit. Hinc eodem Germaniæ Principum potentiſſimo, qui ſuperatis Vindelicis, & Sclauis tres Epiſcopatus dedicauerat, ac Hieroſolymam Templariorum factione, deſerens, tantæ expeditionis impenſas terræ ſanctæ fanis atque Pauperibus erogauerat, ob leſæ maieſtatis crimen ad Socerū Henricum Angliæ Regem pulſo, Saxoniam Bernardo Comiti de Anhalt, & Bauariam Otthoni Schirenſi Pallatino de Vuitelſpach, Cuius nepos Ottho, Henrici pulſi gener Rheni pallatium, Imperatoris Friderici ij. conſenſu Bauariæ iunxit, tradidit Guelphonem Noricum Henrici fratrem, auunculum ſuum, Tuſciæ, Spoleti,

Primus Auſtriæ dux.

Saxoniæ Bauariæque mutatio.

Sardiniæ & Mathildis terris compenſauit. Quo defuncto, Henricum filium toti Italiæ Regem poſuit ac eidem pro Syciliæ conſecutione Conſtantiam Rogerij Syciliæ Regis filiam & Guilelmi Regis neptem connubio iunxit. Arelatenſe regnum à Conrado & Bertoldo Zaringenſibus exortum, cum Soceri ſui Rainaldi Viſuntini Comitis hæreditate, Otthoni filio ſuo ſubiecit. Sed Bertoldo Zaringenſi trium Epiſcopatuum ſcilicet Gebenenſis, Lauſanenſis & Sedunenſis cum regalium inueſtitura aduocatiam reddidit, ſuo apud Cremam uexillifero auxilio Alberto Habſpurgenſi Comiti Thuricenſem comitatum, & Seckingenſem præfecturam dedit. Vlatiſlaum

Primus Boemiæ rex.

Bohemiæ Ducem anno Imperij tertio Regem dixit. Conſtantinopolis Imperatori Romano nomine interdixit. Tum quinque bellicis expeditionibus, rebelli Longobardia uaſtata, Mediolan: in ſalis agrum uomere redacto, Gualphago duce flagris inter canes adflicto. Atq; Roma, Pontifice Venetias fugato, capta. Sed tum à Venetis Otthone filio ſuo nauali pugna ſuperato, Pontifici & Italię pacem anno Imperij ſui uiginti quinq; dedit. Sexta pacifica expeditione Mediolani, receptam Principum, & ciuitatum fidem, Henrici filij nuptijs, anno Imperij triceſimo quarto confirmauit. Imperio igitur toto Conſtantianæ pacis edicto pacato, Hieroſolimam recuperaturus, in Armenia minore uictor, in Serra flumine lapſus, interijt, Tyri ſepultus, Imperator Imperio ſane dignus, Cui, niſi factioſa Pontificum, & Italiæ obſtetiſſet ambitio, nil ad optimi, maximique Principis laudem defuiſſet. Exercitus deinde ſuus cum filio Sueuorũ Duce Friderico inedia, peſteq; mox apud Acam conſumptus eſt. Hunc autem eò ſecuti Philippus Francorum, & Richardus Anglorum Reges, Aca capta, ceptas diſſenſiones ſua in regna retulere. Ille porro, exercitu ſuo Otthoni Burgundiæ Duci tradito, in Franciam reuerſus, Anglis Normanniam inuaſit. Hic uero ſua defenſurus, Aſcalona, & Iope reſtauratis, ac quinquennalibus inducijs cum Sultano pactis, Angliam repetens, in Auſtria, à Lupoldo Duce, ob illatas Acæ iniurias, captus, ducentis millibus argenti marchis Henrico Imperatori anno Imperij tertio pro redemptione ſolutis, cum Francis crudeliter uſque ad cruentam mortem conflixit.

Leopoldus Auſtriæ Dux. *Saladini Turcæ ſucceſſus.* *Luſignanorũ Cypri regnũ*

Anno Imperij 36. Saladinus Principum ea tempeſtate omniũ facile manu, animoq; præſtantiſſimo Turcarum Imperator, Calipha Domino ſuo extirpato, Aegypti Sultanus, armis in Chriſtianos uerſis, eorum adiutus diſcordia, eos, non tam ferro, quam blandimentis omni Syria, tum Hieroſolyma cum humerorum ſarcinis deditionis pacto cedere permiſſos atq; mox Anthiochia breui exuit. Guido ſubinde mala ſorte Hieroſolymæ Rex, paulo ante Vrbis amiſſionem apud Tiberiadem trecentorum millium Chriſtianorum ſtrage captus, tum pro Aſcalonis deditione liberatus, à Richardo Anglo pro Hieroſolymorum amiſſo regni titulo, iureque Cipri Regnũ, quod is Græcis ob perfidiam ademerat. Luſignani, acceptum ducentos ſeptuaginta annos uſq; ad Venetorum rapinam poſſidere. Hinc Anglis Hieroſolymorum regni titulus, citra poſſeſſionem acceſſit.

CHRISTIANORVM LATINORVM HIEROſolymis regnum Anno Chriſti 1099.



1.	Gotfrid: 1.	5.	Balduinus iij. 20.
2.	Balduinus 1. 18.	6.	Almaricus. 13.
3.	Balduinus ij. 12.	7.	Balduinus iiij. 9.
4	Fulco. 12.	8.	Guido. 3.

Summa regni 88. 1187.

Henricus

Henricus vi. Frid: patre,ac Guſlelmo tutore defunctis, Romæ cum Conſtantia uxore à Celeſtino Pont: coronatus, huius adſenſu, dotis,ac taſtamenti lege, magna Anglici numi, Teutonicorumq; armorum ui, ſæuiſſimaq; in Imperatricis captores, & in utriuſq; ſtatus rebelles animaduerſione, capto Rogerio, Tancredi nothi leuiri, regni occupatoris impubere filio rege, Apuliã, Sardiniam, atque Syciliam, à Normannis Centum Nonaginta quatuor annos dominatam, Imperio reſtituit, Sueuisq; ſubiecit anno Imperij ſui 4. Hinc Philippum fratrem, data ei in coniugem Irene captiua Rogerij Syculi ſponſa, Iſaacij Conſtantinopol: imperij ab Alexio fratre, Imperio & oculis ſpoliati, filia, Sueuiæ, Mechthildis terris, & Hetruriæ. Et Marquardum de Anvuiler Romandiolæ, Rauennæ, & Anconæ præfecit. Tum eodem anno, quo Mauri Sarraceni interiorem Hiſpaniam populati, Caſtellæ regem cœpere, inanibus deſtinatis in Aſiam auxilijs, Iope ſcilicet cum Teutonum præſidio euerſa, uitam Meſſanæ clauſit, relicto ſub Romani Pontificis tutela cum matre Conſtant: prudenti Syciliæ gubernatrice Frider: quinquenni filio.

Sueuorũ Syciliæ regnum

Mauri Saraceni

Eius imperij anno 1. Bertoldus diues Zaringe Dux, Heluetica, Burgundiæ ab Imperatore Princeps, in ea prouintia, Friburgo condito, liberorum in nobiles ultricem Bernam conſtruxit, Imperioque ſubiecit, cui uſque ad Gallorum corruptionem, fida ſemper fuit ciuitas inuicta, nobiliũque excidio, Alemanniæ Vrbium potentiſſima.



Friburgi, & Bernæ conditio.

Philippus ij. Sueuię Dux, Henrici frater, Imperio cõtra Rom: Pontificem Inno: Bertoldum Zaringen: ultimum ſui generis numoſum Principem, & Otthonem arrogantem Brunſchvuigenſem Ducem obtendo, ab Otthone ingrato Pallatino de Vuitelſpach Bababurgi, recumbens, per dolum eſt occiſus. Circiter quartum ſui Imperij annum. Latini nominis Principes cruentis Imperij occupatoribus eiectis Conſtantinopolitanis, Thomam Maurocentum Venetum, Patriarcham, & Balduinum Flandriæ, Hanoniæque Comitem Imperatorem dedere, Eaq; re & Imperium, & Græcos ſibi atque Romanum Pon: ſub id temporis conciliarunt. Vbi Creta, Nigropontus, & aliquot minores Aegei maris inſulæ Venetis ceſſere.

Latinorũ Conſtantinop: Imperium.

Ottho iiij. proſcripti Henrici Sueuiæ, & Brunſchvuigæ Ducis filius, & Philippi Imperatoris gener, ambitioſus magis & inquietus, quam fortunatus Princeps, ab Innocentio Romano Pontifice adſumptus, uel quod Imperialis iuris prouincias contra pacta repetere ſtatuiſſet, execratus, & abdicatus, Subinde & à Philippo Francorum Rege, una cum auunculo ſuo Ioanne Anglorum rege, amiſſis Aquilis, graui cæde turpiq; fuga compreſſus, Fridericum ſucceſſorem pati coactus eſt. Anglia uero tum è Gallorum manibus Centum quinquaginta millibus argenti marchis redempta, Romano Pontifici ſeſe cum annua centum argenti Marcharum penſione deuouit. Ad Otthonis obitum Ioannes de Bergna Vinenſis prouintiæ Dux, è Gallia uocatus, Tyri Hieroſolimorum Rex coronatus, Dammiatam urbem, ambitioſa Apoſtolici Legati arrogantia, captam, muris, munitionibuſque tum Hieroſolymæ dirutis, cum damno reddidit. hinc Auxilij comparandi gratia occiduas in partes reuerſus, Friderico imperatori Iole filiam cum Hyeroſolimorum regni titulo Ro. deſponſauit. Vnde huic Syciliæ, Hieroſolymorumq; regni titulus acceſſit à Græ: Ro: Pon: Rauennæq; domino præfectus eiuſdem Põ: ſtudio Conſtantinop: Imperium conſecutus, nominibus, quam rebus illuſtrior annos circiter Viginti tres, Regis nomen tulit uir bonus. Cui ſucceſſit gener Balduinus, qui Conſtantinopoli à Græcis obſeſſus, num-

Anglia à Gallis capta & R: Põ: deuota

Balduini Conſtantinop: ſucceſſus.

morum penuria, ſacrum ædium tegulas uendidit, filium mercatoribus, & ſacram dominicæ lanceæ cuſpidem, ſpongiam, & crucis particulam Venetis, qui Græcis profligatis, atqꝫ Rhodo cum Leogula principe in fædera tractis, eum liberarunt, oppignorauit: pignoribus à Diuo Lud: Francorum rege, ab illo ſpinea Domini corona donato, redemptis, feſtoqꝫ cultu Pariſiĳ ſeruatis.

Hieroſolyma Chriſtianis reddita.

Fridericus ĳ. Sueuiæ D: Syciliæ, Hieroſolimæqꝫ rex, patre Hen: vi, quoqꝫ Imperatoribus, & Imperĳ, & animi magnitudine nihil inferior, ab Inno: ſuſceptus, tũ ab Hono: coronatus, quæ pupillus ipſe amiſerat, recuperare nixus, implacabiles Ro: Pon: diras in grauiſſimam totius Chriſtianæ reipub: calamitatem, incidit ter, ſemel uero ſupplex duodecim millibus auri untĳs abſolutus, recidit. Is porro inuictis caſtris è Germania, per Italiam, in Syriam delatus, urgentibus reditum domeſticis, anno imperĳ decimo cum Sultano decennĳ treugas pactus, Hieroſolimam ſecluſo templo, cũ regno receptam, tum reſtauratam, Chriſtianis incolendam, reſtituit. Illic tum regio ſplendore coronationis ſuæ, Paſchatisqꝫ feſto peracto, dum interim R: Pon: Syciliam per Ioannem illius Socerum occupaturus, cruce ſignatorum auxilia in Syriam tranſmittenda, contra eum retineret: ille relictis in Syria copĳs, Italiam reuerſus, dum fruſtra Pon: omnia eius acta & improbanti, & execranti reconciliari ſtudet, tum contemptis omnibus dyris, obuios intra Ro: Vrbis portas utriuſqꝫ ordinis cruce ſignatos in crucem diſcerpſit. In Pon: in Epiſcopos, in Clericos, in rebelles Longobardos, in Guelfos omnes ubiqꝫ deſæuiens, anno imperĳ Viceſimo octauo in Lugdunenſi Cõ: abrogatus, nullo contra eum imperium ſubire auſo, in aduerſarios ſeuire non prius deſĳt, quam Italico luxu eneruatus, Panormi ueneno, aut nothĳ filĳ Manfredi Tarenti Principis manu ſuccubuiſſet, deſtitit. Indidem Entius filius Sardiniæ rex, Longobardiæ gubernator à Bononenſibus captus, in carcere perĳt.

Entius Sardiniæ rex.

Conradinus ultimus Sueuiæ Dux.

Subinde Conradus iiĳ. Frid: ex Iole filius, quem pater Hen: filio ob rebellionem enecato, Principum adſenſu in Germaniæ regnum ſuffecerat, à ſubrogatis patri Hen: ſcilicet Turingo, & Guilelmo Holande regibus Inno: Pon: execratione, iuſſuqꝫ uexatis, atqꝫ uictis, Ecelini Veronenſium Tyranni præſidio, euerſis Guelfæ factionis Neapolis, & Capuæ munitionibus, hæreditario ſuo Syciliæ regno potitus, in utriuſqꝫ ordinis Guelfos crudeſcens, Manfredi regnum adfectantis nothi fratris ſui dolo, fungiꝫ defunctus, unicum legitimum reliquit hæredem Cõradinum ex Bauara duce filium, qui nondum adultus anno poſt obitum patris quindecimo Manfredo patruo præſtãti forma, & animo Syciliæ, Tuſciæqꝫ Principe. Item R: Pontificum quos aliquoties cruente retuderat, execratione, iuſſuqꝫ biennio prius à Gallis interempto, paterna regna petiturus, Romæ ſalutatus Imperator, tum in Marſis fugatus uictor, deſertus, captus, ludibrĳs adfectus, Pon: concilio, & Antiregis Galli Caroli, ac illius Auo, prouintię comitatu donati, contra regium decus iuſſu, Neapoli ſecuri percuſſus, nobiliſſ: uetuſtiſſimæqꝫ Sueuorum ſtirpi finem dedit. Sueuia tum in prouintiam redacta, natiuo principe caret. Apulia, atque Sycilia Gallis Ro: Pon: opera ceſſit, atqꝫ deceſſit ad Hiſpanos. Anno namqꝫ Rodol: octauo Ro: Pon: Ni: & Syculi, Gallicum luxum, faſtumqꝫ perteſi, quicquid eius apud ſe gentis fuit, ad Syculas ueſperas occiſo, Petrum Aragorum regem, ius à Conſtan: uxore Manfredi Suæuiæ regis filia prætendentẽ, admiſere. Hinc Hiſpanis Sycilia paruit.

Carolus ex Gallis primus Syciliæ rex.

Tartarorum regnum.

Anno Friderici ĳ. quarto Tartari Dauid Perſa Duce, à Scythicis Beliæ iugis egreſſi, cunctis hac uſqꝫ deuaſtatis, Medis uidelicet Perſis Aſſyrĳs, Armenis, Sarmatis, & acciſis Turcarum opibus, uicto ſcilicet à Bathone, Goniata Turcarum rege, iuxta Meotidem paludem in Cathaiam ampliſſimam urbem regnum poſuere. Inde

Thratia,

IMPERII ROMANI *Germanorum Imperatores & anni.*



Thratia, Vngaria, Polonia,atq; Seleſia miſere depopulatis,præce magis, quam ui in captas ſedes reuerſi, dum Chriſtum audire cœperunt,tum mitiores facti, Chriſtianis auxilia præſtitere. Anno Fri: ij. Viceſimo octauo Vngarorum Rex Bela Tartarorum ab adflictione liberatus, Fridericum ultimum eius generis omnibus exoſum *[Bela iiij. Vngariæ Rex.]* Auſtriæ Ducem Imperatoris etiam armis ante, Imperio addicta Vienna, caſtigatum, in conflictu peremit. Qua ſubinde Ducatus ille Otthocaro ambitioſo Bohemiæ regi, Vngarorum profligatori, uel à coniuge ſua cæſi Frid: ſorore,paulo poſtea repudiata,Sed & eo à Rodol: Imperatore cæſo,publico principum adſenſu,Alberto Imperatoris filio ceſſit anno Imperij illius octauo Cuius illuſtris *[Diui Ludouici Franciæ regis ſucceſſus.]* propago feliciſſime aucta durat,Sub ultimis Fride: ij.annis,Lud: Francorum Rex Diuus Ro: ſuadente,Pon: atq; pollicentibus opem Thartaris, Damiatam iterum captam,ingenti cæde,pro fratribus,ſeq; captiuo Saracenis reſtituit.Hinc idem anno Alfonſij duodecimo cũ tribus filijs,& Fratre Car: Syciliæ rege per Aphricam in Aſiram rediturus, Carthagine capta, Tunes obſidens. peſtifera *[Caroli Syculi ſucceſſus.]* terra uictus, Cœlum triumphauit uir Chriſtianiſſimus. Tum Carolus,Saracenis libera Chriſti prędicatione,atq; tributo Imperato,in Syciliam peſte repulſus eſt.

Frid: ij. ab Innocen: Pon: depoſito,per electorum diſſenſionem ſub Viginti octo Interregni annis Frid: defuncto,regnarunt.Con: iiij. uiuente patre coronatus,aduerſus hunc,Pon: iuſſu,Hen: Turingiæ comes pugnans, *[Interreges Henricus Guilelmus Richardus Alfonſus.]* ad Vlmam telo ictus, occubuit. Huic ſubrogatus Holandiæ Comes Guilelmus,acto in Syciliam Conrado,à Friſonibus, Holandia uaſtata, non impune cæſus eſt. Hinc largitionibus ſuffecti, Richardus Eboraci Dux, Angliæ regis frater, & Alfonſus Caſtellæ rex Aſtrorum doctus. Illo morte, hoc uero Pon: R: perſuaſione defuncto, Otthocaro Boemo ambitore poſthabito, Pon: & principes in abſentem conſenſerunt Rodolfum Comitem de Hapſpurg, gente Heluetium, tunc pro Tygurinis Baſilienſes impugnantem, Virum armis, atq; prudentia clarum. *[Otthocari Boemi ſucceſſus.]* Anno Guil: ſecundo Othocarus Boemiæ rex à re in Pruſſia magnifice geſta nouæ arcis Regimontis adpellatione monumentum reliquit. Anno Alfon: tertio Michael Paleologus nobilis Græcus Genuenſium contra Venetos auxilio, Balduino imperatore, & Iuſtiniano Patriarcha, cũ Latinis ſuis excluſo, Conſtantinopolim recepit. Tum Theodori Batazæ defuncti Græcorum Imper: quos tuendos acceperat filijs occiſis, ſe Imperatore nouo, Conſtantinopolitanum Imperium Græcis reſtituit. Indidem Genuenſes cum Piſanis ſocijs, à Venetis apud Acam, & Tyrum grauiter adflicti, Venetos uiciſſim, Duce capto, grauiter adflixere, Turcis utrinque triumphantibus.

100. Ottho iiij.
10.
101. Fædericus ij.
32.
102. Conradus iiij.
2.
Hen. Thuringus
Guilelmus.
5.
Richardus
Alfonſus rex.
16.
103. Rodolphus.
19.
104. Adolfus
6.
105. Albertus 1.
19. 1308.

Rodolphus Imperator.

Anno Alfon: decimo Bondodacar ex Comanorum ſeruorũ genere Aegypti Sultanus, debellatis in Syria Chriſtianis, per Armeniam graſſatus, Anthiochiam, interfectis incolis, pene deleuit. Hinc ſub Rodol: anno tertio in Armeniam reuerſus, ducenta millia captiuorum rapuit non inultus, Armeni namq; iunctis ſibi Thartaris Centum millia Babyloniorum fuderunt aduerſus Aſſyrios pugnans occubuit uir fortis. Rodolphus cũ uxore Anna Comite de Haierloch Aquisgrani coronatus, Lauſannæ Gre: Pon: ſe commendauit. Hinc Germaniam in conſenſum, aut conſilio, aut ui tracturus, ex rebellibus potentiorem Otthocarum Boemiæ regem, pacti negligentem, quatuordecim millium ſtrage peremit. Boemiã, Sãcto Vincellao illius filio, genero ſuo. ſed Auſtriã Boemis adeptã adiecta Stiria, Carinthia, Naonis portu, atque Carniola, Alberto filio ſuo, & Nurenbergenſem Comitatũ ſororio ſuo Comiti de Zolern tradidit, Heduorũ Almiratũ, Alſates, Badenſes, Francones, Bauaros, & Vuirtenbergenſes armis audiẽtes fecit Prædonum arces euertit. Sed cui rei magnopere ſtuduit, ex tenui amplam comparando poſteris ſuis in Alemannia ditionẽ, factioſam Italiam, per licentiam redemptionis auro contentus, Vulpeculæque in ægrotum Leonem prætexto ſcommate, neglexit. Anteceſſorum periculo, tam & ſi cautior, nec tamen Pontificis euaſit dyras, quas euitato Turcarum macello, incidit. Sed dimiſſa Põ: ſuarum Parti Romandiola, Bononia, atq; Rauenna, abſolutus, Spiræ diem clauſit, Cui dum numeratis ſuffragijs, filius Auſtriæ nouus ſuæ ſtirpis primus Dux Albertus ſuccedere debuiſſet, electione mutata, ſucceſſit Adolphus Anaxonis Comes, armorum literarumq; doctus. Qui non ſua, ſed imperium aucturus, cum aſperius imperaret, atq; Francis, & Anglis mutuis hoſtibus à numis illuderet. Tum Maguntini Archiepiſcopi cognati ſui, cuius præconio poſitus erat, eiuſdem criminatione depoſitus, ab Auſtriæ D: recepto, apud Vormatiam mediæ diei pugna copia potius eſt oppreſſus, quam uictus, nec inulte occiſus, dum coniuratorum Principum iuſta morte nullum obijſſe compertũ eſt. Rege ſcilicet à nepote, Archiepiſcopo ſubitaneo caſu, Argentinenſi Epiſcopo ruſtico, Comite de Hagerloch à Bauaro, Comite de Ochſenſtein in pugna, Comite de Zuinbruck à flumine, & Comite de Lyningen inſania confectis.

Albertus primus ex Habſpurg: Auſtriæ dux.

Adolphus

Vltio.

PONTIFICATVS ROMAni ſucceſſus.

Ptholomais amiſſa.

Nicolaus iiij. Aſculanus Franciſcanorum Magiſter doctiſſimus, ſed impartes procliuior, pacatis Aragonibus, & Gallis, redemptum Carolum ij. Syciliæ regem coronauit. Ad Anglos, & Gallos implacabiles pacandos intentus, dum hij benemonenti non paruiſſent, atq; diſſidentibus, & ambientibus Ducibus, Chriſtiani milites, eius etiam ſtipendio conducti, male pugnaſſent, Ptholomaidem à Chriſtianis annos Cẽtum nonaginta ſex habitatam à Sultano, cæſis incolis, funditus euerſam relinquere coactus eſt. Qua, amiſſa Aſia, ſolæ Cyprus, atq; Cylitia, trecentorum millium Chriſtianorum cædi ſuperſtites, Chriſtum retinuere.

Celeſ: v. Eſernienſis, tranſacta biennij Cardinalium ambitione, Neapolitani regis hortatu, ex Eremo uir ſanctus, ſed literarum ignarus, ad Pon: adſumptus, dum is plus ſolitæ humili uitæ, quam inſuetæ ſuperbæ dominationi uacaret, tanquam ineptus, à Benedicto Cardinali iuris utriuſq; callidiſſimo Pon: adfectatore, ſimulata deuotione perſuaſus, abdicandi Pon: iure decreto, heremum repetiuit, ne uero & Pon: aliquando repeteret, impie uita ſpoliatus, ſubinde ꝙ ſanctorum in numerum Petri Confeſſoris nomine relatus, Celeſtinorum religioni nomen dedit.

Igitur

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



198. Nicolaus iiij. 4.
Vacat 2.
199. Celeſt. v. 1.
200. Bonifa: viij 8. 1302.
201. Benedict. xi 1.
Vacat 1.
202. Clemens v. 9.
Vacat 2.
203. Ioannes xxij. 19.
204. Benedict. xij. 7.
205. Clemens vi. 11.
206. Innocen vi. 10.
107. Vrbanus v. 8.
208. Gregorius xi 7.
109. Vrbanus vi. 12.
210. Bonifa. ix 15. 1404.

Igitur ex Anagnino Benedict: Bonifa: viij. Intrauit ut Vulpis, uixit ut Leo, mortuus eſt ut canis, ſicut fecit, ita reddidit ei deus. Ille porro, cum in Sextum ab ſe compilatum decretalium librum retuliſſet, Pon: Ro: Cœli, nedum terræ clauigerum, uel multo ſimul numero animas ad inferos detrudentem, à nullo hominũ iudicatum, tum licite commiſſurus omnia, Imperium Alberto, tanquam Domini ſui percuſſori, ter denegatum, in execrati Philip: Francorum Regis odium cum Francorum, ut ſui iuris, regno ſponte obtulit. Iubilæum pleniſſ: centeſimi anni ueniam, Romam tunc adeuntibus dedicauit, quo innumero Chriſtiani orbis confluxu ditatus, æque phanis, atq; prophanis agnatos ditauit. Sed Gibelinos, contra quos Franc: Regis fratrem, Valeſium Carolum patrimonio Petri præfecit, quam oderit omnis, in Genuenſi Archiepiſcopo demonſtrauit, Cui, Papali cinerum ſacro, iacto in illius oculos cinere, dixit, memento, quod Gibellinus es, & cum Gibelinis in cinerem reuerteris Vrſinorum, Columnenſiumq; factiones, damnaturus ipſe, concitauit, non impune quidem, dum execratis Columnenſibus, à Columna Sarra, Galli regis ope, in paterna domo captus, Imperioſam Romano in carcere uitam clauſit. *Sextus decretaliũ editus* *Iubilæus annus inſtitutus*

Benedict: xi. Taruiſinus Dominicaſtorum ſanctus Ieneralis, ablatis dyris, atq; diſcordijs ab Anteceſſore illatis, mox Abbatiſſæ ficuũ obſonio Peruſij defunctus eſt.

Clemens v. Burdegalenſis Epiſcopus, Vaſco doctus, ab ambitioſis Cardinalibus, Frãci regis opera, Lugduni coronatus, à Bonifa: deſtituta, reſtituit, Regi ſcilicet atq; Columnenſibus Romanas tum, & Italicas aduerſatus factiones, relicta ſub Senatoriæ poteſtatis Cardinalibus Romani Pontificatus ſedem Auinione, Britonum Ducis interitu, poſuit. Illic, haud ſine magno Romanæ Vrb: Italiæq; totius detrimento ſeptuagintaduobus annis detentam. Templarios rege potentiores atrociter extinxit. Sed Hoſpitales Ioannitas ſuis indulgentijs, atq; templariorũ ſpolijs magnifice prouexit. Qui annũ eius circiter quartũ, è Neapoli claſſe ducta, Rhodũ Turcis ademptam, ſuæ militiæ ſedem fecere. *Templarij deleti.*

Ioannes xxij. Cartucenſis, prouidi magniq; animi Gallus, Inter diuerſæ factionis Cardinales arbiter factus, ſeſe Pon: dixit. Sed Lud: Imper: quod, eo non placato, imperaret, cũ hæreticum, tũ execratũ dixit. dixit item, aſſertis anteceſſoris ſui Clementis Clementinis, inopiæ hæreſim, optimo ſcilicet ſui iure, eũ exinope quinquies uities millium aureorũ numum theſaurũ nonageſimo uitæ ſuæ anno defunctus, reliquit, Eccleſiarũ transformator, fructuumq; decimator implacabilis. *Theſaurus Pontificis.*

Benedict: xij. Toloſanus Ciſtertij monachus, Theologus, pene inexorabilis, cõſanguineos Pon: habere negãs,

 indignos

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.

211. Innocen:vij.
2.
212. Gregorius xij.
3.
213. Alexan. v.
1.
214. Ioannes xxiij.
5.
Vacat 1.

indignos & ineptos ab honoribus, atq; ſacerdotijs edicto repulit. Imperatore contempto, Italiæ ac ſui iuris regulas pro Ro: Sedis defenſione confirmauit.

Clemens vi. Lemouicenſis iurium Doctor, Benedicto mitior, neminem inſolatum dimiſit. Sed in Imperatorem ſæuerior. Ioannis in illum acta, adprobato Carolo grauauit. Arrogantem ſcribam Romam in libertatem prouocare auſum, Item & Mauros Hiſpaniam depopulantes, expugnauit. *Ioannæ Apuliæ regni ſucceſſus.* Ioannæ Roberti Apuliæ regis nepti, fœminę uitijs, iuxta & uirtutibus inſigni, quæ cognato marito, Vngaro Andrea ſuffocato, altero cognato Tarẽti Principi Lud: nupſerat. Apuliæ regnum, à Lud: Vngarię rege, And: fratre ulto, captum, accepta pro feudalis penſionis redemptione Auinione, reſtituit. Iubilęum è centenario quinquagenarium fecit.

Innocen: vi. Lemouicenſ: utroq; iure conſultus integerrimus, ut in re priuata parcus, ita pub: in utilitatem largus, Clementis manum reſtrinxit, Imperato ſingulis ad ſua ſacerdotia reditu. Sacerdotia præsbyteris non niſi doctrina, morumq; probitate cõſpicuis indulſit. Curię, foriq; pręfectis, ſtipendio ſingulis deputato, muneribus interdixit. Tum altero libertatis tribuno ſublato, Romam, conſtituto Senatore Hugone Cypri rege pacauit.

Vrbanus v. Lemouicenſis, Benedicto ſacer: Sanctus Canonum doctor, ab Italia pacata, Romaq; aliqualiter reſtaurata, Maſſiliam reuerſus, Montis peſſulani Medicorũ, decretorumq; Scholę conditor, non ſine ueneni ſuſpitione obijt.

Greg: xi. Clementis vi. ex fratre nepos, ab eodem ita doctus, ut cum iure peritiſſ: Baldo pręceptore certaret, Romanę deſolationis miſertus, Romam anno Pon: ſui ſexto ſede reducta, eam principis abſentia moribus, mœnibusq; collapſam, utrinq; reparare ſtuduit.

Carolus Dyrachij Co: Syciliæ rex.

Vrban: vi. Neapolitanus, inuitis ſuffragijs electus, Vir iniuriarum tenax, ac uindictæ cupidus, aduerſarios ulturus, qui eius pœnitentia, Clementem vij. ſtatuerant, Carolum Dyrachij Principem, Vngaris armatum, contra Ioannam cognatam, Neapolis reginam, Otthoni de Brunſvuig Duci nuptam, ſtrangulo tum peremptam, in Apuliã promouit, Regem creatum, Cardinales quinq; ſaccis inuolutos mari demerſit. Pontifice ergo ſciſmate xxij. coorto, multis, magniſq; confuſionibus, execrationibusq; quadraginta annis agitato, Clemens vij. Bened: xiij. & Clemens viij. Auinioni interea Põtificauerunt. Vrbano non abſq; ueneni ſuſpitione, ſed abſq; commiſeratione tanquam homine minime Vrbano ſublato.

Bonifac: ix. Neapolitanus. Bonifac: viij. parum diſſimilis, tametſi literis, & ætate illo minor, induſtria uero tantus, ut omnium Pon: facile primus, totum Vrbis principatum, Pontifici liberum fecerit, omnibus in urbe, magiſtratibus ſuo nutu creatis. *Papa Romæ Dominus.* Vaticanum, & Adriani molem muniuit. Iubilæi, nouoq; Annatarum lucro ditatus, In agnatis ditandis, & in Venijs, diſpenſationibus, atq; ſacerdotijs auctionandis licentior, haud pauca prauæ cupiditatis exempla poſteris reliquit.

Innocent: vij. Sulmonenſis tumultu, ciuiumq; ſanguine reductus, Picenis Nepotem ſuum Marchionem creauit.

Sciſma Pon: Gregorius xij. Venetus, uenerandus uir, hac lege creatus, ut cum Benedicto liberam in electionem cederet, qua non ſuccedente, utriuſq; Pon: Cardinales, utroq; depoſito, tertium Piſana in Synodo Pon: addidere Alexan: v. Cretenſem doctiſſ: Franciſcanum, ad paupertatem in pauperes largum, *Roma capta.* Qui armato Syciliæ titulo, contra Latiſlaum Vngarum Apuliæ regem, Romæ tunc occupatorem, Ludo: ſenioris Andegaui

regis

PAPATVS ROMANI

Pontifices & anni.

215.	Martin. v.	12.
216.	Eugenius iiij.	16.
217.	Nicol. v.	8.
218.	Calix. iij.	2.
219.	Pius ij.	6.
220.	Paulus ij.	7.
221.	Xiſtus iiij.	13.
222.	Innocent. viij.	8.
223.	Alexan. vi.	11. 1503.

regis filio, Bononiæ dum obiter omnium luctu obijſſet, ambigentibus tum ibidem de ſucceſſore Cardinalibus, adſurrexit Ioannes xxiij. Neapolitanus, uir ad ſæcularia, quam ad ſacra promptior, acceptoq; Petrinæ chlamidis arbitrio, ea ſeſe ueſtijt, inquiens, ego ſum Pon: Tum correptis armis, Andegauo & Malateſta Ducibus Latiſlaum, ſi uictoriæ uti ſciuiſſet, Roma, Romanoq; limite pulſum, domuiſſet. Sed ab eodem uictus, atq; fugatus, redamiſſo imperio Ro: cum Ro: nominis Imperatore Cõſtantienſe Concilium inijt, ubi cum Gre: xij. & Benedicto xiij abrogatus, ex Heidelbergenſi carcere, Florentiæ noui Pontificis benignitate in Cardinalium numerum receptus, mœſtam uitam propere clauſit.

Conſtantienſe Cõcilium.

Martinus v. Ro: Columna ſtirpe nobilis, uir in conſultando promptus, in dicendo breuis, in agendo cautus, & in partes medius, Iuſtitiæ monitor, præter dignitatem, & ius nemini quicquam conceſſit. Ad Eccleſiaſticas dignitates, atq; ſacerdotio, dignos, atq; doctos, uel è literarum gymnaſijs delectos præfici mandauit, è Conſtantia, ubi cõmuni omnium uoto Pon: creatus eſt. Romam reuerſus, Patriam & moribus, & ædificijs ita reparauit, ut ab omnibus patriæ Pater adpellaretur. Interea uero Clemẽte viij. mortuo, & Bene xiij. Alphonſi Aragonum regis opera tum ſubſtituto, tum deſtituto, Epiſcopatus dono in ordinem redacto, Pontificatum à ſciſmate liberauit. Poſtremo contra Boemios Huſſitas, quorum author Ioannes Huſs ignis ſupplitio Conſtantiæ conſtanter obierat, Qui ſubinde, legitimo retuſo rege, Ziſcha pugnaci, Thaboritarum authore, Duce, in Eccleſias, & in Eccleſiaſticos igne, ferroq; ſæuiebant ſæuiſſime, fruſtra Ro: Legati, Imperijq; tẽtatis armis, accepta ſcilicet, bis ingenti, pudendaq; clade, Baſilienſi Concilio rem acturus, apoplexia ceſſit.

Huſsi exitium.

Eugenio iiij. Veneto, inconſtantis laudis homini, Qui ex fratricella factus Papa. Quod mox diuina, & humana ſimul cõturbaret, exturbatus urbe, in Baſilienſi Concilio ab anteceſſore Mart: indicto, eius quoq; literis adfirmato, hinc uero Florentini Cõcilij authoritate derogato, atq; poſtremo Lud: Gallici Delphini armis Mille quadringentorum uincentium ſcilicet Heluetiorum ad Baſilæam cæde, diſſoluto, ſubfecto Fœlicis v. nomine Amedeo Sabaudiæ Comite, auo, eremita, bello, paceq; claro, Qui Pontifex primogenitum ſuum Ducis adpellatione ſublimauit, anno Pontificatus ſui nono abrogatus, Romæ autem à Florentia anno Pontificatus ſui decimo tertio receptus, ſacra, religiones, & literarum ſtudia magnopere iuuit, Iulianum S. Angeli Cardinalem Legatum, à Martino pridem Huſſitis oppoſitum, Vngarorum pacationi deſtinatum, cum Polono Vngariꝫ rege Vladislao, fracto, ſtrenua parto uictoria fœdere, in Amuratem Turcarum Imperatorẽ armauit, qui pugna ad Barnam commiſſa, multo cruore fuſo, Cæſis utrinq; quadraginta millibus Turcꝫ, Amurati dedêre capitũ ſuorum triumphum cæſi, Sed & ipſe Pon: in domeſticis bellorũ tumultibus uitã clauſit. Amurathes aũt uictorijs iã ſatur, priuatæ religioni uacaturus, Imperiũ Machumeto filio ſubtutore tradidit. Tum à Ioanne Hunniade præſtantiſſimo Vngarorũ duce, atq; Turcarum ſæpe profligatore, reſarciendæ Barnenſis cladis ſpe commoto, ad caſtra reuocatus, in Baſilia iterum uictor, paulopoſt priuatæ religionis uitam morte finiuit.

Baſilienſe Concilium.

Fœlix quintus primum ducẽ Sabaudiæ creauit.

Amuratis Turcæ uictoria & ſucceſſus.

Ioannes Hunnias dux.

Nicolaus V. Sarzanus, ut à genere humilis, nempe Chyrurgo patre natus, ſic à uirtute nobilis, nempe è uario uirtutis, ſapientiæq́ genere renatus, uno eodemq́ anno Epiſcopus, Card: & Pa: creari meruit, tum ſingulare à manſuetudine, pace, iuſtitia, liberalitate, uel præcipue à doctorum uirorum cultu, bonarumq́ literarum reparatione laudem adſequutus, Ablato, per Cæſ: Frid: ab eo glorioſe coronatum, Pon: ſciſmate, Fœlice Card: & Legati authoritate contento, captam à Turcis Conſtantinopolim lugens, accedente podagra, mœſtam efflauit animam.

Calixtus iij. Borgia Satiuenſis Gothalanus, uir annis & iuris peritia grauis, in egenos, præcipue nobiles, atq́ puellas munificus, placidus omnibus, in Turcas autem incenſus adeo, ut præter Chriſtianorum cruces, Qua anno Pontificatus ſui ſecundo Io: Capiſtrano minorita, & Io: Hunniade ducibus Mahumetum apud Albam quadraginta millium cæde ab Vngaria retudit. Item Aſoncaſſanum Perſarum, Armeniorumq́ regem in illos excitarit, Eiuſceq́ rei cauſa, Diuæ uirgini, atq́ crucifixo Chriſto, meridianas ad campanæ ſignum præces, & tranſfigurationis feſtum inſtituit, ac ueniarum, optimæ formæ literas effudit, è quibus, tunc quinq́ ducatis redemptis, nunc minimo redimendis centum millenos quindecimq́ mille ducatos ſucceſſori reliquit, nec mirum, cum noſtris diebus Samſon Mediolanenſis Franciſcanus octies totidem eodem negotio congeſſerit.

Veniarũ opes.

Pius ij. Senenſis nobilis, ac literis politioribus eruditus, cõſultus, adeoq́ Conſtans, ut nil unquam uel metu, uel auaritiæ nota permiſerit, impunitumue reliquerit. Sigiſmundum Auſtriæ ducem ob uiolentas in Cuſanum Cardin: manus, prophanauit. Georgio Boemiæ regi Rochezanæ Huſſitæ fautori pro fide diem dixit. Lud: Francorum regem Baſilienſi pragmaticæ renunciare coegit. Ferdinandum, Alfon: nothum, contra Ioannem Andegauum Renati regis filium in Apuliæ regno ſeruauit. In Turcas paratus, Anconæ febri ſuccubuit. Romam ad Diui Apoſtoli And: caput, è Peloponeſſo nuper allatum, ſuo iuſſu tralatus.

MONARCHIÆ IIII. ROMANÆ GERmanorum ſucceſſus.

ALbertus I. Auſtriæ nouus Dux, monoculus, & ob numeroſam ditandam prolem auarior, ſororis ſuæ filio Vincelao iuuene rege paternæ ſanctitatis experti, à ſuis clam occiſo, tum Charinthiæ D. ac Tyrolis Co: Hen: Vincelai ſororio depreſſo, Rodolphum filium ſuum, Boemis Regẽ ui dedit, Cui mox defuncto, contra eundem Hen: alterum filium Frid: ſubficere conatus, ab Ioanne Rodol: fratris ſui filio, quem materna Kyburgenſi Comitatus hæreditate priuarat, in Argæa ſuæ ditionis, Vindoniſſæ, ubi per inſigne necis huius monumentum Regicampi duplex Cœnobium, ab Agne filia ſua Vngariæ Regina conditum, eſt interfectus, tum Spiræ ſepultus. Interfectores autem Lupoldo filio perſequente, Barones, Vlricus de Palma morte, Arcis ſuæ Altburren captionem effugit, quinquaginta uiris gladio dimiſſis. Gualtherus de Eſchelbach in Vuirtenbergenſi Comitatu bubulcum agens, annos triginta quinq́ latuit, in obitu cognitus, honeſte ſepultus eſt. Rodolphus de Vuart: Romano in itinere captus, in latrocinij loco, equo diſtractus rotæ ſupplicio perijt. Ipſe uero Dux Ioannes in Begini habitu, Hen: Imperatori delatus, Auguſtiniano in cucullo Piſis uitam exegit. Anno illius primo, Chaganus Tartarorum rex, repudiato Muhamat, Chriſtum amplexus, uir ut corpore turpis, ſic animo præſtans, profligatis Sarracenis, cum Syria Hieroſolymam cœpit. Eo uero defuncto, Elpis Sultanus recuperatis omnibus, Chriſtianum nomen, Ptholomaide capta in Aſia deleuit. Anno ſecundo Otthomannus à natali Gallatiæ

Boemiæ reges.

Alberti interitus.

Alberti percuſſorum ſors.

oppido

IMPERII ROMANI
Germanorum Imperatores & anni.

106. Henricus vij. 6.
107. Lud: iiij. 33.
108. Carolus iiij. 31.
109. Vincelaus. 22. 1200.

oppido nomen habens, genere ignobilis, ſed uir ad arma ſtrenuus, Principum adiutus diſcordia, collecta per tu-multum prædę cupidorū manu, infeſtus æque omnibus, Bythiniam, & reliquas, circa Pontum prouincias, per an-nos ſui Principatus decem ſuæ ditionis ita fecit, ut poſte-ri ſui, omni Turcarum Imperio in ſe contracto, ex Aſia, Turtiam effecerit. Eodem anno Suizeri, Vranij, & Sub-ſyluani Alpinæ Heluetiæ populi, eiectis magnanime Tyrannis, in libertatem coniurantes, Ligam deinceps in genti nobilium, principum, Regumq; terrore memoran-dis geſtis & prouectam, & ſuper uetuſtum pagorum nu-merum auctam, ſtrenue conſeruarunt. *Heluetiorum liga*

Henricus VII. Lucenburgi Comes uirtute præſtans, Principū, atq; Pon: conſenſu, cōtra Galli ambitionē imperare iuſſus, mox primo impe rij ſui anno Boemiam, fugato in Carinthiā ſuā Henrico, captā, Ioanni filio ſuo quatuor annis minori, coniuncta ei Vincelai regis octodecim annoꝝ ſorore, tradidit. Eberhar-dū Vuirtenbergenſem, Vuirtēberg arcis euerſione, ac ſeptuaginta duoꝝ caſtelloꝝ, oppidoꝝq; expugnatione domuit. Conradū Oetingenſem Comitē ad monaſticū panē cōpulit. Hinc Mediolani, hinc Romæ in laterano Guelfis Petrū occupantibus, coro-natus, Florentinos ſolos rebelles, & eorū Ducē Apuliæ Regem Robertum, læſę maie ſtatis crimine damnatum, Frid: Siculi regis generi ſui præſidio cohercíturus, Ro: iam-nū auerſo Pon: Florentinoꝝ numis, atq; nephando dominicaſtri calice, Bonconuenti ſublatus, ipſe Piſis, Auguſta Genuæ, & frater Cremonæ digna mauſoleis pōpa ſunt il-lati. Subinde bipertiti Francofurdiæ principes, quatuor. Ludouicum iiij. Bauaꝝ A-quiſgrani, reliq tres Fridericū Alb: primi, Auſtri filium Bunnę coronarūt. Qui ſimul graui coorto partiū bello, Lud: Rodolphū Pallatinū D. fratrē ſuū aduerſantē, in exili um pepulit. Brādenburgi Marchiā hærede uacuā, Lud: filio dedit. Frid: Conregē cum Hen: fratre, cruēta unius diei cæde, añо Imp: ſui nono captū, tertio carceris anno, rece-ptis inſignibus, Imperio renunciantē, dimiſit. Interea uero, agēte per Gallū Imperij ad ſectatorē, Frid: fratre Lupoldo, Ioannes Pō: Lud: atq; ſe reꝝ omniū dominū negantē, Quod id abnegaſſe ſit apud Ro: Pō: hęreſiū facile maxima, diris adſtrinxit diriſſ: Qui bus ille, ut doctoꝝ iuditio impijs, atq; Cæſ: maieſtati iniurioſis declaratis, quacūq; po-tuit ui per omnē uitā ſuam multo multoꝝ dāno reſtitit. Tū anno Imperij decimo ter-tio à Ro: Romam uocatus, Italiam, urbemq; factionibus atrociſſime ſæuientem, in-greſſus, ſuæ partis Gibelinos ut auxit, ita diuerſæ partis Guelfos oppreſſit. In Latera-no cum coniuge, quæ Romæ Lud: Romanum Holandiæ D. peperit, à Columnenſi Cardinali, renitente Pon: coronatus, Papam dixit Franciſcanum Corbarium à Ioanne Pon: perpetuo carceri mancipatum. *Vuirtenberg deuaſtatio.* *Auſtriorum ſtrages.*

Sub id tempus Hen: Carinthiorum, Tyrolorumq; Principe cum ſtemmate ſepulto, Imperatoris authoritate Carinthia, cōtra Boemū Hen: geneꝝ, Auſtriæ iuncta eſt. Et Tyrolis mox à Boemo ad Lud: Brādenburg: tralata, pxime Auſtrijs dono ceſſit. Impe-rator poſtremo, toto Imp: ſui tēpore Conregū, atq; Pon: turbinibus agitatus uictor, aut contēptor, ab Ioañe Auſtriæ cōuiuio uenatū iturus, apoplexia eq̃ deiectus expirauit.

Eius Imp: anno uiceſimo quinto Bernenſes Heluetij, Papæ audientes, Imperiali triginta millium exercitu, quatuor millium cęde profligato, Imperiali oppido Lope, Et uiginti octo deuaſtatis arcibus, ciuitatem ſuam auxere. *Bernenſium uictoria.*

Anno Imp: uiceſimo ſexto Eduardus Anglię rex, Franco: regnū maternæ hęredita tis iure Valeſio regi Philip: erepturus, apud Scluſam quadringenta nauiū claſſem, Va leſio fugato, cœpit. Tum anno hinc ſexto ad Gręciacum triginta millium Gallorum, Maioricarū, Boemiæq; regum. Regis fratris, Lotharingiæ, Flandriæ, Britañiæ, Ducū,

Arteſij Salinarum, & Montiſpeligardi Comitum ſtrage, iterum fugato cum Car: Imp: Valeſio, Gallica Lilia, tum & Caliſium, magno Gallorum detrimento, obtinuit. Anno triceſimo primo Andreas Vngariæ ſtirpis Apuliæ rex ab agnatis regni cupiditate laqueo necatur: en regis fatum.

Carolus iiij. Io: Boemiæ regis filius, Morauiæ Marchio multarum linguarum, rerumqꝫ doctus, & prudens, contra Bauarum diſcordi Principum uoto Bunnæ bis coronatus, tum à Conregibus numorum præſidio liberatus, poſtquam Romæ magno totius Italiæ, & urbis fauore, ſed indigna Imperio conditione coronam ſuſcepit, urbe, Italiaqꝫ propere, atqꝫ conuenerat excedens, Vuirtenbergenſem Co: & Auſtriæ D. Imperio parere coegit. Sed Imperiale Arelati regnum, ac Viennæ prouinciam cognatis Gallis cedere paſſus eſt. Hinc Roma iuſſu Pon: alterum uiſa, Chriſtianorum macellum, Turciam uiſere recuſauit, Tum quietis, Boemiæqꝫ ſuæ ſtudioſus Vincelaum filium, ſolis numis, atqꝫ uoluptatibus adfectum, nullius pretij hominem, caro imperij damno, Imperio coemit. Anno Caroli imperij nono.

Arelati regnum alienatū.

Ioannes Franco: rex, Imperatoris gener, cum Philippo filio in Pictauis ab Eduardi Angliæ regis filio Richardo captus, tum poſt quatuor annorum conflictum quindecim Comitatibus atqꝫ decies ter centenis millibus aureis Philip: redemptus, obſides redempturus, Londoni morbo diem clauſit. Ex eo Burgun: Aurelij, & Andagauiæ Ducum ſtirps renata eſt. Idem temporis Albertus Auſtriæ dux Heluetiorum nuper pactam octo pagorum ligam Vngarorum & Imperatoris auxilio dirimere fruſtra conatus eſt. Anno viceſimo octauo Bernenſes Heluetiorum ligæ potentiſſimi, tumultuariam Cuſſini, Anglici, à Lupol: Auſtrio dotem exacturi, centum millium circiter cohortem, in Argea uagantem, plus tribus millibus cum Iuone Caliſij D. cæſis, diffugarunt. Vincelao libidinoſam ob inertiam, qua, nondum euicta, Huſſitarum hæreſis adcreuit, alterum à Principibus ſuis & alterum à fratre Sigiſ: cuſtodię dato, ſed elapſo, tum ab electoribus abrogato, defunctoqꝫ mox eius fratre Ioanne, Iodoco nepote Morauiæ Marchione electo.

Robertus Palatinus Co: & Bauar: D. uir Iuſtus & prudens, inuitus Imp: ſuſcepto dum per Imp: diſcordiam nil expediret Longobardia fruſtra tentata, reliquum temporis domi quieuit. Anno Vinc: ſeptimo Heluetij pauca manu Lupol: Auſtriæ ducem ſua repetiturum cum inſigni nobilium comitatu apud Sempachum occidere. Cædem hanc, ultione Caſſata, Glaroni Paulo poſt auxere.

Eodem anno, Carolus Apuliæ rex, patruo Ludo: potentiſſimo, Apuliæ, Poloniæ & Vngariæ regi, in Vngariæ regno, contra Sigiſmundum, Brandenburgi, March: Lud: defuncti generum, & eiuſdem à teſtamento Vngarici regni hæredem, ſucceſſor datus, Eliſabeth uiduæ reginæ dolo iugulatus, ultorem habuit Ioannem Banum, qui trucidatis Reginæ ducibus, reginam ſeniorē ſubmerſit. Iuniorem uero Mariam Sigiſ: Coniugem cuſtodiæ traditam, aduentante cum armis marito, impunitatis extorta fide, libertati reſtituit. Is tum à Sigiſ: rege captus, diras ultionis ſuę pœnas retulit. Sed & ex aduerſarijs regulis, qui mori, quam Boemico, ut aiebant, porco, ſeruire maluerunt, triginta duo ſecuri percuſſi ſunt. Eamqꝫ ob cauſam rex captus, mortis ſupplitiū nouarum nuptiarum munerumqꝫ pollicitationibus, uix euaſit.

Lupold: Auſtriæ dux cæſus.

IMPERII ROMANI
Germanorum Imperatores & anni.

110.	Robertus.	10.	
111.	Sigiſmundus.	27.	
112.	Albertus ij.	2.	
113.	Fridericus iij.	54.	
114.	Maximilianus.	25.	1518.

Anno nono Eberhar: Vuirtenbergenſis Co: cum Imp: Car: grauiter pacatus, Imperialiū ciuitatū, quorū ab Imp: tutor erat, hoſtis, Rutlingenſem triū Comitū, atqꝫ 72. nobilium cædem ante annos vndecim paſſam, apud Vuilā

Eberhardi Vuirtenbergēſis Co: ſucceſſus.

ultus

uſtus, Hulder icum filium, priore cæde uulneratum, cum tribus Comit: ac ſexaginta duobus nobilibus amiſit uictor. Potentem item nobilium ſuorum coniuratione migne deuicit. Anno decimoſeptimo Vin: Imper: Ioan: Galeatium uirtutum comitem, id temporis inter Italiæ Principes excellentiſſ: magnanimitate ad Imperium aſpirantem, acceptis centum millibus Ducatis, Mediolani ducem adpellauit. *Ioannes Galleatius Mediolani dux.*

Anno decimo octauo Sigiſ. Vngariæ Rex, magno Chriſtianorum Principum præſertim Francorum auxilio fretus, apud Nicopolim octoginta millibus utrinque fuſis, Paiazete Turcarum Imperatori Bulgariam reliquit. Qui facili ſucceſſu Thratiam, Theſſaliam, Macedoniam, Phocidem, atque Beotiam Græcis adimeret.

Anno Robert: ij. Tomyris Maſſagetes cognomento Tamburlanus ex gregario milite Tartarorum rex. Paiazeta Turcarum Imp: ducentorum millium ſtrage, aureis uinculis curru ſuo adligato Aegyptique Sultano fugato, Aſia, magnaque Europæ portione ditatus, ſeſe non hominum, ſed iram dei, & orbis uaſtitatem adpellans, relicto, duodecies centenorum millium ad Babiloniam exercitu, mortuus, atque Marchanti, quam urbem ab ſe conditam, uariarum gentium captiuis, atque ſpolijs repleuerat, ſepultus, Imp: ampliſſ: filiorum diſcordia, priſtinos ad poſſeſſores mox redire dimiſit.

Anno ſexto Veneti, Fran: Gonzaga Duce, ſtrangulato Fran: Carrario, Scaligerorum extirpatore, Veronam, atque Patauium & Florentini æmulas Piſas obtinuere.

Abbacellenſes autem Heluetij, exuto Abbatis Galli iugo, ferro, & igne contra nobiles, horumque Ducem Frid: Auſtrium, correptis Rheni uallis incolis, in liberorum Heluetiorum libertatem coniurarunt.

Sigiſmundus, Vince: Imp: frater empti à patre Car: Imp: Brandenburgi Marchio, à coniuge Vngariæ, & à ſtirpe Boemiæ, utrobique non ſine ſudore, atque ſanguine rex Germaniæ Principum, & Ioannis R. Pon: conſenſu Imp: electus, primum ingenti labore, ſcilicet eiuſce rei cauſa, Italia, Gallia, Hiſpania, & Anglia peragrata, Conſtan: Concilio diuiſum R. Pon: ad unitatem redegit. Hinc in regnis ſuis, Imperioque ſeruando reliquum uitæ uaria fortuna conſumpſit, excellenti uirtute Princeps ſingulari præconio, doctos ingenuis, anteferebat, dictitans, hos ſe, illos uero ſolum deum creare poſſe. Infida profectione, dum Conſtantinianam adprobaſſe donationem, ab Euge: Pon: Romæ anno Imp: ſui uiceſimo ſecundo coronatus, Inde biennio in Italia tranſacto, Baſilienſi Con: tum adſerto, per Con: pacta, perque inteſtinas cædes placatis aliquantiſper Boemiæ factionibus, anno Imperij ſui ultimo, Regiam ſuſceptus in Pragam dum Eccleſiaſticas res inſtaurando, male ualere cœpiſſet, in Vngariam abiturus, ipſo in itinere, laborioſam ſeptuaginta annorum uitam clauſit. *Sigiſmundus Imperator.*

Genero Alb: Auſtriæ D. teſtato regnorum hærede. Tum defuncti corpus, ſimul & Imperatrix ob regnorum adfectationem captiua Barbara Ciliæ Comes, mulier nullius religionis, Superorum, inferorumque iuxta contemptrix, & in omnem libidinem audax, in Vngariam uecta, illud Varadiæ conditur, hæc autem, donec potentiæ renunciauit, mancipatur, ab irregali uita, regali Pragæ condita ſepulchro. *Barbara Imperatrix.*

Anno Imperij quinto Imperator Frid: Auſtriæ ducem, Quod Ioannis Papæ fugæ cōſcius eſſet, honore, boniſque priuauit. Qua Heluetij, omnes illius cis Rhenum poſſeſſiones occuparunt, quas neque reconciliato, neque ius, neque arma ferenti reddiderunt. *Fridericus Auſtriæ dux*

Et Schafhuſa Imperio ſe ſubiecit, ab Heluetijs poſtea in pagorum numerum recepta. Anno ſeptimo Frid: Norici Burgi Comitem Brandeburgi Marchia, Cleuiam, & Sabaudiam ducis adpellatione donauit, Eodem anno ex fratris Vincel: obitu Boemiam accepturus, ſed prius Vngariam à Turcis defenſurus, Vngariam non defendit atque Boemiam, truncato Vratiſlauienſium Senatu, alienauit. Anno igitur Imperij ſui nono Ro: Pon: auſpitio, moto Boemis bello, hoſte uix inſpecto, pudende bis fugatus, pactione tandem facta quieuit.

Anno

Anno Sigiſ: decimo Carolus VI. Francorum Rex, cum uxore, filia, regniq; ſede Pariſio, à Philippo Burgun: D. in cuius poteſtate tunc amens rex erat, ob Ioannis patris ſui necem, à Franco milite, in regis fratris Lud: Aureliani, D. iugulati ultionem, illatam, hoſti, paulo prius amico per eum ab hoſtibus ſeruato, Hen: V. Angliæ regi, Iacobum Scothorum regem captiuum ſecum ducenti, traditus eſt. Tum ex eius filia natus Hen: VI. auo materno, patreq; defunctis, utriuſq; regni titulo Pariſijs coronatus, Carolus VII. ſolis interim Bituricenſibus imperante, ſubindeq; mox anno Sigiſ: viceſimo primo Regnum, Ioanne puellæ auſpitijs, recuperante, utroq; priuatus, mira humanarum uiciſſitudine rerum, miſere uitam peregit.

Francorũ & Anglorũ ſucceſſus.

Anno viceſimo tertio Vlatislaus Poloniæ rex, Magiſtro Magno Teutonicorum ordinis militum cum ſexcentis auratis equitibus, & quatuordecim millibus militum interfecto, magnam Pruſſiæ portionem in ſuam poteſtatem redegit, haud incruente, amiſſis ſcilicet ex Polonis, Lithuanis, Rutenis, & Tartaris centum & quadraginta quinq; millibus, hanc ſtragem in ultimum Roberti annum numeratam legi. Tum hunc regem fuiſſe reor, qui Ethnicus Lithuaniæ dux Iagula, Vladislai nomine Chriſto baptizatus, excluſo Guilelmo Auſtriæ D. per Heduigem, Mariæ imperatricis ſororem, Poloniæ regnum adſecutus, Caſimirum Poloniæ, & Vladislaum Vngariæ procreauit reges.

Polonorũ & Prutenorũ certamen.

Anno viceſimo quinto Genuenſes ſuis ad Caietam obſeſſis opitulaturi nauali decem horarum pugna ſexcentis cæſis, Alphoxum Arragonum Regem, à Ioanna ij. quæ Guilelmo Auſtriæ duci nupta fuerat, Neapolis regina contra Andegauũ Lud: iij in filium regnumq; adoptatum, cum duobus fratribus regibus, uidelicet Ioanne Nauarre, & Hen: infante centum principibus ducentis auratis equitibus, & quadragies quinq; centenis militibus, nautiſq; captum, Philippo Mariæ ultimo ſuæ ſtirpis potenti Mediolanenſium duci, Tutori ſuo cuſtodiendum dederant, quem dum ille muneribus donatum, cum ſocijs libere dimiſiſſet. Illi indignati, eiectis Longobardis, Ducem hunc recuſarunt. Alphon: autem anno hinc ſeptimo Ioanna, præmortui Latislai regis ſorore defuncta, repetitis armis, Renato Barrenſe, Ludo: Andega: fratre, è Burgundi carcere dimiſſo, ſuperato, Apuliam, quam Francis, & Vngaris agnatis annos centum & ſeptuaginta paruerat, ſua ui Syciliæ regno coniunxit.

Albertus ij. Frid: Auſtrij filius, & Sig: Imper: gener & eiuſdem in regnis, Imperioq; ſucceſſor illuſtris, qui pacata nondum, contra Socrum, atq; Polonos Boemia, Amuratem Turcam, Seruiæ, Theſſalonicæ, Epiri, & Etholiæ tunc occupatorem, perſecuturus, dyſinteria ipſo in itinere ſuccubuit, relicta coniuge grauida. Qua Vngaria diſſentiens, Vlad: Polono poſtea ab Amurate cæſo, Boemia diſcors Georgio Podebrachio, & Imp: Friderico iij. Erneſti Auſtrij filio, Stiriæ, Carinthiæq; duci ceſſit. Hic ſingulari ſobrietate, prudentia, religione, Imperijq; diuturnitate proxime omnium Auguſtum attigit, atq; ſolus ſuæ ſtirpis auguſtiſſima feſtiuitate anno Imperij ſui duodecimo Romæ coronatus. Dum principes minus ad res imperij tractandas obſequentes haberet, domeſtica turbatæ ad uitæ ſtudia conuerſus, domi Car: filium Burgun: principatu auxit, & uitam nonaginta in annos ſeruauit. Foris autem ut perpauca ab eo gerenda geſſit, ita permulta neglexit. Enimuero anno Imp: ſui octauo Philippo Maria præclaro duce, nullo uirili hærede relicto, demortuo, Mediolani Ducatum ad ſe feudi debito pertinentem, Fran: Sfortiæ geſtis, quam genere nobiliori, Philip: D. à notha filia genero, gentis, armorumq; præſidio, contra Imp: feudum, contra regis Neap: Alfon: teſtamentum, & contra Carolum Aurelianum maternam hæreditatem adlegantem, fulcito, reliquit.

Sfortiadum Mediolanenſium ducatus.

Tum anno hinc vndecimo Latislao Alb: Imper: Poſthumo, uiridi rege ſuſpecta morte ſublato, regna hæreditario iure capienda Boemiam regicidis, Georgio Podebrachio uiribus, conſilioq;, & Rochezane, Huſſitarum Epiſcopi præconio pollenti.

Vngariam uero, Matthiæ, Ioannis Huniadis octodecim annorum filio, è Latislai regis ſui carcere Pogebrachij manu reddito, à ſtirpe ut inter Vngaros humili, ſic à patris, atq; ſua ſubinde uirtute, uel cuiuis eius gentis nobiliſſimo regum comparando, Sed utrumque regnum, regibus illis iuſtis abſq; hæredibus elatis, Latislao Caſimiri Poloniæ regis filio, & Albert: Imperatori, ex filia nepoti pacto reliquit. Anno decimo damnoſum bellũ, uulgo Steetkrieg, inter Imperiales ciuitates, & Albertum Brandenburgenſem, & Vlrichum Vuirtenburgenſem biennio agitatum, partium egeſtate ſedatum eſt.

Anno Imperij eius decimo quarto Mahumetus Otthomannorum Turcarum Imperator, & Princeps ea tempeſtate omnium facile Maximus Amuratis filius, annos natus Viginti ſex ui tota in Chriſtiani nominis excidiũ uerſa, trecẽtenis millibus oppugnatoribus, Conſtantinopolim, & omne Græcorum imperium, Conſtantino Paleologo, Helena mater nato, Imperatore, cum uniuerſa nobilitate, Sacerdotioq; crudeliſſime dilaniato, cum Sacris omnibus, tum crucifixo probroſiſſime prophanatis, oppugnauit, anno à Conſtantino Magno milleſimo Centeſimo quadregeſimo quarto.

Mahumeti Turcæ ſucceſſu.

Muhamat igitur Conſtantinopoleos Imperio, ſumma omnium Chriſtianorum ignominia, gloriabundus, annis quibus Imperauit Triginta uno terra, mariq; longe, lateq;, igne, ferroq;, multis, magniſq; Europæ, Aſiæq; gentibus captis, Imperia duo, regna duodecim & ciuitates ducentas Chriſtianis ademit. Stephanum Myſiæ regem cum regno captum, quod patrem ſuum regno ſpoliaſſet, excoriauit. Venetis ſedecim annorũ bello fatigatis, ablata eis cum aliquot inſulis Euboea, anno Octoginta millium Ducatorum tributo pacto, pacem dedit. Rhodo: Centum nauiũ claſſe trimeſtri obſidione cœleſti potius, quã humana ui ſoluta Italiam inuaſurus, Hydrunto, Archiepiſcopi, Ducis, atq; duodecim millium cæde, capto, ſuſpitioſa morte Tyrannum exuit. Primus Turcarum Principum Conſtantinopoli ſepultus, ſucceſſorem habuit primogenitum Paiazetem, qui rebellantem fratrem Zizinum, acrem uirum magna ui in Rhodũ pepulit. Hunc Rhodij Innoc: Pon: Ro: & Alex: Pon: Carolo Francorum regi Romæ donarunt. Acceſſerat illi Aſuncaſſanus, à ſtirpe Otthomannus ex Armeniæ regulo Perſarum rex potentiſſ: illo, quã & ſi Chriſtiani nominis hoſtis eſſet, haud minor, attamen Calixti Ro: Pon: & Venatorum donis, ſuaſuq;, uel potius dominandi cupidine tractus, cum illo Centum millium Turcarũ ſtrage ter arma contulit, Tum exercitu ſuo Decem millium cæde diſturbato, tum communis & generis, & religionis admonitione pacati, uires coniunxere. Quibus niſi Chriſtus ipſe reſtitiſſet, de Criſtiano nomine in angulum iamnum ſtrictum coacto facile deſperatum fuiſſet. O diſcordes, & in præſentem uſq; diem cognati ſanguinis auidi Chriſtiani, Vbi Chriſti? Vbi ſanctæ religionis amor. Vbi Auguſti Imperij gloria Romani. Cur Imperatorem dicitis, quem imperare nec uultis, neq; ſinitis. Cur Romanum adpellatis, quem Roma tanquam hoſtem excludit, nec, niſi ad alieni Principis pedes fuſum, admittit, mox auro, iureq; numerato, cum uacui nominis bulla, redexcludendum.

Chriſtiano nomini clades [illegible]

Aſuncaſſani cum Machumeto conflictus.

Anno decimo nono Alfonſo Neapolis regi ſucceſſit nothus filius Ferdinandus, regnumq; profligato Ioanne Lotharingi Renati filio, retinuit, inani relicto Lotharingis Syculi regni titulo. Similiter eodem anno Sabaudienſes uacuum Cypri regni nomen ſunt adepti, dum Ioanne rege defuncto Iacobus nothus eius filius in clericum ne regno potiretur, attonſus, Sultani Domini ſui ope, id, excluſo Lud: Sabaudiæ D: filio, cui Carlota legitima defuncti regis filia cum regno teſtata fuerat retinuit, donec eo mortuo. Veneti per adoptatam ſibi M: Cornelij filiã grauidam reginam, Cyprum hæreditatem ſuam fecerunt.

Cyprus Venetorũ facta.

Anno Viceſimo tertio poſtq; R: Pon: Pius, Diotherum ab Iſenberg Moguntinenſem Archiepiſcopũ decretorũ differentem, ſubfecto Adolfo de Naſſon, depoſuiſſet

Excitato partium bello. Frid: Reni Pallatinus Iſenbergenſis partis, cæſis Comitibus de Helfeſtein, & Salam, Huldericum Vuirtenbergenſem Co: qui ſuperiore anno cum eo pro uxoris ſuæ dote, ſcilicet Fœlicis Pon: Sabaudi filia, quæ primum Lud: Pallatino nupta fuerat, dimicauerat. Carolum Badenſem Marchionem, & fratrem huius Metenſem Epiſcopum cœpit, captis, quibus tum graui nummo redemptis, omnē lautitiam, ſine pane & uino, is ſe carere, quod ſegetes, & uineas protriuiſſent, dictitans, exhibuit. Intærea uero pars altera Lud: Nigro Bauariæ D. & Aluico de Sultz Co: ducibus, Maguntiam clandeſtine captam, corraſis omnium citra electum ſpolijs, uacuam urbem Naſſouienſi ſuo tradidit.

Moguntinū bellum.

Anno proximo Frid: Imperator in Vienenſi arce à ciuibus, & Alberto fratre grauiter obſeſſus, Georgij Boemi regis ſubſidio liberatus, liberatori hæreſis damnato, regnum adimendum, & Vngarorum regi Matthiæ tradendum, Romam uoti cauſa profectus, Pon: Paulo fruſtra conſenſit.

Imperator obſeſſus.

Anno Viceſimo quinto Edoardus Albæ roſæ Eboraci dux duodecim horarum Triginta millium indidemq; totius pene nobilitatis cæde, dominum ſuum Hen: Rubeæ roſæ Anglię Franciæq; regem iterum captum carcere calamitateq; in diuos tranſtulit inde mox altera Caroli Burgundi ſororij ſui præſidijs ad Caliſium ſtrage, cæſo Edoar: Valiæ principe, Hen: filio, Redij animi Reginam Margaritam Renati Andegaui Syciliæ regis filiam captam reuerenter dimiſit anno triceſimo primo.

Idem fratrem ſuum rebellem Clarentiæ D: mitigata necis ſententia, in maluatici uini dolio ſubmerſum, capite mulctauit. Eo defuncto, nepotum cæde, Richar: illius frater, atque tum, huius cæde Henr: Richemontis Comes regnauit. En Principum fata.

Anno Triceſimo octauo Carolus Burgun: D: potentiſſ: euerſis atrociter Leodijs, Francis, Geldrenſibus, & Lotharingis domitis, domiturus ad Imperatoris gratiam heluetios, ab eiſdem, bis è finibus eorum plus quadraginta millium cæde pulſus tertio apud Nantium conflictu cæſus, eoſdem, Francos, & generum Maximilianum Auſtriæ ducem, hæredes reliquit certantes. Verum Heluetij acceptis Centenis quinquaginta millibus aureis nummis, uictricis gladij ſui ius, Lud: Francorum regi confœderato ſuo permittentes, utriuſq; certantibus crudeliter regibus auxilia præbuere domi liberi.

Caroli Burgundi interitus.

Heluetiorum uictoria.

Tum Lotharingus Renatus atq; Geldrenſis Carolus paulo poſt apud Tornacum cum quindecim millibus. Alemannis à Gallo occiſus, ſua recuperarunt.

Eodem anno Galleatius i. Maria Sfortia Mediolani Dux, à nobili Ioanne Andrea Lamprogniano in ipſo diui Stephani templo & ſacro confoſſus. Ducatum uiduæ ſuæ illuſtri Bonæ genere Sabaudæ cum hærede filio Ioanne Philippo commiſit, anno inde tertio à Lud: Moro Barri D: Galleatij fratre Bonæ, cum filio cuſtodiæ traditis, ereptum, tum poſt ſuſpectam fratris, nepotis mortem non impune retentum.

Anno quadrageſimo ſecundo Muhama tunc defuncto. Matthias animo, manuq; præſtans Vngarorum Rex contra Paiazetem Turcam, quem magnis cædibus è Myſia, & à Danubij ſuiora pepulerat, proſpere bellans, ab Imperatore Ro: laceſſitus, Auſtriam, capta Vienna, percuſſit, ac de utroq; Imperatore triumphauit. Anno ſubinde nono Viennæ mortuus Auſtriam tum facile ad Auſtrios redire permiſit.

Matthiæ Vngariæ regis triumphus.

Fridericus Imperator Anno Imperij ſui quadrageſimo ſeptimo conſenſu Principū Maximilianū filiū ſuū Ro: nomine Regē Aquiſgra: coronauit. Tū Sueuica liga facta, omnibus Imperio ſubiectis pacem indixit. Anno proximo è Brugenſium carcere Cæſarem eripuit. Et Sigiſmundus illuſtris Auſtriæ Dux, euerſo Rouereto, Venetorum

Maximilianus rex creatus, & è carcere liberatus

præclarum

præclarũ belli Ducem Seuerinatem Robertum ad Atheſim graui cæde fuit. illic hu
ius filium Anto: Mariam, Teutonem ad ſingulare certamen euocantem, ſuperauit
Ioannes Sunnenbergenſis Comes.

Anno quinquageſimo ſecundo Carolus viij. Francorum rex. remiſſa Margarita
Cæſaris impubere filia, Annam Britonum Ducem, Cæſari de mortua equi lapſu
Maria Burgundiæ Duce, deſponſatam, inulte raptam, connubio ſibi deuinxit.

Caroli Francorũ regis connubia.

Anno quinquageſimo tertio illuſtriſſimi coniuges Ferdinãdus Aragonum Rex,
& Elizabeth anno cruenti belli ſexto ad deditionem coacto Meles Rege, diuitem
Bethicę regionis Granatã, annos circiter Octingẽtos amiſſam, Hiſpaniæ, atq; Chriſto
magna cũ gloria reſtituere. Mox Iudęis, & horum adfinibus Marrhanis Centum Vi
ginti quatuor millium numero per edictum regno expulſis, repurgatæ religionis mu
nere, Catholici cognomentum, gentili Regi meruere. Regum ille uel inter Chriſti
anos omnium facile fortunatiſſ: multis quæſitis regnum ſuum regnis auxit. Aphris
non pauca tum agnatis Aragonibus, tum Gallis utranq; Syciliam armis ademit. Idem
& Emanuel Portugaliæ ditiſſ: Rex, alterum fere Mundum præteritis ſæculis incre
ditum, nedum cognitum, Chriſto, ſibiq; per Oceani Nauarchas ſuos obtinuere.

MAXIMILIANVS.

Maximilianus auitæ fęcilitatis inclytus Princeps armis, conſilioq; potens, Pius, Da
uidis amator, à ſanguine temperans, ſuorum carceres, & arma ſuperauit, laborum mi
re patiens, Hoſtium uim non tam manu, quam ingenio ſæpe contudit. Dotem à Bur-
gundo Socero relictam, à Gallorum ui ſtrenue uindicauit. Auſtriam ab Vngaris re-
petijt, conditionibus adactis. Croatia Turcas eiecit. Philippum & Robertum fratres
Rheni Pallatinos igne, ferro, grauiq; Boemorũ cæde, Alberto Monaco duci ſororio
ſuo cedere compulit, anno Imperij ſui decimo Venetos preſſit. Italiam ter ingreſſus,
infido comitatu, gentis, atq; Põ: ſolertia Romam non uidit. Eberhardum ſingulari
prudentia Vuirtenb: Co: Deck: Ducem altero imperij ſui anno Vormatiæ creauit.
Omnium uero maxime in liberis, atq; nepotibus honore, Imperioq; augendis, promo
uit. Eo annum primum à morte patris imperante, atq; nuptias cum Mediolanenſis
Galeatij filia celebrante, Carolus Francorũ Rex, annum agens Viceſimum quartum
animo quam corpore ualentior, pacata Lud: Aurelij uinculis, Cæſarianorum cæde, ac
matrimonij ui Britannia, fœderatis ſtipatus heluetijs, Italia, Romaq;, penetrata, fuga-
tiſq; Alfon: & Ferdinando Regibus Apulię regnum Andagauienſium iure ſuum fac
tum, mauortibus armis, cruentaq; Venetorum, Longobardorumq; ad forum nouum
ſtrage, uani nominis triumpho, cum inuiſa toti orbi peſte, Neapolitani, Gallicíq; mali
nomen ſortita, in Galliam relato, Ferdinan: fugato regi relictorum præſidiorum diſ-
ſipatione recuperandum, reliquit. Tum Carolo ſubitanè defuncto.

Eberhardus primus Vuirtenbergæ dux.

Caroli Octauij & Ludoui: xij. in Italia ſucceſſus.

Lud: vij. Francorum rex Aurelij dux. anno Imperij ſeptimo heluetijs, anno ſuperi
ore proximo, ab atroci Sueuicæ ligæ, Imperatore Duce ignis ferriq; conflictu, uici-
norum probris, uel Gallorum inſidijs incitato, uictoribus pacatis, utrinq; diſpari fi-
de comitibus, Mediolani ducatu, cum Ludo: Sfortia duce, cuius fuerat captiuus, &
Aſcanio fratre Cardinali, annæ ſucceſſionis iure captis, tum Imperatore placato. alte
ro hinc anno, Neapolim communi Hiſpano regi uictoria, recepit. Belloq; tum inter
ſocios pro limitibus orto, Hiſpanus Ferdinan: extruſis Gallis, regnum, & Lud: ipſe
Gallus, extruſum Fridericum regem, ad literas fælicius, quam ad arma natum,
retinuere.

Anno decimo tertio. Philippus Imperatoris filius, à matre Burgundiæ dux, & à
coniuge Caſtellæ Rex, Burgis moriens, illic uiſcera, Granatæ corpus, & Bruxellis
cor, condi mandauit.

Venetorũ belli. Anno Imper: decimo nono, belliq; in Venetos cruentiſſime agitati quinto, potentiſſima iamnum confœderatione Principum per Papam abſolutis, uidelicet contra pactum Venetis, rupta. Indignabundi Pontifex contra Galli, Bernhardino Hyſpano Cardinali ſciſmaticæ factionis capiti fauentes, execrati, Sueuorum, Ferrarienſiumq; auxilio, ſed Nemorſij Ducis Mediolanenſium gubernatoris, atq; octodecim millium militum iactura, ad Rauennam aduerſus Papæ Imper: Hyſpanorum & Venetorum copias obtenta uictoria. Mox autem triumpho per Heluetios, Gallorum neglectu, Pon: ligatos, exuti, repetita cæde Mediolanum Maximiliano Sfortia, Lud: Mori filio relinquere ſunt eo uſq; compulſi. Quo, illud, Lud: Gallo defuncto, Franciſcus *Franciſci Francorũ regis uictoria.* Angulemus defuncti gener, anno regni ſui primo, & Imper: viceſimo ſecundo ad Marianam, ædita diſſidentes, uictoriæq; negligentes in Heluetios, auro non minus quam ferro, ſtrage ad ſex millia ſcilicet fugaq; tanta, quanta hij prius haud ſenſerant unquam, captoque tum duce, recuperatum. Victoria nempe Galli more, magis iactata atq; cantata quam nobili, accepto ſcilicet á tanto rege, non minore hoſtibus damno. Tunc grata Bononiæ obuij Pontificis gratia, atq; *Heluetiorum ſucceſſus.* mox Heluetiorum empta, Septies centenis millibus coronatis pace, tum & uix minoris confœderatione infauſte Mediolanum retinuit, ab Hiſpanis ſcilicet paulo poſtea receptum, atq; dominatum.

Per eas uero bellorum tempeſtates, Heluetij hactenus unanimes, auaritiæ neſcij, & inuicti, diſcordes, uenales, & uincibiles eſſe cœpere, gallico luxu, auroq; corrupti. Hij ſcilicet poſtquam.

Anno Imper: Max: XX. anno inquam per totam Germaniam multis agitato ſeditionibus, pauca manu ad Nouariam duodecim millium cæde per inſigni uictoria Gallos, à confœderato Duce ſuo repuliſſent, domeſtica ſeditione propter Gallorum factiones turbati, Triginta millium peditatu, iuncto eis à Cæſare Vuirtenbergæ duce, Cum bellicis machinis Burgundiam inuaſuri, poſitisq; ad Diuionem caſtris, dum cum gloria aurum terrasq; acquirere potuiſſent, Gallorum turpi numo, mendatioq; ſtolide pacati relictis ſocijs, domum regreſſi, deinceps nil memoria dignum geſſere. Intęrim Gallos hoc tempore ac Scothos adfligente cædibus, urbiumq; direptionibus, *Hen: 8. Angli uictoria.* præſente Cæſare, Hen: Anglo: Nouem item millium cædem hoc tempore ad Vincentiam paſſi ſunt à Cæſareanis Veneti, Malacham viginti quinq; millium ædium urbem, ſola eius anni Chriſtianorum gloria Mauris ademit Emanuel Portugalus.

PONTIFICATVS ROMAni ſucceſſus.



PAulus ij. Venetus, Imperioſus, & arrogans, Eccleſiaſticorum præcipue Cardinalium pompam etiamnum decretis augere conatus, ad id apprime pecuniarum undiquaq; ſtudioſus, officia, beneficiaque uenalia fecit, homo corporis forma adeo ſibi placens, ut, niſi eius Pon: nota diſuaſiſſet, Formoſus adpellari uoluiſſet. Animo uero rudis adeo, ut Academię Platonicę, nec non & humanitatis artis cultores tanquam hereticos execraretur. Doctos, ab anteceſſore pręfectos, officijs, honoribus, boniſq; ſpoliaret. In lecto mortuus repertus, paucorum luctu elatus eſt.

Xyſtus

Sixſtus quartus Franciſcanus

Xyſtus iiij. Saonenſis doctus Franciſcanorum Magiſter, ac monachorum omnium, præſertim mendicantiū, tutor. Vrbis nouus cōditor, tantæq; maieſtatis, ut Criſtianos Principes haberet obſequentiſſimos, quos pro uoto ſuo aut exaltauit, aut depreſſit. Agnatos, præter Eccleſiæ Romanæ dignitatem, quolibet; potuit, euexit. E Turca pulſis, uel oppreſſis magnificentiã exhibuit. Indici ritus Sacerdotibus Templum condidit. Bella per fas, nephaſq; geſſit. In Longobardos igitur execratos, igne ferroq; concitauit, ſuos confœderatos Heluetios, Hoc æterna memoria digno diplomate uexilloq; donatos, & illectos, quod Bernæ ſeruatum, ob rei magnitudinem, raritatem & admirationem, pro tanti paſtoris gloria & exemplo ab agnato Iulio Pon: poſtea imitato, uel contra compendij noſtri modum hic inſerere libuit, quo Chriſtianis uidere clare liceat omnibus, quomodo Chriſtiani gregis paſtor, & ſummus et ſanctiſſimus Chriſtianorum gregem à ſanguine Chriſtiano omnibus modis auertendum, in Chriſtianum ſanguinem conſecrare, prouocareq; poſſit & auſit.

SIXTVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs confœderatis Altę ligæ ſuperioris Alemanniæ Salutem & apoſtolicam benedictionem. Cum in alijs rebus omnibus, & maxime occurrentibus negotijs Apoſtolicæ ſedis, pro quibus dilectum filium Gentilem de Spoleto electum Anagnienſem Nuntium & oratorem noſtrum ad uos miſimus, ſummam ueſtram erga præfatam ſedem deuotionem, fidem & promptitudinem cognouerimus, uos dignos duximus, quos præcipue eiuſdem ſedis munere tanquam præcipuos illius defenſores & fideliſſimos propugnatores decoraremus.

Donum heluetijs pro amore ſedis datum.

Mittimus igitur uobis in pepetuū ueſtræ erga dictam ſedem deuotionis & fidei teſtimonium, Vexillum unum ſolenni benedictione noſtra benedictum, in quo beati Petri Principis Apoſtolorum imago eſt, Cum Pontificali habitu, & mitra triplici, cuius manus dextra erecto digito crucem albam ſuſtinet, ſiniſtra uero tenet claues, ipſe graui & benigno aſpectu fidelem populum, partim inermem, partim armatum, deorſum aſpiciens benignis uerbis ſub cruce poſitis adhortatur. Benedicti filij à Domino ob fidem ueſtram in ſanctam ſedem Apoſtolicam, Sub eius uero pedibus poni fecimus nomen noſtrum, ut etiam filijs & poſteris ueſtris innoteſcat quanto uos amore proſequuti ſimus, ac quam gratã habuerimus ſingularē ueſtram deuotionem & fidem.

Monimētum æternum Sixti iiij.

Ipſum autem Vexillum rubeum eſt ſericeum cum fimbrijs, ac pendentibus loris pariter ſericeis, quæ omnia ſua miſteria habent. Nam idcirco fecimus, Vexillū ipſum rubeum fieri, ut feruorem & ardorem maximum ueſtræ erga ſedem ipſam fidei & deuotionis indicaret: Imaginem uero beati Petri continet, ut ſicut Petrus ipſe Romanæ Eccleſiæ caput eſt, ita ſciatis uos obſequium ueſtrum ipſi beato Petro & Eccleſiæ Romanę præſtare: Et notum ſit omnibus, uos eſſe ſub protectione ipſius beati Petri, qui firma petra eſt, aduerſus quam nec portæ inferi, nec inimici ulli præualebunt.

Quare uexillum rubeum.

Quare imago Petri.

Crux Domini ſuper eius dextra poſita eſt, quoniam ſicut eã ferens dominus noſter Ieſus Chriſtus dæmones conterruit, & portas abyſſi perfregit, ita inimici Eccleſiæ contra quos pugnabitis à facie ueſtra per dictæ crucis ſignum & uirtutem diſſipabuntur & fugient. Nos uexillum ipſum benediximus, ut ſub eo militantes, benedictionem omnipotentis Dei, uobiſcum ſemper habeatis. Ea propter (quod huic ſancte ſedi præfatæ ac uobis fauſtum & fœlix ſit) lęto & magno animo uexillum hoc, quod præfata ſedes uobis donat accipientes, contra eiuſdem ſedis inimicos uirtutem ueſtram oſtendite.

Vexilli uirtus

Ite animis lætis contra hoſtes Eccleſiæ, & illam ab oppreſſoribus Eccleſiaſticæ libertatis ac facientibus contra illam ſolita magnanimitate ueſtra defendite. Inferat præpotens exercitus ueſter uexillum hoc altiſſimi nomine inuocato contra dictæ ſedis inimicos, & quemadmodum columna nubis populum Dei in deſerto præcedebat & dirigebat in uiam ſalutis & uictoriæ. Quicunq; ſub ea pro ipſa Eccleſia Romana pugnauerit, à Domino noſtro Ieſu Chriſto benedictus ſit, & plenariã habeat peccatorum ſuorum omnium remiſſionem & indulgentiam, quam ex nunc & per præſentes concedimus.

Maledictus ſit quicunque contra uos pro Eccleſia Romano prædicta pugnantes pugnabit, aut facere contra præſumpſerit. Vobiſcum autem ſit benedictio Domini perpetua, cum laude & gloria omnipotentis Dei, eiuſque beatæ Mariæ uirginis in ſæculorum ſæcula. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo.

Idus Martij Pontificatus noſtri Anno octauo.

De Curia.

D Galletus *

Dilectis filijs confœderatis Altæ ligæ ſuperioris Germaniæ.

Innocentius viij. Genuenſis, pacis adeo ſtudioſus, ut non niſi pacis gratia bellum gerendum eſſe uoluerit. Qua propter Venetos, dyris à Xyſto ligatos, abſoluit. Neapolis autem regni penſionem Eccleſiæ Ro: debitam, Xyſto remiſſam, armis repetijt. Noruegijs, uino carentibus, ad calicis ſacrificium aquam indulſit Xyſto ſimilis, Eccleſiæ ſuæ præfecturas, & copioſum numum Venijs contra Turcas collectum, liberis, & agnatis diſtribuit.

Valentini Borgiæ ducis ſucceſſus Simili modo, ſed multo luxurioſius, atque uiolentius egit Caliχtus iij. ex fratre nepos Alexan: vi. curiæ negotiorum doctiſſ: honorum, imperioque cupidiſſimus, dum, Valentino filio, è Cardinali Duce creato, potentiores urbis Patritios, & omneis Eccleſiæ per Italiam regulos ei ſubiugandos tradidit. Quo certamine Gallorum, Heluetiorumque præſidio, cruente admodum in utrumque ſexum confecto, ſuperbus ille Gallica à coniuge Valentiæ Dux, numos aucupaturus, aconito Cardinalibus aliquot ditioribus adparato, gloriantem tanto filio patrem conſopiuit, atque ſubinde teli ictu indignam utriuſque gloriam extinxit.

Inſigniores mundi principes. In anno Iubileo ab Alex: Pon: celebrato, inſigniores mundi principes regnaſſe memorantur. In Aethyopia Indiæ ſupra Aegyptum Noad Gyan: In Aegypto, & Syria, Melech Lazeraph Sultanus, In Hyberia Bachares Melech, In Perſis Vſan Caſſanus, In Carmania Lambraibechus, Circa Euxinum, & Tauricam Cherſoneſſum Mahumetus Baiazetis filius, In Aſia minore, Ponto, & Græcia Imperator Paiazet, Mahamet Magni filius. Circa Dromon Mahumetus Tartarorum Europę Rex, ultra Tanaim, & Meotidem Tatis Lordon, ultra Bolgam amnem & ſupra Caſpium fretum Nogais Tartarorum maximus. In Rhutenia Ioannes Verſilij. In Pruſſia è Saxoniæ Ducibus Fœdericus. In Polonia Alexander, In Vngaria & Boemia Ladislaus Alexan: Poloni frater. In Germania Maximilianus Romanorum Imperator, Auſtriæ, Burgundięque Dux. In Anglia Henricus vij. In Gallia Ludouicus xij. In Hiſpania, & Sycilia Ferdinandus v. In Luſitania Emanuel. In Lybia Mandes Abdale. Neapoli Fridericus, Romæ Alexan:

Papa Pio iij. Pio ij. genere, patriaque cognato, Gallis ſuſpecto, ſuſpecta morte obiter elato.

Iulius ij. Xyſtina familia Saonenſis. Iulio Cęſ: quam Petro Apoſtolo ſimilior, Imperio ſeſe, Maximilianum uero Pontificatu præfectum eſſe R. P. conueniſſe dictitabat, Iuſti tenax. Falerni, bombardarum, auri, gemmarumque adpetens, quibus adcumulatis, Imperij cupidiſſ: Eccleſiaſticę ditionis recuperandæ, augendæque prætextu anno Pon: ſui ſexto Bononia domita, icto cum Imperatore iamnum in populares libertates armato, Gallorum, Hiſpanorum, & Anglorum Regibus fœdere, à Venetis,

quic-

PAPATVS ROMANI
Pontifices & anni.



224. Pius iij.
dies 28.
225. Iulius ij.
9.
226. Leo x.
9.
227. Adrianus vi.
2.
228. Clemens vij.
11.
229. PAVL. iij.
Iulius iij.

quicquid Eccleſiæ Ro: iuris occupauerat, dyris, & armis extorſit. Illis tum ſupplicibus, & contra fœdera in gratiam receptis, anno Pon: ſui nono dyris, & armis indignantes, atq; Sciſmaticos Gallos Italia propu ſurus Sacroſancto Paſcate ad Rauennam utrinq; triginta millium cæde temerato, Signa uictoribus Gallis reliquit, relicturus & Romam, parata iam fuga, niſi nuper Matthæi Sedunenſis Epiſcopi, ad arma Cardinalis creati, ſtudio, numeroſis uenijs, annuis quadraginta millibus ducatis, diuorumq; Pe: & Pau: neceſſitatibus in Pon: fœdera, ſtipendiaq; conducti fortes Heluetij, Cardi: duce, Pon: auſpicio Cæſaris hoſtio, & Venetorum ſubſidio, Pon: Venetos, atque totam Italiam à triumphantium Gallorum metu propere liberaſſent, atq; ſeruaſſent. Quibus meritis, hij, tanquam uictorum uictores, ereptis Pon: ſignis, Perpetuo defenſionis Eccleſiaſticæ libertatis titulo. Ornatis diuorum imaginibus uexilis. Aureo gladio, atq; pileo à Pon: fuere magna dignaq; cum gloria donati. Vbi in Maxima, nec minus pudenda Maximorum Chriſtianorum diſcordia, qua ſcilicet ſeptennio ſupra ducenta millia è fortiſſimis populis, fortiſſimorum uirorum, abſq; ulla tantæ iacturæ miſeratione, ſunt inteſtinis armis contrita, Iulio totius belli capite defuncto, è captiuis redemptus.

Heluetiorum triumphus.

Chriſtianorum inteſtina clades.

Rauennæ præfectus ſucceſſit Leo x. Florentinus, obſeruando literatis genere Medices, utriuſq; fortunæ, quam annorum expertior, anno ætatis ſuæ 13. ab Innoc: Cardinalis & 38. creatus Pontifex. Homo natura quietus, & mitis, ab inquietis & immitibus gubernatus, agnatos numularios, numularijs indulgentijs diſpenſationibus, ſacerdotijs atq; triginta unius uno die Cardinalium creatione, ingenti corraſo numo, ditauit, atq; ſimul ad utriuſq; ordinis principatus aliorum iniuria euexit, nempe Iulianum fratrem, coniuge Caroli Sabaudi ſorore, Mutinæ. Et Laurentianum nepotem coniuge Boloniæ Comite Vrbini Duces, ac Iulium nepotem Cardin: creauit. Quibus primis hunc meum laborem Ennij Verulani Epiſcopi, Apoſtolici ad Heluetios Legati poteſtate nuncij iuſſu adpinxeram, Mox autem renouato cum Heluetijs per nummos, & indulgentias fœdere, Chriſtianos principes, ut aliquantiſper pacauit. Anno Pon: ſui 5. Nouo, nec ullis ſæculis audito, Martini Lutheri Auguſtiniani Saxonis, Chriſtianæ doctrinæ, & Eccleſiaſtici ſtatus, præſertim Papatus cenſuram acerrime urgentis certamine, pluris, quam à Turca, qui tunc in Chriſtianos ſęuiebat, uexatus, à ſuo Gallo, ad auerſatũ prius Imperatorem defectione facta, Matthæo Sedunenſi Card: & Proſpero Columna Ducibus, anno Pont: ſui ultimo Heluetios Heluetijs, & Gallos Hiſpanis Mediolano, Franciſco Sfortia captiui Maximiliani fratre impoſito, citra ſanguinem expulit. Quo nuncio, læta febre correptus, obiter expirauit. Huic ad Imperatoris gratiam, cui præceptor, & in Hiſpania gubernatoris fuerat, ſuffectus eſt.

Lutherani certaminis initia.

Adrianus vi. Brabantinus Senex, atq; Deo deuotus, Theologus, Qui robuſta utriuſq; ordinis Principum inſtructa, lyteris, dyris & armis acie, cum Luthero debellaturus, Vngaris interim, & Rodijs Turcæ ferro relictis, ſuſpecta morte uictus occubuit. Qua totius penè Chriſtiani orbis tum à bello, tum à religione perturbatio.

Clementis vij.Leonis x.Nothi Nepotis inuaſit Pontificatum, uix ulli ſuperiorum ſęculorum & Ro:urbi,& Pon:Curię magis infelicem. Porro dum armatus Pontifex inter Cęſareanos, & Gallicanos pro Italię imperio dimicantes, fluctuans, uerſis ſtudijs enatare contendit, à Cæſareanis inopia irritatis, Carolo Borbonio Coneſtabili è profugo,pręſtantis animi duce Capitaneo, Roma ui capta, tum atq; licentioſis, & feris,Capitaneo ſcilicet ſui militis ſclopo in muris aſcenſu proſtrato, Germanis, & Hiſpanis militibus quatuordecim dies abſq; omni locorum,rerum,& hominum reuerentia miſerabilis præda facta. Indidemq; Pontificia Curia, regeſtis decretis, ac Bullis, uel mulis,uel igni ſubſtratis,in Imperialem mutata,multis adfectus probris, cum armata Hadriani mole in Cæſaris fortuna ſeſe dedere compulſus eſt anno Pontifi: ſui 4. Religione præterea multis annis prophanorum ob curam neglecta,non paucas neq; minimas Germanorum Eccleſias,Papatum uelut Antichriſti regnum uerbo,ſanguineq; deteſtatas,amiſit. Qua per Germaniam magno numero utriuſq; ſexus, ætatis & ſtatus homines,à concepta fide in flexiles, Lutheri nomine,diris ac uarijs ſupplitijs ſunt adflicti,adfliguntur,& niſi Dominus pacem dederit,adfligentur.

Vere uere manus Domini eſt, Ne ſcilicet tot, ac tanti Chriſtiano nomine cenſi, ſuas,uelut amentes,non ſolum non agnoſcant adflictiones,ſed etiam ipſis beſtijs infœlicius, nullo propitio conſulto remedio, eas irritent, exacerbant, atq; multiplicent. Quis meminit Chriſtum uerbo,& paſſione religionem,Auguſtum autem legibus & armis,imperium fundaſſe:nunc uero confundi omnia,ſæuiusq; ſæuire gentium neminem,quam Chriſtianos in Chriſtianos, & Chriſtum & Auguſtum iactantes, ô Chriſte,ô Auguſte.

Hinc anno Pont: ſui 7. doctior, perdocta Sanctæ humilitatis ſpecie, Maluit Bononiæ, quam Romæ ſuſcipere Cæſarem, tum illum, illic contra maiorum morem, ab ſe coronatum,mox in Alemanniam, quam in Italiam,pro recuperandis Ro: maieſtatis, non item Cæſareis iuribus tranſmittere, atq; contra Lutheranos bullis, quam Turcas nummis,armare. Inde Cæſariano,Florentinoq; triumpho decoros,Romam reuerſus, paulo poſt non niſi luctuoſa,& illic uidit,ædium nempe horrendam uoraginem, & ex Alemannia audiuit. Lutheranorum nempe inuictam fidem, Iucundiſſ: tamen ei, Cæſariq; fuerunt literæ. Menſe Iunij è Tamixtitan Nouæ Indici Maris Hyſpaniæ Metropoli per Franciſcanos fratres miſſæ,ſignificantes,pluſquam decies centena milia Indorum Chriſto baptizata, Idolorum templa, cultumq; deſtrui,Chriſtiana uero conſtrui, ac indies augeri. Ro: Pon: & Imper:agnoſci,triumphantibus,in extremis Aſię Magnę oris Caroli V.Nauarchis omni ſęculo admirandis. In prędicta ciuitate, ab Hiſpanis euerſa, & reparata, quotannis ultra uiginti millia puerorum corda diſſimulari ſolita nunc Chriſto conſecrari.Inuenta cum regnis ditiſſ:Duce Ferdinan:Corteſio Anno Pont:Leo.x.ultimo. Cle:poſtremum ultimo ſui Pon:anno ſolita ſua prudentia,ſimulataq; humilitate Francorum Regem apud Maſſiliam adijt, ubi adeo inter eos conuenit,ut Rex tantus, talis Pon: neptem Laur:Medices Vrbini D.filiam, cum Ampla Eccleſiaſtici Principatus dote,filio ſuo Aurel:D.recepit uxorem. Subinde aſtutus,& audax lupus,iam potentiſſimis Regum, populorumq; Retijs inſtructus,Chriſti oues Lutheriſmi prętextu ad necem uenaturus, Menſe Septembri, inaudito ueneficio,ſcilicet funalis fumo,cum aliquot aulę ſuę Car:& familiaribus,acerbę necis retia incidit.Hoc epithaphio à Paſquillo Ro:deploratus.

Clementem eripuit nobis clementia Fati, Humanum toto gaudeat orbe genus.
Ex iſta tandem migrauit luce Tyrannus,Quo nullus toto peior in orbe fuit.

Haud diſſimili uituperationis Carmine inauguratus. Clementi nomen dedit inclementia fati,Bellorum hic fomes,cunctorum lerna malorum.Sic omnipotentis Domini manu ſingula ſingulis reſpondent.

Paulus

Paulus iij. Romanus Farneſiæ ſtirpis ſenex admodum liberos ſuos à Paſquillo nobilitatos Papali more ualde exaltare, Lutherumq́ opprimere ſtuduit, Hic Armis ſe Caroli Imperatoris & Franciſci regis Francorum interpoſuit, & apud Liguriæ Nicæam, ubi tres Principum Chriſtianorum maximi conuenerant, decemnalibus inducijs pacauit, anno Pontificatus ſui quarto. Tum res Eccleſiæ compoſiturus ſuperiore anno, Concilium uniuerſale Mantuam indixerat ſed fruſtra, qui & poſteriori Tridentino Concilio nihil effecit.

MONARCHIÆ IIII. ROMANÆ
Germanorum ſucceſſus.

IMPERII ROMANI *Germanorum Imperatores & anni.*



115. CAROLVS V.

PEr hos, & ſuperiores tumultuoſos annos, *Chriſtianorum bella.*
dum confœderati Papa, Cæſar, Galli, Hiſpani
& Angli magnis adfectos cladibus Venetos,
tum hij, & Heluetij, Gallos, eoſdem ſimul, &
Scotos, horum ſcilicet numeroſo cum exercitu Rege ab
Angliæ Regina fuſo, Angli bello præmunt, Turcæ Dalmatas, & Vngaros. Tartari, Ruſſi, & Moſci, Lybonos,
Prutenos, Lythuanos, atq́ Polonos, inteſtinas ob diſſentiones, Chriſtianorum ſubſidio deſtitutos, infeſtant crudeliter, non tamen incruente, Baſilio ſcilicet Ruſſorum
duce triginta millium cæde è Lythuania, atq́ prius Rugduno Valaacho è Pruſſia à Sigis: Poloniæ rege profligatis. Atq́ dum Aſia, & Aphrica Muhamæ legibus adſtrictæ pro Imperio inter ſeſe cruentiſſ: belligerant. Iſmahel *Iſmaelis Sophi ſucceſſus.*
Sophi regia Perſarum è ſtirpe uir mirabili fama, potenti
generis omneis obnoxiorum manu, diuini prophetæ, magniq́ Principis adeptus nomen, annos ſupra uiginti frequentius uictor, nunc Turcam, nunc Sultanum impetijt.
Nunc autem anno Maxim: 23. & 24. Turcæ cædens, *Sultani caſus.*
Cuſſo Lambecho Sultano certamen reliquit. In quo is
cum filio, Ducibusq́ ad Alepum, tum ad Kayrum,
utrinq́ plus quam centum millium cæde, proſtratus, ſuum omne & Syriæ, & Aegypti
regnum triumphanti Solimo Turcarum Imperatori ſubmiſit. Soli uero Chriſtianorum, Nouarchæ Luſitanij, intærea dum uicini parietes ardent, remotos ad Indiæ fines *Luſitanorum & Aragonũ ſucceſſus.*
de cognitis, incognitiſq́ populis Chriſto, & Emanueli Regi ſuo trophæa figunt. Hiſpani item Aragones Cæſarienſem portum, Bugiam, & Tripolim à Mauris ad illuſtrem Ferdinandum regem ſuum tranſtulere.

Carolus V. Maximilian: Imperatoris ex Philippo filio Caſtellæ rege, Burgun: & Auſtriæ duce, & Ferdinandi Hiſpaniæ & Syciliæ Regis ex Anna filia nepos, hęres, & in regnis auorum ſucceſſor, annos natus octodecim Imperio, poſthabitis cum Pon: fauore Franciſci Franci magnificis numis, pręfectus, magnę indolis, atq́ bonę ſpei princeps, omnium qui Germanis, & Hiſpanis regio imperarunt nomine potentiſſimus, dum ſtabiliendis Imperij rebus, intendit, atq́ Lutherum Vuormatienſibus comitijs pręſentem, non tam ſuis, quam ſuorum Pon: ędictis alienat. A Gallis Heluetiorum pręſidio nitentibus, incenſore Arbergi Roberto, ad arma, & ignes euocatus, eius *Gallicum bellum.*
anno Imperij ſui iij. Socio Romano Pontifice Leone, & Hen: viij. literis, & armis Anglorum Rege pollentiſſ: Tornacum, Mediolanum, & Genuam abripuit.

Vuirten-

Vuirtenbergen: Ducatum. Hulderico Duce, ab Heluetijs per ſuos à mandatis deſ relicto, ab offenſa Sueuorum liga expulſo, ſuæ ditioni coemit. Hijs item Chriſtianorum diſcordijs, Venetorum commodo, nactus opportunitatem Turca. Lud: Vngariæ regem ferro, flammaq; , Alba capta, graues ad conditiones impulit, atq; tum mox, anno ſcilicet Imperij 4. dum Galli graui, præcipue Heluetiorum cæde, Mediolano reſ pellũtur ab Hyſpanis, Rhodum maxima ui inuaſit, quam graui 6. menſium obſidione octoginta millium uirorum iactura, Magiſtro Sene Philippo, Villadamo Gallo atq; ſuis Ioannitis cum faſciculis abire permiſſis, deditam Imperio ſuo reſtituit, tum Ioanſ nitæ Cæſ: auxilio in Maltam inſulam pulſis Barbaris impari ſorte ſedem poſuere.

Rodus capta.


Anno 25. Germaniæ præſertim ſuperioris Ruricolæ cum aliquot oppidanis, Euangelij prætextu, iugum ſuum leuaturi, contra nobiles, & Eccleſiaſticos irritati, direptis non paucis arcibus, atq; monaſterijs, à Principibus & Sueuica liga plus 100000. cæde, conduplicatum ſub iugum acerrime ſunt reuincti. Eodem anno Franciſcus Francorum rex Papiam obſidens infœliciter repugnantibus Gallis & Heluetijs, multorum indidemq; magnorum uirorum exulum Nauarræ, & Angliæ regum octo millium, item ſtrage, à Cæſareanis acerrime dimicando Nicolai Com: de Salm: manu caſ ptus. Tum tranſacto in Hiſpania apud Cæſarem anno, acceptis à uictoribus conditioſ nibus, & obſidibus duobus filijs datis, in Franciam ſuam eſt remiſſus. Quo anno Imp: ſcilicet 8. menſ: Auguſt: Turcarum Imperator Solymannus, conflictantibus Mediolani, Papa, & Imperator Ro: ducentorum millium exercitu Vngariam inuaſit, fuſoq; ad Moachum nouemdecim milliũ cæde Lud: rege Budam, & uicina oppida, trucidatis abſq; ullo diſcrimine incolis, igne ferroq; uaſtauit. Lud: itaq; Poloniæ ſtirpis rege, nullis relictis liberis, in adoleſcentia defuncto, Boemiæ ſponte, ſed non citra uim Vngariȩ regna ceſſere illius mutuo ſororio, ſui generis potentiſſimo, Auſtriæ Duci Ferdinanſ do. Anno Imperij nono.

Ruſticorum rebellio. *Francorũ rex captus.*

Eodem anno Poloni grauiter adflicti, Tartaros, Principis filij cæde, grauiter retuſ dere, Anno Imper: vndecimo Menſe April: Spirȩ Ferdinando Vng: Boemiȩq; regi, Imperialibus in Comitijs aduerſus Turcas, atq; Lutheranos Prȩſidi, dum Alpinorum Heluetiorumq; quinq; pagi in fœdus ſponte, contra Euangeliſtas quæſitum, conceſſiſſent. Id atq; contra ſe factum, inique ferentes Tigurini, atq; Bernenſes Menſe Iunij ſua, conciuiumq; Euangelicorum armata manu, ab armatis ſuis confœderatis iniurias ſimul, & probra extorſere. Conſtantiam & Argentoracum pro Euangelio, conciues effecere, Intærea uero Rotuvila Heluetijs confœderata, Lutheraniſmi prætextu, me prius carcere uexatum, Parochum, atq; ducentos ciues, ui exautorauit, & ex his octoginta cum uxoribus & liberis miſere proſcripſit.

Heluetiorũ motus

Solymanni Turcæ ſucceſſus.



Anno Imperij undecimo Solymannus Magnus Othomannorum duodecimus Turcarum Amyras, & Aegypti Sultanus anno Imperij ſui, Ferdinando Rege cum Ro: Imſ perij conſulibus ſuper Sedilium ordinibus Spyræ occupaſ to, ab Ioanne Zypſi Comite, ſeptemcaſtrorum Vinoda, hac nempe conditione tractus, qua ſit ipſe Vngariæ Dominus, & Tutor, Hic autem illius tributarius Rex. Tum ille ſecundo captæ Budȩ, Auſtriaco prȩſidio per deditionem dimiſſo, tum perfide cæſo Zypſum Vngaris Regem dictum, cum Ludouico Crito Veneti ducis notho impoſuit. Hinc priuſ quam Spirenſia decreta explicarentur, totis copijs Ferdiſ nandum ad conflictum euocare cupiens, pluſquam ducentorum millium exercitu, in quina munitiſſ: caſtra partito, Viennam Auſtriȩ caput, principe ſuo uacuam, ac magnanimo magis, quam magno

Zypſa rex Vngariæ. Vienna Auſtriæ à Turcis obſeſſa.

ſcilicet

ſcilicet ſedecim millium armatorum præſidio munitam, die viceſima ſexta Septembris atroci totam obſidione cinxit. Quam à perpetuo honore celebrando præſidio, cuius inter multos præclaros, Philippus Reni Pallatinus. Nicolaus Sulmenſis Guilelmus de Rogendorff, Georgius de Bucheim &c̃. duces extitere, ſed maxime diuina ope ſeruatam, cum per octodecim dies, aſſiduis, & acerrimis impetibus, ſubfoſſo ſcilicet, deiectoq; aliquot locis muro, fruſtra impugnaſſet, Nemine, O ſegnes Chriſtiani, atq; concupierat, præterquam fame, frigoreque conflictum præbente. Die Octobris decimo quarto obſidione noctu ſoluta, fugienti, quam abeunti ſimilior, multus uero multo maiore, Imò Chriſtiani Principes, multo maiore damno dato, quam accepto, ſcilicet agris longè, latéque uaſtatis, cum quinquaginta millibus hominum, à miſera fuga, cædeq; ſuperſtitum, præda receſſit. At hic labor, hoc opus, ne ſcilicet portam tenens, immaniſſimus hoſtis ille, ſemel, & ab ſe Turcarum primo, tentatum & obtentum iter, iterum ignaua Chriſtianorum diſcordia adiutus, repetat. Chriſtianis cum omnibus, tum præcipue Germanis, non ueluti hactenus ſtupidis, eſt indormiendum, Sed Chriſto Duce, amiſſa per ambitionem Germaniæ porta ſtrenue recuperanda. Hac itaq; uice Germania à Turcico metu liberata, mox ab Anglico Sudore noua lue, nec Turca mitiore hoſte, correpta, innumeram necem ſuſtulit.

Anglicus ſudor.

Sub id tempus, Romanus Impe: Carolus, octauo, poſtquam è Germania in Hyſpaniam traiecerat anno, relicta cum tribus liberis Iſabella Portugalenſi coniuge in Italiam claſſe feſtinauit, Immaniſſimo Turcarum Tyranno occiſurus. Cum uero is audito inuicti catholiciq; Cæſaris aduentu, fugam cœpiſſet. Inter Ro: Pon: & ſuam maieſtatem, conuentum eſt, Bononiæ conuenirent. Itaq; Cæſar tali tantoq; exercitu qualem quantumq; nec ueſtitu nec armis ornatiorem potentioremq; ab aliquot ſæculis non uidit Italia. Bononiam quinta die Nouembris ingreſſus, ad diui Petronij ædẽ Papam Cle: æditiore trono ſedentem pedes adijt, ac miris eum oſculis, uerbis, & auro pronus adorauit. Qua mutua ſalutatione feſtiue cœlebrata, Pontifex & Imp: præſentis anni reliquum de perficienda coronatione, de conſtituenda uniuerſali Chriſtianorum pace, deq; arcendo Turca ſerijs aſſiduiſq; conſultationibus peregerunt. Hinc anno Imperij 12. Car: Cæſar poſtquam, pacis conditione ſolatorum aureorum bis centies millenis à Francorum rege acceptis, ei, iamnum è tota Italia pulſo, tum Neapoli, Mediolano, Ianuæq; renunciãti, obſides filios & principes reſtituit, atq; ſororem ſuam Helionoram Portugaliæ uiduam matrimonio coniunxit. Franciſco Sfortiæ Noningenta millibus ducatis aureis exhauſtum Mediolanum confirmauit. Venetos non uacuè gratia donauit, tum atq; totam Italiam multos per annos bellis attritam, pacauit.

Bononiæ Pa: et Cæſa: conuẽtus.

A Cle: Pon: R. die Februa: 24. Bononiæ per admirabili cum pompa, Auguſtaq; cum gloria Romanam Romani Imp: coronam ſuſcepit. Tum coronatori ſuo gratificaturus Italicum exercitum ſuum ei conceſſit, quo rebellem patriam diuitem Florentiam etiamnum Cæſaris cauſa Cæſarem Romanũ adpellantem, per annum grauiter obſeſſam, uel urgente fame ſubiugauit. Vbi Cæſarianorũ dux Philibertus illuſtris Aurãgiæ Princeps ſuæ ſtirpis ultimus in ipſa expugnatione colubri ictu fuſus, in Burgundiam maiorũ ſuorum ſepulchro illatus, Anaxonis comitem per unicã ſororem ſuã ſui & nominis & Principatus hæredem fecit. Hinc ex Italia pacata, diſſidentẽ in Alemanniã profectus Imp: Auguſtus, Auguſtæ Vindelicorum, peracto iuxta Romanũ ritum ueniosſo corporis Chriſti feſto, præceptoq; tum Euangeliſtis nempe Lutheranis ſilentio, cũ Imp: Romani principibus, ac ſtatibus multo magnoq; utriuſq; ordinis numero congregatis, multũ diuq; expectatas Comitias ingreſſus, primum aduerſus Turcam Pannoniæ ſuæ uaſtatorem, tũ Pontificibus ſatisfacturus, & in Lutheranos, cõſilia

Imperator coronatus.

Auguſtanæ Comitiæ.

ſimul

ſimul atq; ſuffragia rogauit. Vbi dum poſt quadrimeſtrem conſultationē legitima cō-
cordię deſunt arma,neq; blandimētis,neq; pollicitis,neq; decretis,neq; minis ceditur.
Luthera Cæſare uidelicet cum Pontificijs ſtricte unito,Lutheranis aūt in totum ad omniū reſti
ni dānati tutionem damnatis,Ideoq; mox ad Smalcaldenſe fœdus compulſis. Tum admodum
diſcors imperij Germanici, & religio & Reſp: iuſtis iuſti principis legibus componen
da,pendent infœliciter adgrauatæ. Tantis itaq; Comitijs penè infecte, ſed impenſa
maxima ſolutis,Imperator in ſuam Flandriam graui tunc aquarum clade preſſam, de-
Ferdinan ſcenſurus, Colonię germanum fratrem Ferdinandum Principum ſuffragio Cæſarem
dus Ro- adpellatum,in ſequentis anni Ianuario Aquiſgrani coronauit.
manorū Anno 13. ſub occiduis Cometæ radijs,Inteſtino Heluetiorum bello religionis à di-
rex crea ſcordia feruide moto,cum quadringentis delectis cōmilitonibus,ac 16. doctis ſimiſlis,
tus. uir ſingulari pietate doctrinaq; præcellens , perpetuoq; memorandus Huldericus
Zvuinglius, Tigurinorum Eccleſiæ primarius Euangelij prædicator & antiſtes, pro
Zuingli Euangelica libertate, proq; pijs & oppreſſis fratribus pugnaturus , à quinq; Heluet:
us cæſus. animi pagis interdicto cōmeatui ferro uiam facturis,improuiſo tumultuarioq; confli-
ctu 11. die Octob: apud Cœnobium Capellæ fuſus,exultantium hoſtium iudicio ma-
ctatus atq; combuſtus eſt. Qua pręſertim,& altera nocturna clade,illeſis à cruore Ber-
nenſibus duplici uexillo munitis,Euangelici fœderis maximū æſtimata Ciuitas haud
æque paruo dedecore atq; negocio diſſipata,planè didiciſſe potuit, Aut propter tuen-
dam inuincibilis Euangelij libertatem,non carnis arma, ſed Chriſti crucem,non egre
ſed patienter eſſe ferendam. Aut propter repellendas piorum fratrum iniurias , non
crucis patientia,ſed fortibus armis, non pigre,ſed alacriter utendum eſſe. Anno 14.
lucente ante ſolis ortum triſti cometa, Imperator Carolus, à Iunio in Auguſtum Ra-
Ratiſbo- tisbonæ celebres utriuſq; ordinis Principum comitias agens,urgente Turca,Euange-
nenſes Co lici nominis ſectæ, uel indignante toto Papa, ad futuri Concilij congregationem pa-
mitiæ. cis inducias Nurinbergę datas,ædicto confirmauit. Tum facile iuxta Principum de-
cretum,admiratum , nec talem in hominum memoria uiſum , è Germanico Imperio
quinquaginta millium equitum peditumq; exercitum illuſtriſſ: duci Frider: Pallati-
Turcitū no Co: Cæſarię maieſtatis uice,ſubiectum,obtinuit,aduerſus immaniſſ: Chriſtiani no
bellum. minis hoſtem Solimannum Turcam,qui ſub initium Auguſti Auſtriam Trecentenis
millibus & aggere Turcico,more ſuo omnia non ſpontina depopulando deuaſtandoq;
ingreſſus . Primo Guntium oppidum cum arce tredecim à Vienna miliaribus di-
ſtans nullo non atroci tentato expugnationis genere , per uiginti quinq; continuos
dies inaniter quidem obſedit , ſed uiribus exhauſit,unde tanti pertæſus dedecoris,Ca
ſtellanum ſola Chriſti protectione ſeruatum,perpetua laude memoriaq; dignum,Au-
ratum equitem Nicolaum Iuriſchitz ad uenerationis oſculum inuitatum, tum obſe-
quentem laudata eius fide atq; fortitudine oppido , libertate , muneribuſq; donauit.
Tum obſidione ſoluta,quod conflictum præberet nemo,caſtra leuauit,ac ſi R. Impe-
ratori inſtructiſſimo centum quinquaginta millium exercitu Viennam petenti,con-
gredi ſtatuiſſet,per quinq; miliaria longe lateq; ſparſis cohortibus omnia cędibus ra-
piniſq; replendo iter uerſus Græciam Stiriæ uertit, honeſtius receſſum ſed cautæ fu-
gæ ſimillimum capiens. Trauoq; circa diem viceſimum Septem: pertranſito, tum ex-
ercitu ſuo recognito,compertum eſt centum millenis uiris caruiſſe. Nam Germani-
cus exercitus abeuntem per uaria & aſpera loca perſecutus , magnas multaſq; cædes
ædidit ubiq;,ac magnam captiuorum Chriſtianorum multitudinem , prædamq; libe-
rauit,ubi ſingularem gloriam ſunt adſecuti Frid: Palatinus, Germanici exercitus
dux, Vuolphius comes de Monteforti, Ioannes Catianus Eques auratus,& Sebaſtian:
Schertle Auguſtenſium Capitaneus,qui parua manu,ſed magna ſolertia , magna per-
fecerat. Multis in hoc bello perſuaſum fuit,ſi potentiſſ: & inuictiſſ: Cæſar, poſthabito
unius Antho: Leuæ belli ducis præſtantiſſ: conſilio, certam hoſtis fugam, incertæ

uictoriæ

uictoriæ præferentis ſolita ſua fortuna ac paratiſſimis armis fretus in Chriſti nomine
pugnam inijſſet, & Turcas uita & Vngariam Turcis exutam fuiſſe. Finito igitur per
Turcæ diſceſſum hoc perquam maximi terroris bello Imp: triumphans è ſalua ſua Vi
enna, cum ſuis Hiſpanis Bononiam reuerſus, hyeme ſecretis apud Papam conſilijs pe-
racta, Cote Sabaudiæ ducíſſa imperatricis ſorore, in Hiſpaniam ſuam lætus rena-
uigauit.

Anno decimo Sueuica liga ſoluta Huldrich Vuirtenbergæ dux, annum 15. exul,
auxilio cognati Philippi Haſſiæ Principis, potentibus Auſtriacis non ſine cruore ex- *Virtenbergius*
pulſis, patrium ducatum recuperauit, recuperatum mox Euangelica doctrina imbu- *Ducatum recuperauit.*
endum ſtauit. Det fructum Hieſus.

Anno decimo ſeptimo Angliæ rex Henri: viij. habito totius regni concilio, regni
ſui ſe regem, & Eccleſiæ ſuæ ſe caput eſſe adprobauit, Ro: in totũ abdicato Pontifice,
tum contradictores puniens, Epiſcopum Roffen: à Lutherana pugna Cardineo pi
leo donatum, atq; Thomam Morum Cancellarium, magni nominis doctrinæq; uiros
capite mulctauit. Monaſterium Vueſtovualiæ caput, nunc Catabaptiſtarum noua
regiaq; Hieroſol: factum, una cum ſuo noui Hiero: nouiq; templi propheta, & rege Ioa
nne de Lyda ſeptendecim reginarum Holandico ſartore, ab ſuo domino Epiſcopo de *Roffenſis*
Vualdek exule Imperiali ſubſidio, poſt longam atq; cruentam obſidionem, uix cap- *& Mori*
tum, ſuæ ueſanæ, ſceleratæq; temeritatis cruore ſuo rebaptizatum dignas exoluit pœ *obitus.*
nas, Et rex ille poſt longum carcerem, una cum duobus pro regibus, ignitis forcipi-
bus lente ambuſtus, & hinc in ſporta ferrea medius ac paulo altius ad excelſum S. Lam *Lyda Ca*
berti campanile ſuſpenſus, ſeditioſæ, furioſæq; dementiæ ſpectaculum dedit Catabap *thabap-*
tiſtarum regno perpetuo memorandum. *tiſtarum rex.*

Anno Imperij decimo octauo Carolus Imp: Paſca Romæ cum Ro: Papa celebrãs,
egit ad indicendum uniuerſale Concilium. tum propter Mediolani, Sabaudiæq; Du-
catus, ab armato Francorum rege impetitos, reddita coram toto Pon: Car: Patrumq;
collegio inuiti, ſed iuſti belli cauſa. Cumq; ad parcendum ſãguini duellum obtuliſſet,
tum en ille pius paſtor reſpondit, omnia ſacræ Maieſtatis dicta, optime dicta eſſe, præ *Cæſaris*
ter Duelli oblationem, quam longe maius præ ſe ferat diſcrimen, quam omniũ uaſallo *& Galli*
rum, ſeruitorumq; perſonas perdere. Se uelle neutrum eſſe & expectare finem, tum il *bellum.*
li qui rationem exceſſerit, uires ſuas oſtendere. Bellum igitur ſuſcepit, conſcriptoq;
mox pergrandi ex Germanis, Italis, & Hiſpanis exercitu, per Inſubres, Quibus in de
mortui ducis locum, ſolertiſſ: belli ducem An: Leuam præfecit, paulo poſt podagra
excruciatum. Pedemontem difficulter & ancipitibus prælijs tranſgreſſus, ualidam
Maſſiliam obſidere tentauit. in Galliam hinc aſcenſurus obuiam Anaxonis Co: Pi-
cardiam grauiter infeſtanti, ſed à peſtilentiali diſenteria magno militũ numero, nem-
pe plus q; duodecim millium conſumpto, abſq; ulla re præclare geſta, coactus eſt non
ſolum obſidionem, ſed & exercitum quoq; ſoluere, ita ut minore forſan damno pug-
uam, quam peſtem ſubijſſet. Apud Taurinum ad cuſtodiam relictos, cum pluribus
alijs, ducentos Heluetios præliantes amiſit Reliquos ſexcentos ad Sauonam ſecutos,
à ſuis Dominis reuocatos, libere remiſit. Rex autem Francorum, cum numis tum ar-
mis potentior Viginti millium Heluetiorum Sebaſtiano à Dieſbach nobili Bernẽſi,
atq; ſex millium Teutonicorũ Guilelmo Co: à Furſtenberg Ducibus charo ſubſidio,
Cæſari non ſolum ſe oppoſuit ad Auinionem caſtris locatis, & maiorem Sabaudici
Ducatus partem, maternæ hæreditatis titulo, Auunculo Duci uel deprædauit, Aleſi
one, & quidem non leui, non immunis, ſiquidem quod ei non potuit uulnus inferre *Frãciſcus*
ferrum, tum morbus tum uenenum intulere atq; haud exiguum, illo nempe uel ex ſo *Delphinus ueneno ſublatus.*
lis Heluetijs ſupra duo millia interiore. hoc autem perijt Franciſcus Delphinus Fran
ciæ,

ciæ,Britonumq; Dux,quo & ipſe rex Pater occubuiſſe debuit, ſed liberatus, ueneficum Montiſcuculi Co: Lugduni per ſententiam quatuor equis quatuor in partes, ad quatuor ciuitatis portas adpenſas, Capiteq; ſupra Rodan:pontem ſuffixo diſcerpere iuſſit.Hinc tam ardenter incepto bello longe pluribus regum mutuis conuitijs quam ſtrenuis factis agitato Papa Paulus Farneſiæ ſtirpis Ro:apud Maſſiliæ Niceam, ubi tres ipſi Chriſtiani orbis Principes maximi, ornatu maximo, per id tempus in infortunati Caroli Sabaudiæ ducis hoſpitium conuenerant, decemnalibus inducijs finem fecit anno Pon:ſui 4. Cum anno ſuperiori uniuerſale concilium fidei cauſa Mantuam & hinc Vincentiam,dominantibus armis,& iam Romanis bullis languefactis,fruſtra indixiſſet.

Bernenſium contra Sabaudos uictoria.

Ad initium Gallicæ commotionis,ſub finem Ianuarij Magnanimi Bernenſes Heluetiorum potentiſſimi pro Gebenenſium ciuium ſuorum libertate, religioneq; redimenda,atq; tuenda,cum Sabaudiæ dux,antiquorum fœderum negligens,nullas pacis conditiones,ſæpius poſtulatus,uel reciperet,uel ſeruaret,ac eorum hoſtem Muſſi Caſtellanum foueret,renunciatis ei fœderibus, indictoq; bello, quicquid à Gudrefinio uſq; ad Cluſam Rodani poſſedit,una cum Gebenenſis,atq; Lauſanenſis Epiſcoporum ditionibus,Nobili Ioanni Franciſco Clauicula Capitaneo, armata manu, datis præfectis,& Euangelio abſq; cruore ſubiugarunt. Quos Cæſar à bello ad pacem, & Rex, quam & ſi promitteret omnia, in ſui belli ſocietatem trahere nequiuit adeo ut nuncios urbe ſua cedere,pactiſq; contentos eſſe iuberent. In hac Bernenſium expeditione intra menſis unius ſpacium plures munitæ arces expugnatæ,atq; combuſtæ ſunt. Et arx illa uetus Cluſa Rodani olim à Cæſ:Iulio contra Heluetios ædificata, quæ hactenus inexpugnabilis ſteterat,ferro funditus eſt exciſa.

Huic uictoriæ bono præludio fuit, Quod paucis ante elapſis menſibus quadringenti ex Bernenſibus, Bielenſibus, atq; Nouocaſtrenſibus collectitij pedites ab Erhardo **Burger** & Iacob **Wildermůt** Ducibus clam conducti Gebenenſibus per in-uia ſuccurrere conati prope Noueſium per inediam è montibus in campum tracti, è mille quingentis hoſtibus per inſidias obuijs, ieiuni ad ſui defenſionem compulſi, pluſquam quadringenti memorabili uictoria proſtrauere, cæteris ad quinq; millium propinquum exercitum ſuum fugatis, hoſtę ad liberum iter uictumq; præbendum coacto,mandato Bernenſium nunciorum domum inuiti rediere, non decem amiſſis,E quibus Heluetici animi fœmina Goſa marito,impuberiq; filio concertans una cum filio fortiter occubuit,Qua nunc Heluetij ueteris Heluetiæ limites, etiamnum ultra Alpes Gotthiæ,Rhenum & Rodanum auctos, obtinent.

HISPANIÆ REGNI REGVMQVE ſucceſſus. Ex Ritio, & Alÿs.

HISPANIAE GOTHORVM *reges & anni, Ex Alfonſo.*



1 Athanaricus — *Ab anno Chriſti 343.*
42
2 Alaricus 1.
27
3 Athaulphus.
5
4 Singericus.
1
5 Vallia.
22
6 Theodoricus 1.
13
7 Thoriſmundus.
3
8 Theodor: ÿ.
14
9 Eringius 1.
19
10 Alaricus ÿ.
21
11 Genſalaricus
3
12 Theodor: iÿ.
11

ANno ab homine condito Milleſimo ſeptingenteſimo Nonageſimo nono, ab aquarum clade centeſimo quadrageſimo tertio. Regnum Hiſpaniæ à nono Iapeticę ſtirpis rege nomen habente, Tubal Iapeti filio, primo rege cœptum, Sub xxi. Regibus, annos Noningentos octoginta duo uſque ad excidium Troiæ, & Gargorim Mellicolam Regem durauit. Hinc tranſactis Mille ſeptuaginta uno, liberis ſub Ducibus, annis, Hannibalis Pœni, Triginta quinq; annorum Imperium ſuſtinuit. Hinc ab Aphrorum uictore, Ro: Scipione capta, Romanis annos quingentos & octo paruit, nempe in Imper: Ro: Conſtantÿ Conſtantini ÿ. annum tertium. Vbi, dum Paulo ſuperioribus annis Ro: Imperium Barbari lacerare cœpiſſent, Iamq; Vandali Bethicam, Alani, & Suæui Luſitaniam occuparent, Gothi Athanarico rege Hunnorum iugum auerſati, ſed aliorum Barbarorum fortunam ſequuti, Hyſpaniæ Gothicos uſq; ad Pelagium reges dedere, Quos, ab Athanarici morte, duobus de uiginti annis
421 per Theodoxium interceptos, Alaricus primus Imper: Ro: diſſipator, adflicta ferro, & igne Tratia, Germania, Gallia, Italia, Roma, & Apulia, reſtituit, eidem proinde in Baſenti flumine condito, ſucceſſit Athaulphus qui, direptis Romæ reliquÿs ductaq; tum in uxorem Honorÿ Imper: ſorore captiua Galla Placidia, pacis odio, Barcinone à ſuis eſt occiſus. Similiq; fato mox dum interÿſſet Singericus, Vallia Gaditano ſuorum naufragio diminutus, accepta Aquitania, redditaq; tum Placidia cum Romano Principe pacem inÿt, hinc cum Cæſ: Conſtantio reliquos adgreſſus Barbaros, Bethicam, expulſis Vandalorum reliquÿs, Gothorum poteſtati ſubiecit.

Alani uero magna ſuorum ſuiq; regis à Conſtan: Cæſ: facta cæde, Gothis mixti, Gothalanos peperere. Theodoricus 1. in Catalaunica ſtrage ſuccubuit. Thoriſmundo fratrum inſidÿs ablato, ex hÿs Theodor: ÿ. Luſitania, Rethiarÿ tertÿ Sueuorum regis cæde, ſubacta, ſuo ſimili dolo perÿt. Eringius Tharraconem, & Cæſar auguſtam regno coniunxit, atq; Gothos ſcriptis legibus parere do- *Gothalanorum ortus.*
510 cuit. Alaricus ſecundus Theodorici Italiæ regis gener apud Pictauium à Francis eſt occiſus, Almanarico infante ſuperſtite, hunc nothus frater Genſalaricus excluſit, hoc uero excluſo, Theodoricus iÿ. auus reſtituit, reſtitutum interemerunt Franci. Huius hinc matre Amalaſuntha à Sobrino Tendio in balneo ſuffocato, hic, ueluti regno indignus hyſtrio, ſuffecto Tendeſilo, à ſuis eſt interfe-

13. Amalaricus.
5.
14. Tendius.
18.
15. Tendiſelinus.
3.
Sueuorũ in Gallia deletum regnum.
16. Agila.
5.
17. Athanagildus.
14.
18. Lymba.
3.
16. Leoniſgildus.
18.
20. Richaredus i.
15.
21. Loyba.
2.
22. Victricus.
7.
23. Gundemiris.
2.
24. Siſſebuta.
9.
25. Richaredus ij.
1.
26. Suintilla i.
4.
27. Siſecundus.
5.
28 Suintilla. ij.
4
Saracenis Mauris Gothorũ Hiſpaniæ regnũ ceſſit.
29. Tulga.
2.
30. Cindas Vindus
10.
31. Reciſuindus.
Aſturum et Legionis regnum.
19.
32. Bamba.
10.
33. Eringius ij.
7.

ctus. tum & is ob illatam matronis uim, in Hyſpalenſi ſe-
ditione, item & Agila ſuorum gladio periere, Athanagil
do defuncto, Lymba Aquitaniæ ſuæ ducatu contentus,
regno fratri ceſſit Leonogildo, qui Handeca octauo Sue-
uorũ in Luſitania rege fuſo, propulſis Sueuorũ reliquijs
Cẽtũ quinquaginta duorũ milliũ annorũ regnũ ademit.
Cæſiſq; Ro: Legionẽ ablatã, ſuo nomine ſuã fecit. Arria
norũ hæreſi fauit adeo, ut eam improbantem filium ſecu
ri percuſſit. Richaredus i. Arrianum dogma, à patre de
fenſum, ſed à Toletana Synodo damnatum, diui Leandri
Hiſpalenſis Epiſcopi monitu, ab Hiſpania exterminauit
Loyba, Vectericis fraude ſublato, hic eadem Gomdami
ris perijt arte. Tum Siſſebuta Gentis adſenſu rex creatus,
in Chriſtum uere pius, regnum ultra Herculeum fretum
protulit. Romanos bis profligauit Richaredum ij. & is
Suintillam genuit primũ totius Hiſpaniæ monarcham.
Siſecundus Suintillæ ij. fratri ætate maiori regnum præ-
ripuit. poſt Tulgam à gente ſuſceptum, Cindas Vindus
605. uacuam hærede regiam occupauit, eamque tranquillam
Reciſuindo filio reliquit, quo mortuo, Bamba, Regnum
iuſſu gentis acceptum, ingenti Maurorum ſtrage ducen
torum ſeptuaginta ſcilicet nauium combuſta claſſe, nobi
litauit. Is inde poſtquam à ſucceſſoris ueneno conualuit,
religioni ſe mancipauit. Tum Eringius ij. ille ueneficus,
depulſo Theofredo Reciſuindi regis filio, regnum rapu-
it, Egypzæ genero ſuo relictum, quod deinde huius Vi-
tiza tã diu retinuit, donec à Roderico, Theofredi, quem
pulſum is effoſſis oculis, relegarat, filio, Romanorũ ſubſi
dio fuerit interfectus. Hic Vitiza probroſus, atq; libidi-
noſus rex. Sacerdotibus, quos edicto à Ro: Pon: obedien
tia ſubtraxit, et quot quiſq; concubinas alere poſſet, lege
conceſſit, uel potius Epiſcopis, & clericis, contra Ro: de-
cretum, matrimonium pręcepit. rebellionis timore urbi
um muros diecit. Eo Cęſo, Cęſaris frater Coſta ætatis iure
regnum accepit, quo defuncto, id ad Rodericum redijt,
Qui Vitizæ libidini ſimilis, Quod Iuliani Comitis a-
pud Mauros legatũ agentis filiã ſtupraſſet, euocante illo,
à Mauris, octo dierum conflictu, atq; 100000. cæde, cum
uniuerſa pene Gothorum nobilitate fuſus, abolito iam-
num Gothico nomine, Regnum Bellazi, Muzæ Sarace
ni Maurorum regis filio reliquit, inædia, ferro, flammaq;
detritum, Idq; hij per annos inde 20. mutua ſuorum 15. re
gum cæde uix quietũ ſibi fecere. Hiſpania igitur à Mau
ris Saracenis occupata, Chriſtianorũ apud Aſturã laten
tes reliquiæ, Pelagium Fauillæ Cantabriæ Ducis filium
regem ſibi crearunt. Qui diuina ope fretus, aucto indies
Chriſtianorum numero, tum 70000. Saracenorum cęde
Legione urbe recepta, moriens, Aſturum, Legioniſq; re-
gnum Fauillæ filio tradidit. Cui ab urſo in uenatione di-
laniato, ſucceſſit à ſorore Alfe: i. Petri Cantabrorum

Ducis

34. Egypza.
13.
35. Vitiza.
9.
36. Coſta.
3.
37. Rodericus.
6.

LEGIO: ET ASTVrum reges & anni.

38. Pelagius.
14.
39. Fauilla.
2.
40. Alfon:1.Cathol:
19.
41. Froilla 1.
13.
42. Aurelius.
6.
43. Sillo.
8.
44. Mauregatus.
3.
45. Veramundus 1.
4.
46. Alfon:ij.Caſtus
36.
47. Raymiris 1.
7.
48. Ordonius 1.
10.
49. Alfon:iij.Mag:
46.
50. Carſia.
3.

Ducis filius.Pelagij gener.Qui aucto Maurorum ſtrage
700. regno,Arrianoq;,quod repullularat,dogmate extirpato,
primus Catholici cognomen ad poſteros tranſmiſit.Suc-
ceſſit huic natu ſenior Froilla 1. Aurelij fratris ſui manu
ſublatus. Horum ſororius Sillo,excluſo Froillæ filio re-
gnauit.Quo demortuo,Mauregatus Alfon: 1.nothus fi-
lius,pacto uirginum tributo,Maurorum ſuppetijs regnũ
uendicauit. Hinc Veramundus 1.Alfon:1.ex Bilamaro
filio nepos ex diacono coniunx, & rex factus, tum uxorẽ
in monaſticam uitam ſequutus, regnum conſobrino ſuo
comiſi Alfon: ij.cognomine Caſto. Quod cum is Mauro-
rum,quorum 7000:cæciderat, ſpolijs ditaſſet, probeq;
Caroli M.Fran: regis conſortio rexiſſet, ad Veramundi
Monachi filium Raymirim 1.redijt. Virum ut erga bo-
nos mitem, ita in malos ferum,qui retuſis à Gallitiæ por-
tu,Normannis,profligatisq; Mauris, diuo Iacobo, quem
patronum ſenſerat,Ordinem inſtituit. Huius deinde fili-
us Ordo: 1. profligati Muze Maurorum regis filium in
uaſallum ſibi redegit.Huic ſueceſſit filius Alfo:iij cogno
mento magnus,quam & ſi parum ſecunda fama diu rexe-
rit,fratres tanquam uitę eius inſidiantes,oculis priuauit.
Regnum Garſiæ filio dedit,Aiole Mau: regis triumpha-
tori, Quo ſine liberis elato,regnum accepit huius frater
Ordo:ij.Qui,dum quatuor Caſtellæ Co:perfide necaſſet,
Caſtellam amiſit,proprijs deinde regibus ſubiectã.Hinc,
huius eiectis liberis,frater Froilla ij.regnum fraude quæ-
ſitum leprę contagio reliquit. Alfon:iiij.filio,quod is cu-
cullo ſuſcepto,dimiſit Raymiri ij.fratri. Cumq; pœniten
tia ductus,idq; repeteret,à fratre captus,oculos itẽ perdi-
823. dit.Raymiris autem Cordubæ & Albenihaia Mauros re
ges 80000.cæde profligauit. Huic ſucceſſit filius Ordoni
us iij.huic Ordonius iiij. cognomento Malus Alfon:iiij.
Monachi filius,quo à Sanctio 1.Ordon:iij.fratre in prælio
perempto,hic,à tanta,qua uix aluum ſuſtineret, craſſitie
Craſſus adpellatus,Caſtellam à Legionis feudo liberauit
quinquennis ætatis filium reliquit regem Raymirim iij.
Sub hoc rege,ſi noſtri Ritio conſentiunt anni,Innicus ex
Brigortia Comitatu uir militia clarus,à Maurorum retu-
ſione,Nauarræ regnum conſtituit.Sed noſtris annis uero *Nauarræ*
ſimilius eſt,id cœptum eſſe ſub Raymire ij. Cuius,autho *regnum.*
re Ritio, filius Sanctius Craſſus matrem habuit Garſiæ
Nauarræ regis,qui Innico patri ſucceſſit,ſororem. Vera-
mundus ij. Ordon. Mali filius adfectatum regnum, adſecutus diui Iacobi præſidio
ſeruauit, Almazare ſcilicet Maurorum rege diro legionis, atq; Compoſtellæ di-
reptore, uictoreq; cœlitus deuicto, Legionem hinc reſtaurauit Veramun: filius
Alfon: v. in uiſei oppidi oppugnatione telo exanimatus, filium habuit
ſucceſſorem Veramun: iij. Qui commiſſa cum ſororio Ferdinando 1. Sanctij
Nauarræ regis filio,perq; matrem Caſtellæ Comite, pugna ſuccubuit, tum Legione
in uictoris poteſtatẽ redacta,Is ſeſe Legionis,Caſtellæq; regem adpellauit.Mauris ſæ- *Caſtellæ*
pe proſtratis,Columbriã,& maiorem Portugaliæ partẽ ademit. Hiſpaniã ab Imp:R. *regnum.*

51 Ordonius ij. 8.

52 Froilla ij. 2

53 Alfon:iiij. 5 — 904.

54 Raymir:ij. 19.

55 Ordon:iij. 6

56 Ordon:iiij. 5

Portugaliæ regnũ

57 Sanctius 1. 12

58 Raymir:iij. 25.

59 Veramund:ij. 17

60 Alfon:v. 31 — 1019

61 Veramund:iij. 6

LEGIO ATQVE CAſtellæ reges.

62 Ferdinan:1. Magn: 47

63 Sanctius ij. 6.

64 Alfon:vi. 43 — 1120

65 Alfon:vij. 4

66 Sanctius iij. 1

67 Ferdinan:ij. 17.

68 Alfon. viij. Bonus 50

69 Alfon. ix. 28 — 1220

authoritate exemit, Magni cognomen meruit Rex illuſtris, huius frater nothus Raymiris patris teſtamento Aragonum rex eſt declaratus. Sanctius ij. Fer: primogenitus, erepta Mauris Cæſar auguſta, compulſo in cucullũ rege Legionis Alfon: cæſoq; Gallatiæ Principe Garſia fratribus, dum omnem paternum in ſe coegiſſet imperiũ, à Vellido quodam confoſſus, uiolentiæ pœnas dedit raro diuturnæ, Regnumq; reliquit Alfon: vi. fratri, qui à Toleti rege, ad quem, exuto cucullo, ſupplex cõfugerat, dimiſſus, admirabili uiro Roderico Viuar, cognomine Cido, Duce magno contra Mauros geſſit, Toletum recuperauit. Cidum magnis priuilegijs, Valentiaq; donauit. Henricum Lothar: Co: à Theraſia notha filia ſua generũ Portugaliæ regem creauit. E ſex uxoribus unicum Sanctium habuit filium, à Sarracenis in prelio cæſum, & è pellice Iordanem in Syriana profectione natum, & in Iordane baptizatum, unde nomen is accepit. Quapropter defuncto ſucceſſit ex Viraca filia Barcinone Co: nepos Alfon: vij. Qui, obtento contra uitricum Aragonum regem regno, tum expugnata Corduba, conciliatisq; in pacem Mauris, Hiſpaniarum Imperator à Ro: Pon: eſt adpellatus. Succeſſit huic filius Caſtellæ rex Sanct: iij. cognomine deſideratus, huic ui frater legionis rex carcere caſtigatus Ferd: ij. huic Sanct: repulſus filius Alfo: viij. cognomine bonus Hen: regis, & quatuor reginarum ex Elionora Anglorum regis filia pater. Is dum primo parum fœliciter dimicaſſet, altera pugna 200000. cæſis, claſſeq; diſcuſſa Mauro, terra, mariq; uictor, multa prius amiſſa recuperauit. Sub eo B. Dominicus dominicaſtris ortum dedit. Alfon: ix. Octaui gener Legionis rex, eiecto coniugis fratre Hen: Caſtellam occupauit, quam cum illo defuncto, recuperaſſet Henricus 1. hic ludens, animam tegulæ ictu exalauit atq; ſucceſſorem reliquit ſororij Alfon: filium Ferdinan: iij. ſex filiorum è Beatrice Braban: ducis filia patrem, & liberis & armis fœlicem, Is nempe Mauros è tota exterminauit Hiſpania, præterquam Granata, cuius regi ſtipendium imperauit. Sub eo Iacobus Aragonum rex Baleares inſulas Chriſtum docuit. Alfon: ix. Fer: totidẽq; quot ille liberorum ex Violanta regis Aragonici filia pater, rex ſuper omnes, qui regio nomine Hiſpanis imperarunt, uaria rerum, & artium ſapientia præditus, inſignia partitarum legum, Hyſtoriæ generalis, & Aſtronomiæ uolumina condidit. Conſtantinop: Imperatorem à Sultani manibus ſuo numo redemit. Murtiam ſuo munere inſignem ingenti ui Mauris abripuit. Portugaliæ regem, ob notham filiam illi connubio datam, Alagarbi comitatu, à quo reges Alagarbi dicti, & immunitate donauit. Suo Ro: Imperij iuri, Ro: Pon: ſuaſu, pacis gratia, ſponte renunciauit. Inde regnum recepturus, â filio, quem pro ſe regnare iuſſerat, eſt impeditus. Is eſt Sanctius iiij. Qui

regnum

70. Henricus i. — regnum egre,uel Maurorum auxilio contra patruum &
fratres tutatum, noueni filio ſub matris tutela reliquit
3. — Ferdin: iiij. Hic matris prudentia ſeruatus, innoxiorum,
71. Ferdinan: iij. — ob perduellionum necem, diuinum ad tribunal citatus,
labente 30. dierum termino, dormiens expirauit. Eiq;
28. — ſucceſſit filius Alfon: xi. Qui, poſt quam in ſuos nunc ag
72. Alfon: x. Imper: — natos iniuria deſeuiſſet, impetu in Mauros uerſo, terra,
mariq; uictor, innumeros fudit. Aliæ ſyram cœpit. Gil-
32. — benaris arcem obſidens, peſtilentia, quæ tunc prima ca-
73. Sanctius iiij. — ſtellã inuaſiſſe fertur, obijt, relictis unico legitimo, & ſex
11. — illegitimis filijs, Quorum legitimus Petrus paternum re
gnum adeptus patre in ſotios. & fratres crudelior, poſtq;,
74. Ferdin: iiij. — uxore, tribusq; necatis fratribus, nothum fratrem Hen:
15. — 1309. Anglorum ex Aquitania uocato ſubſidio, perimere ten
taſſet, ab eodem, Francorum auxilio, eſt interremptus.
75. Alfon: xi. — Igitur Hen: ij. uictori ſucceſſit filius Ioannes i. Qui cum
40. — Anglis de regni ſui iure pacatus, Portugaliam ſecundæ
76. Petrus. — cõiugis iure capturus, ab Ioanne notho coniugis ſuæ fra-
tre, è cucullo ad regnum ſuſcepto, repulſus, tum equi lap
19. — ſu mortuus ſucceſſorem habuit ex Aragonum regis filia
12. annorum filium Hen: iij. regem ſplendidiſſ: Is Mari-
77. Henr: ij. — am 12. annorum filiam deſponſauit Alfon: ferdi: fratris
ſui, Martino materno auo demortuo, Aragonũ regis, nu
10. — meroſa, nobiliq; progenie feliciſſ: filio, Aragonum, &
Syciliæ regi, Tum ſucceſſorem reliquit incunis regem
78. Ioannes i. — Ioann: ij. ab Anglicæ gentis matre, patruoq; ſocero ſerua-
tum, qui ſeneſcens aſciuit regno filium Hen: iiij. Cui
11. — poſt aliquod inſignes de Mauris triumphos, ſucceſſit, ex
cluſo ſuppoſititia filia Portugaliæ regina, ab Elizabeth
ſorore prudentiſſima, prudentiſſ: Ferdin: v. Ioannis Ara *Granatæ*
79. Henric: iij. — gonum regis filius. Hic communi coniugis auſpitio, Gra *regnum.*
natæ regno capto, omnem Maurorum in Hiſpania domi
16. — natũ annos circiter 800. occupatum, extinxit, omnemq;
totius Hiſpaniæ præterq; Portugaliæ Imperium, Balea-
80. Ioannes, ij. — rium Sardiniæ, & utriuſq; Syciliæ regna ſuæ ſubiugauit
poteſtati, quam item nouæ inuentionis terris, & Inſulis
47. — auxit, regum ſua tempeſtate omnium facile clariſſ: Idem
que feliciſſ: cenſeri potuiſſet, Si cui Margaritam Maxim:
81. Henricus iiij. — Imp: filiam & Auſtriæ Burgundiæq; ducis generi ſui ſo
rorem coniunxerat, filium, gloriæ, potentiæq; ſuæ hære
dẽ ſuperſtitem habuiſſet, Eodem uero, atq; mox genero
22. — Philippo à ſocru Caſtellę rege ſublatis, uniuerſa tanti
regis, Patris, & aui paterni fortuna nepoti ceſſit Carolo
82. Ferdinan: v. — eius nominis in Hiſpanię regno primo, & in Ro: Imperio
quinto: Sic Hiſpania, & utraq; Sycilia fauſtiſſimã Germa
41. — 1515. nicæ nationis Auſtriæ Ducum in Domum peruenere.

83. Carolus i.

Galliæ

GALLIÆ FRANCIÆQVE REGNI
regumq́ ſucceſſus, ex uarijs authoribus.

FRANCORVM REGES *& anni, ex Tritemio.*



Francoːniæ ducatus mutatio. 1 Faramundus. 7

2 Clodius. 20

MEROVINGORVM REGES.

3 Meroueus. 12


4 Hildericus 1. 26

5 Clodoueus 1. 30

6 Lotharius 1. 50

ANno ab homine condito 1799, ab aquarum clade 143. Regnum Galliæ à decimo Iapeticæ ſtirpis rege nomen ſortitæ; Samothe Dite Iapeti Priſci filio rege primo, ceptum, undeuiginti ſub regibus annos 982. uſq́ ad Troię deſtructionē durauit. Hinc ab euerſa Troia per annos 1131. uſq́ ad Iulij Cæſ: dictaturam, Qua Gallia ſuperata, Romanorum & Imperio, & linguæ paruit annis 465. Vbi Franci, Troiana proles. Qui ſub annum Darij Longimanni 32. à Troia diruta 727. Ante Chriſtum 440. à Gothis pulſi, relictis Meoticis finibus, inter Saxones ad Rhenum uſq́ 42 ſub regibus retento regno conſederant; Teutonum lingua, moribuſq́ indigenæ facti, Annum circiter Theodox: iunioris octauum, poſt multos conflictus, Vandalis atq́ Romanis ſuperiores capto Senonū Gallorum agro, *Anno Chriſti 419.* Regem impoſuere Faramundum Marcomiri Teutofrancorum Ducis filium. Siquidem, rege Marcomiro à Valentiniano Imp: cæſo, Francis deſierant reges. Is itaq́ reparaturus regnum, feram gentem, præſcriptas Salicas ad leges compoſuit, urbes, urbiumq́ muros reſtaurauit. Regnum Clodio filio reliquit. Sed Teutofrancorum Ducatum Marcomiro fratri dedit, In cuius progenie uſq́ in ultimum Theodorici ij. Fran: regis annum manſit. Vbi Heleno Duce ſine liberis demortuo, ducatus Pipino Franci generis Brabantiæ duci, Francorumq́ regni Palatino ceſſit, quem, ille rex factus, Herbipolenſi Eccleſiæ donauit Epiſcopo Burchardo. Clodius autem, Quod tonſura captiuos Gallos ſeruitutis notaret, Intonſos Francos, at liberos haberet, capillati cognomen obtinuit, Thuringorum regem tributis adegit, Regnum ad Ligerim tetendit. Sine liberis elatus, regnum conſanguineo Meroueo dimiſit. Qui Catalaunicæ pugnæ ſuperſtes, regium ſtemma ſuo nomine Merouingorum ad Pipinum regem propagauit, eoq́ rege Galliam incolere, Gallicæq́ loqui cœpere Franci. Hinc huius filius Hildericus 1 à Biſſino Thuringorum rege, ad quem, ob ſtupra dimiſſa regno, confugerat, reuocatus, hoſpitij læſo iure, ſecutam ſe reginam retinuit, Aurelianos, & Andegauos ſubegit, Omnes pręterea Rheni ciuitates à Colonia Conſtantiam 512 uſq́ Lepontios, Valeſienſes, & Heluetios, profligatis Saxonibus, Sueuis atq́ Romanis, ſuis præfectis tributa pendere coegit. Clodoueus 1. auctum à patre Hild: regnum, exterminatis tota Gallia Romanorum reliquijs, Gundebaldo Burgundorum rege, qui fratricidio regnum uendicarat, ultionem parentum, regnumq́ paternum exigente,

FRANCORVM MEROVINGORVM *reges & anni, ex Tritemio.*



7. Hilpericus 1.
22.
8. Lothar: ij.
22. 630.
9. Dagobertus 1.
12.
10. Clodoue: ij.
17.
11. Lothar: iij.
2.
12. Theodoricus 1.
1.
13. Hildericus 1.
12.

gente, Francorum Regina Gothilde, tributis adacto, cæſoq; Gothorum rege Alarico, ad priſtinos Galliæ terminos reduxit. Hinc Gothildis coniugis ſuæ, ancipitisq; contra Sueuos uictoriæ, monitis. Beato Remigio Remorum Antiſtite Doctore, atq; baptiſta, cum 30000. Francorum primus ipſe ſuæ ſtirpis regum, Chriſto initiatus, oleum, quod deinceps reges ſacrantur, lilia & auriflammam, militiæ ſigna (ut aiunt) cœlitus accepit. Eo autem defuncto, quatuor illius filij, regno diuiſo Hildebertus Pariſiorum. Lotharius ſueſſionum. Theodoricus Metenſium, & Clodomirus Aurelianenſium, Reges ſunt adpellati, Clodomiro tum matris iuſſu bellante, à Burgundis, quorum Regem Sigiſmundum captum cum liberis necauerat, interempto, nec non eius filijs impie à fratribus trucidatis. Gundemaro rege profligato, Burgundia Francis acceſſit. *Burgundia Francorum facta.* Theodorico item, qui Thuringiæ per fraudem occiſo cum liberis Ermenfrido rege, captæ, regium aboleuit nomen, demortuo. Hinc & Hildeberto, qui cæſo ſororio Almarico Gothorum rege, depopulatoq; cum confinijs Toleto, ſororem repetierat. Cæſar Auguſtam, fugato ex Aquitania Gothico Duce Athalarico, obſeſſam, acceptis diui Leuitę Vincentij reliquijs, inexpugnatam dimiſerat, anno regni ſui 45. humanis exempto, redunitum regnum Lothario 1. manſit, libidinoſo regi, ſed caſtiſſimæ Radegundis marito, is Saxonibus tributum uictis indixit. Britanniam, interfecto Conobro Duce Grani rebellis tutore, cœpit, captumq; ſimul Granum filium, cum liberis & uxore igni dedit. Regnum item quatuor filijs reliquit, regibus, è quibus Hilpericus 1. Sueſſionum rex, non ineruditus quidem, ſed & in Deum & in homines impius Fredegundæ homicidæ pellicis, quam, ſtrangulata Galfonda coniuge, coniugem fecerat, fraude necatus, Lotharium ij. ex Fredegun: filium præſtantem dedit regni ſui ſucceſſorem. Qui matris aſtu, cædibusq; ſeruatus, decem agnatis ſuperſtites regibus, integratum adeptus regnum, Brunhildim, Athanagildis Gothici regis filiam. Galfondæ ſororem, & patrui Sigisberti Metenſium regis Fredegon: dolo necati, coniugem, tot regum necis ream, ſeuere puniuit, anno regni 31. ſolus rex Garneriū, cuius opera Brunhilde capta, regnum pacauerat, Pallatio Co: Harponem Burgundię, Co: Radonem Auſtraſię. Genebaldum Franconem, Francofurt ad Menum conditorem, Moguntiæ, Vuormatiæ, Spyrę &c. Pipinum Naumortij Co: Brabantiæ Ducatu donatum, Picardię & Flandriæ, prefecit, atq; Sigisbertum, propatruelis ſui Theodeberti Metenſium Regis, eius ſcilicet, cuius 30000. ſtrage profligati caput, à

FRANCORVM MEROuingorum reges & anni, ex Tritemio.

Sigisbertus Heluetiorum Rex.



Britannia Francorũ facta.

Theodo: i.

12.

12. Clodoue: iiij.

2.

15. Hildebertus

18.

19. Dagober: ij.

5.

Pipinus Auſtraſiæ Franciæq; Pallatinus.

17. Lohar: iiij. & Hilperi: ſacerdos

7.

18. Theodor: ij.

15.

19. Hildericus iij.

9.

Colonienſibus exegerat, illius frater Burgundiæ Rex Theodoricus ab auia Brunhilde necatus, filium Baſilienſibus, Conſtantienſibus, Curienſibus, Sedunis, Lauſanenſibus, & interclusis populis regem dedit hinc, icto cũ Longobardis fœdere, duodecim millium aureorum numorum tributum eis relaxauit. Saxonibus uero crudeli ſtrage deuictis, quingentorum boũ tributum imperauit. Dagobertum primum filium Auſtraſiæ regem non omnino audientem, habuit ſucceſſorem. Is tributum Saxonibus remiſſum profligatis impoſuit Sclauis, à quorum infeſtatione, Nidicahillim Britonum Ducem dum liberaſſet, Duce ſponte ſua dedente, Britanniam eſt adeptus, admirabilis uitę rex ille, inter iniqua libidinis, ſanguinis, ſacrilegijq; crimina, ob in diuos diuorũq; ſacerdotes magnificentiam, uel argenteo Paryſiorum Dionyſio, & magno Argentinorum Petro teſtibus, Diuis adnumeratus, ignauos ſucceſſores reliquit. Qui ſcilicet, Permiſſis omnibus regni munijs Pallatij præfectis, inerti otio ſpectaculoq; contenti, regium nil præter nomen geſſerunt. Clodoueus Secundus alter Dagoberti filius, uiuo patre, Burgũdiæ rex Auſtraſiam regente Sigisberto fratre, id unum pietatis opus egit memoria dignum, Quod, fame perituris, argenteis Sancti Dionyſij conflatis tegulis, auxilia tulit. Alioqui nulla laude uir, è laudata Bathilde Saxonici generis coniuge tres regno reges edidit, ſe, uel ignauiores, uel ſeuiores. Tyrannidẽ exercentibus interim Pallatinis. Lothario Tertio igitur poſt otioſum patrem, otioſe defũcto, Theodoricus primns ſecundus frater ob igna-
712. uiã, cũ Ebroino Tyrãnico Pallatino, ad monachos ablegatus, Hilderico ſecundo fratri tertio locum dedit, Quem dum iniqua ſeueritate grauaret, à ſuis, grauida cum uxore in uenatione peremptus, eundem fratri à Monachis reuocato, reſtitui fecit. Isq; tandem admiſſo in Pallatium uictore, ſuo Pipino cognomine Groſſo, Beatæ Ithæ marito, beatæq; Gertrudis patre, Brabantiæ Duce, & Auſtraſiæ pallatino, è quo Rheni, Bauariæq; Pallatini cæpere, duos regno filios reliquit Clodoueũ Tertium & Hildebertum, & hic Dagobertum ſecundum & Lotharium quartum huic ob ſocordiam proceres miſcuerunt Hilpericum, raſo è Daniele ſacerdote capillatum regem creatum, Quibus ignobiliter demortuis, Caroli à bellorum fortuna cognomine Marelli Pipini ex Alpiade concubina filij, Francorum Pallatium armis iam adepti, conſenſu ſucceſſere Theodoricus ſecundus Dagoberti ſecundi filius inter Nonnas educatus, tum huic patri ſimilis Hildericus Tertius & Merouingorum Regum ultimus, Huius ſub initia regni, cedens ex humanis Martellus Francorum regni reſtaurator, Saxonum, Bauarorũ, Boemorum, Bagarorum, Sueuorum, Burgundorum, Aquitanorum, Vaſconum, Friſonum, Gothorum, & Sarracenorum dominator.

FRANCORVM CArolingorum reges & anni.



20. Pipinus puſillus.
18.
21. Carolus 1. Magnus
46. 812.
22. Ludouicus 1. Pius
26.
23. Lothar: V.
2.
24. Carolus ij. Caluus
33.
25. Ludo. ij. Balbus.
1.
26. Lud. iij.
27. Carlonus.

minator, filijs Carolomanno uidelicet, Auſtraſiam, Thuringiam, & Alemanniam. Pipino cognomine Puſillo, cum auita ditione Franciæ Pallatinatum teſtamento tradidit. In hunc uero, dum per Carolomanni fratris Monachatum, totius Francorum regni ſumma, eſſet redacta, Franci tanti Principis tum uirtute, tum potentia moti, proſcripto in cucullum inutili Hilderico, regium Pipino faſtigium obtulere. Idq;, is Zachariæ Romani Pontificis authoritate ſuſceptum, regiæ maieſtatis forma reſtituta, ſtrenue geſſit, ſeruauit & auxit. Bauaros ſponte ſe dedentes in fidem accepit. Saxones Francorum oſores, uictos, annuo Trecentorum equorum tributo multauit. Aquitanos grauiter adflixit. A. Stephano Romano Pontifice Cuius gratia, Aiſtulpho Longobardorum Rege Romanorum oppreſſore Domito, Romanum Pontificem Vrbis, & Italiæ Principem fecit, Ita benedictus eſt, ut excrationis obeant ſententiam omnes, qui temere contra Francos arma ſumunt. Præclarus ille Carolingorum regum ſtirpis pater, Præclaros genuit reges, Carolomannum Sueſſione, & Carolum Vormatiæ coronatos, proxime uero defuncto illo, huic omne regni ius acceſſit.

Carolus igitur toto Francorum regno potitus, id ita rexit, ut multarum gentium triumphis, ita auxit, ut à rerum geſtarum magnitudine Magni cognomen obtinuerit. Francorum regum ſane Maximus, uniuerſas intra Danubium, Viſtulam, Renum atq; confinem Oceanum gentes Barbaras edomuit, & Chriſto multas, præcipue Saxones Triginta annorum bello uix pacatos, audientes effecit. Deſiderij regis captiuitate, Longobardorum regno deleto, Romani Papatus firmauit Imperium. Qua Romani nominis Imperator, & Chriſtianiſſimus eſt adpellatus. Tum diſterminato à Græcis Imperio, Pipinum filium Italiæ regem dedit, dimiſſis in libertate Pontificis ſubiectis Beneuentanis & Venetis. Hinc ætate grauis Pipino & Carolo regibus è Nobili Hildegarde Sueua natis, præmortuis, Relicta Bernardo Pipini filio Italia Ludouicum Aquitaniæ Regem, ex eadem Sueua genitum, Imperio regnoq; præfecit. Qui Patre, in quos magnificentiſſimus fuerat, Diuis adſcripto, regnans & Imperans pietatem adeo coluit, ut nulla unquam, uel impijſſima filiorum impietate à pietate ſemoueri potuerit, iure pius adpellatus. Impium filium reliquit Imperatorem & Regem Lotharium quintum, Qui cruentiſſima cæde partita cum Ludouico & Carolo fratribus hæreditate, Ipſe cum Imperij nomine Italiam, Burgundiam, & Auſtraſiam, tum ex hac ſegregatam ſuo nomine Lotharingiam ſortitus, Ludouico Germaniæ, & Carolo cognomine Caluo Franciæ regnis exceſſit. Hic tum ambitioſus rex, nunc aduerſus regni ſui hoſtes Normannos, & Danos, nunc aduerſus agnatos reges uaria ſorte dimica-

Metelli te ſtamentũ.

Pipinus rex.

Ro: Pon: Romæ et Italiæ princeps factus.

Longobardorũ regnum deletum.

Francorũ Imperij diuiſio.

Primi Flandriæ & Holādiæ Comites.

FRANCORVM CArolingorum reges & anni.



Hugo Abbas.

28. Lud: iiij. nil faciens

5.

29. Carolus iij. iners

5.

30. Otto Andegauus

10.

31. Carol: iiij. ſimplex

27. 925.

Nortmānorum in Francia Ducatus

32. Rodol: Burgun:

10.

33. Lud: v. profugus

20.

32. Lotar: vi.

31.

Aygrotas Danorum rex.

uit, Auſtraſiæ portionem recuperauit. Balduinum Sylueſtris Flandriæ Foreſtarium, raptæ Iudith filiæ coniugium honeſtaturus, Comitem dixit, eius nominis & gentis primum. Dixit item Holandiæ comitem Theodoricum. Subinde Imperium adeptus, Boſonem uxoris ſuæ fratrem Arelatenſis prouintiæ regem creauit. Vltimo contra Saracenos Romam profectus, in regreſſu Mantuæ Iudęi Pharmaco ſuccubuit. Imperio, regnoq; relicto filio Ludouico cognomine Balbo. Tum & is Principatu nondũ firmato, coniugeq; Caroli ſimplice grauida, demortuus, è nobili pellice regno reliquit Ludouicum & Carlonum, reges, Hi regno Normannorum cęde pacato, Ludouicus prius morbo, tum poſterius apri morſu Carlonus exanimati. Hic ſucceſſorem genuit nil facientem Ludouicum Nonne, quam deperierat maritum. Interim ſtrenue retudente Normannos Hugone Monaſticorum cenſuum Abbate. Dumq; nil faciens ille, faceret nil, eo repudiato, Franci Carolum cognomine Groſſum, Germaniæ regem & Imperatorem ſuſceperunt, Quo item male feriati probro depoſito, Ottonem Roberti Andegauię Comitis filium atq; fortis Vuittichindi è Saxonia profugi nepotem, regia non à ſtirpe, ſed à uirtute Imperatoris Arnolphi conſenſu Francorum diademate coronarunt, Quod is Teutofrancorum dux centum millium Danorum cæde meruerat. Aurelij Pariſijq; comitatibus ab Hugonis Abbatis morte, à Carolo Groſſo donatus, tutelam ſubinde regni, regisq; pupilli ſuſceptam, fideliter geſſit. Fratres Richardum Burgundiæ, & Robertum Aquitaniæ præfecit. Hinc moriens Simplici pupillo ſuo Carolo Balbi filio, regnum reddi iuſſit. Id tum adſequutus ille, dum feram Nortmannorum Gothicæ ſtirpis gentem, quæ Galliam annos quadraginta grauiter adflixerat, armis cohercere nequiuit, data Rollani, Roberti nomine Chriſto baptizato Duci, Gilla filia, dotisq; iure Neuſtria, deinceps agente Nortmannia uocitata, pacauit. Dumq; rebellem in pugna fudiſſet Aquitanum Robertum, ab huius adfini Herberto Viromandorum Comite gratulanter inuitatus, impie tum carceri tum neci datus eſt. Quamobrem Franci tanquam rege deſtituti, Patre, filioq; poſthabitus Rodolpho, Richardi Burgundiæ Ducis filio Burgundiæ & Italiæ regi Sueſſione coronam impoſuerunt. Quo, & Carolo regno defunctis, Ludouicus Profugus ſimplicis filius, præcipuo Hugonis Magni præſidio, ex Anglia, inquam cum matre ad auunculum Elſtanum regem, capto patre profugerat, reuocatus, Carlingorum ſtirpem reſtituit, Rex parum fidus, parumq; fortunatus, icto cum Henrico Imperatore fœdere, exactaq; laqueo patris ab Herberto uindicta, Nortmanniam, tentata Ducum extinctione, recuperaturus, ab Aygroto Danorum rege captus tum uxoris opera libe-

ratus

FRANCORVM CARO= *lingorum reges & anni.*



35. Ludou: vi.

1.

36. Carolus v.

2.

FRANCORVM HVGO= *nis, reges & anni.*

37. Hugo Capetus

9.

38. Robertus

32. 1030.

39. Henricus

30.

40. Philippus i.

96. 1106.

41 Ludou: vij. Groſſ:

31.

ratus, Lotharingiæ dono, in auxilium euocato Gerberge ſuæ fratre Otthone Imperatore reſumptũ bellum cruenta fuga finiuit. relicto Carolo Brabantiæ Duce, & Lothario rege, Qui à Richardo Nortmannorum Duce ad pacem actus, pro Lotharingia cõtra cognatum Otthonem ſecundum Imperatorem maiore damno, quam lucro dimicauit. Eo uero, atq; mox Ludouico filio non ſine ueneni ſuſpitione ſublatis, Carolum Brabantiæ Ducem nepotis à fratre regnum poſtulantem. Hugo cognomine Capetus, Parryſiorum Comes, Henrici Imperatoris ex filia nepos, Otthonis Franciæ regis ex Roberto fratre pronepos, & Hugonis Magni filius, duorum regum Nauarræ *Francorũ* ſcilicet, & Angliæ gener, ingenio, uiribuſq; præſtans Car *regni mu* lingorum ignauiam, auiq; cædem ulciſcens, carceri man *tatio.* cipauit, arreptoq; tum Francorum diademate, id magna ui ſuam in progeniem tranſtulit Anno à Pipino rege ducenteſimo & triceſimo nono ſucceſſit huic Robertus, ex Eduardi Angliæ regis filia, filius eruditus, iuxtaq; pius. Qui ueluti Numa, religionis cultu, morumq; probitate paternam aſperitatem, uimq; temperauit. Burgundiam *Burgun-* ei ab Henrico duce reſtatam, Roberto filio tradidit, & re *dia diui-* gnum Henrico reliquit. Cui deinde à fratris obitu adceſ *ſa.* ſit Burgundia, nec integra. Siquidem pars eius, Viſuntina ſcilicet, ad Conradum Imperatorem defecit, poſtq; annos Centum & triginta paruerat Francis, reliquam Roberto filio ſubdidit ille. Biturigum item ducatum ab Hirpino duce Hieroſolymorum expeditionis Comite, emptum, regno coniunxit. Idq; uiuens Philippo filio, ex Anna Georgij Ruſſionum regis filio genito deſtinauit. Hic autem digamiæ à Romano Pontifice execratus, reſipiſcens, Regnum Ludouico filio cognomine Groſſo regendum commiſit. Quo is, uiuente patre, fideliter admi- *Hen: 1.* niſtrato, illud ipſum eo defuncto, ſtrenue contra Henri- *Angliæ* cum Angliæ regem, Normanniæ ducem, Franco ſubeſſe *rex, &* dedignatum, contraq; Henricum Imperatorem huius ge *Nortman-* nerum Romani Pontificis tutelæ indignatum, ſeruauit. *niæ Dux.* Aſcitoq; filio Ludouico iuniore dicto, mandauit regnum ab ſe grauiter adminiſtratum dum pauperes Dei ſeruos, uiduas, & orphanos pro uiribus tueri conaretur. Hic in Syriam, diui Bernardi ſuaſu, cum Com: Imp: profectus, ac tum non ſine dedecore, damnoq; reuerſus uxorem Elionoram Pictaui Comitis filiam, magno regni detrimento repudiauit, ab Henrico Andegauo mox Anglorum rege ductam, E tertia coniuge quod uotis, & obſecratione regni hæredem genuiſſet Philippum, Is Adeodati, quodq; id regnum auxiſſet, Auguſti cognomenta ſortitus eſt. Rex ſane magnanimus, laborum patiens, & impacabilis, nil Imperio nil Pontificatu moratus Romano impacabili bello Angliæ reges Henrici patrem, & huius filios præcipue Richardum Leoninum Cor adpellatum, ſuum ma-

leſidum Syrianæ profectionis Comitem, atꝗ ſine terra Ioannem, horum item ſuperbum ex ſorore nepotem Imperatorem Otthonem inſigni conflictu profligauit, Imperiales Aquilas, regiosꝗ leones, tum & Angliã ipſam per Lud: filium cœpit quindecim millibus argenti marchis Hen: Ioannis filio reſtitutam. Ob digamiam, quam propter Ingeburgam Caini Dalmatarũ regis, & Mariam Boemorũ ducis filias incidit, ab Innocentio Romano Pontifice quanꝗ eum adpellaſſet, execratus, paulo clementius in Epiſcopos, atꝗ ſacerdotes, ꝗ in Iudæos regno proſcriptos, ſæuiuit. Anglicanos tamen Epiſcopos, & Sacerdotes, ab execrato rege Ioanne, uendicatis illorum cenſibus expulſos reuerenter habuit, atꝗ reſtituit. Hieroſolymorum regem Ioannem de Bregna Pariſienſibus mundorũ libris Ter centenis millibus. Hoſpitale centenis millibus & egenos viginti millibus in teſtamento donauit. Ex Iſabella Balduini Hannoniæ Comitis filia in Carolum Magnum genus referente, reliquit Ludouicum Auinionis, Albigeſiorumꝗ exitio, uel maxime è Caſtiliana Blanca liberis præſertim Carolo Andegauo Syciliæ rege, Succeſſoreꝗ memorandum, nempe duodecim annorum Ludouicum, Qui matris prudentia rebellibus domitis, in Syriã profectus captam pro ſe capto Sarracenis Damiatam reddidit. Altera deinde in Aphricam expeditione Carthagine decem millium Sarracenorum cæde capta, Tunes profligato rege, præmens, dyſinteria oppreſſus, diuorum Chriſti numerum auxit Rex Chriſto, pauperibusꝗ deuotiſſimus Philippum filium habuit ſucceſſorem. Qui cæſo petro Aragonũ rege Syciliæꝗ occupatore, captaꝗ Gerunda, incautus uictor, fugiendo febri ſuccubuit, relictis ex Aragonenſi Iſabella, Valeſio Carolo, & Philippo rege cognomine quidẽ pulchro, ſed nuribus, exactionibus, atꝗ moneta deformi, grauibus ſimul atꝗ cruẽtis, potenti fratris auxilio contra Edoardum Angliæ regem, & Guidonem Flandriæ Comitem bellis agitato. Sed & illi non leue cum Bonifacio Pontifice Romano certamen fuit, ab eodem ſcilicet priuilegijs donatus, atꝗ rurſum omnibus, & regno interdictus, interdixit ille uiciſſim auro, argento, mercibusꝗ Romanis, à Benedicto Pontifice reconciliatus, moriens, conteſtatus eſt filios Carolum Marchiæ Comitem Philippum Pictauum, atꝗ Ludouicum Hutinum Nauarræ regem, mutuam in ſeſe charitatem ſeruent. Rex animæ miſertus, multa perperam acta emendet, Deoꝗ pro delictis ſatisfaciat. Hutino ſubinde Lud: & Ioanne filio viij. dierum rege, in Flandrenſium rebellione, famis, atꝗ peſtis adflictione. Philippo Longo item & Carolo paterno cognomine Pulchro, fratribus, maſcula ſine prole ſublatis, regnum Philippo, Caroli Valeſij Principis illuſtriſſimi filio, defũctis regibus uirili à ſtirpe propinquiori, contra Edoardum Angliæ regem

Philippi

Anglia capta.

FRANCORVM HVGOnis, *reges & anni.*



Carolus Syciliæ rex. 22. Lud: viij. iunior

23.

23. Philip: ij. Augu:

23. 1223.

22. Lud. ix.

2.

Eduardi Angli uictoria. 25. Lud: x. Diuus

23.

26. Philip: iij.

15.

27. Phili. iiij. Pulcher

28. 1313.

28. Lud. xi. Vtinus.

1.

FRANCORVM HVGOnis, *reges & anni.*



ʒ9. Ioannes i.
dies 8.
50. Phili: v. Longus
7.
51. Carol: vi. Pulcher
6.

FRANCORVM VALOIS *reges & anni.*

52. Phili: vi. Valeſius
23.
53. Ioannes. ij.
1ʒ.

Philippi Pulchri ex filia nepotem, primorem regni, Salicæq; legis definitione ceſſit. Qua poſtquam is linei Galli ludibrium, Flamingis circiter viginti millium ſtrage pēſauit. Aduerſus Edoardum à Flamingis regem adpellatū, bello ſuſcepto, quadringentarum nauium claſſem apud Scluſam, hinc ad Cretiacum pro Trecentorum millium cæde paſſus, Ioannem Boemiæ, & Maioricarum reges, Carolum Alenconium fratrem, Lotharingiæ ducem, Flādriæ Comitem cum multis alijs Comitibus, Baronibus, atq; nobilibus. Caliſium item non paruo Francorum incommodo perdidit. Tum in Angliam ducendum exercitum congregans, hominem exuit. Borbonios duces dixit, & Vienenſem Imperialis iuris Delphinatum, ab Vmberto Sobrino ſuo, Dominicano cucullo deuoto, emptum, regum ſucceſſoribus attribuit. Succeſſit ei filius Normanniæ Dux Ioannes. Qui anno regni ſui ſexto teſutata fero citer pace, in Pictauis pugna data, mille ſeptingētis amiſſis, cum totidem, & Philippi filio captus, à uictore Richardo Valie Principe ad Edoardi patrem, in Angliam eſt abductus, Parriſianis interim, Beluacisq; cruenta ſeditione, atq; Carolo Normanniæ duce captiui patris uices gerente cum Nauarro rege diſſentione grauiter laborantibus, quibus ſedatis, dum oblatas redimendi regis conditiones tanquam iniquas abnegaſſent Franci eas, aut regnum extorſurus Angliæ rex Edoardus ingenti exercitu, cui ſex millia carrorum ſeruiebant, Pariſium regni caput adortus fruſtra, in pacem cōuenit. Qua Francus Rex anno carceris ſui quarto aliquot dominijs renunciatis, atq; Trecenties centenis millibus aureis numis ſoluendis pactis, datisq; duobus filijs cum alijs magni nominis uiris obſidibus, redemptus, mox à fratris morte Burgundiæ Ducatum conſequutus, anno hinc quarto, obſides redempturus, Lundonij uita relicta, mortuus, regijs Francorum mauſoleis eſt illatus. Superſtitibus quatuor filijs, quatuor præcipuorum Franciæ Ducatuum ducibus nempe, Carolo Nortmanniæ, & Aurelij. Ludouico Andegauiæ, cui Neapolis regnum infœliciter adceſſit. Ioanne Biturigum, & Aluerniæ. Philippo Burgundiæ, & à Ludouico Soceri ſui morte Flandrię atq; Brabantię. Carolus autem rex pacis, bellicq; ſtudijs clarus, fratrum auxilio regnum tanta prudentia rexit, ut ſapientis cognomen obtinuerit. Imperialem Arelati prouinciam Caroli Imperatoris materni aui ſui dono receptam, cognatos in Andegauos Neapolim reges tranſtulit. Præter Caſtellaneos, & Anglos, arduū illi negociū fecit, Ioannes de Monteforti. Qui cæſo in pugna ſobrino ſuo Bleſenſi Carolo in diuos poſtea relato, Britonū ducatum ſibi uendicatū, Anglorū ſubſidio tuebatur. Quo in turbine defunctus, impuberem ſub fratrū tutela reliquit regē Carolum beneamatum, atq; Lud: Aurelij ducem. Tum rege contra patris legē ante legitimam ætatē coronato, tutorū ſimultas, ciuium ſeditiones, Principū rebellio, & Anglici hoſtes, regnū penè contriuere. Rex porro Lud: Comite plus 40000. Flamingorū

Ioannis regis redemptio.

Arelati translatio.

Flamingorum cædes.

FRANCORVM VALOIS *reges & anni.*



52. Carol: vij. Sapiẽs.

Henrici 6. ſors. 16. 105.

55. Car: viij. Bñamatus

22. vi. 1422.

56. Carolus ix. vij.

38.

57. Lud: xij. xi.

23.

Burgundiæ translatio. 58. Carolus x. viij.

12.

59. Lud: xiij. xij.

17. 1512.

60. Franciſcus:

Numerant Galli Carolos duntaxat octo, & Ludouicos duodecim, quos è numero tollendos cenſeant, ignoro, niſi è Caroli inertem, & Loth: 5. fratrem, eiuſdemq; filium è Ludouicis eijciant.

Repudiũ

cæde reſtituto, Angliam debellaturus, claſſem unã Ganpenſium igne, mox alterum noningentarũ nauium Principum negligentia Scluſe perdidit. Hinc inter multas ſtrages, Blangianam Angli Henrici uictoria, Illuſtriumq; Francorum tum cæde, tum captiuitate inſignem pertulit. Vbi Carolus Aurelij dux anno captiuitatis ſuæ viceſimo quinto quater centenis millibus aureis numis ex Anglia redemptus eſt. Lunaticæ poſtremum amentiæ rex ille bonus anno regni ſui 40 à Propatruele Burgũdię duce Philippo, ob patris ſui Ioannis, è Turcarum manibus redempti, cædem in Ludouici Aureliani necis ultionem, è Franco patratam, cum Iſabella Bauara coniuge, Katharina filia, triumphãti nupta, cumq; regni ſede Pariſio Henrico Anglo, captiuum Scothorum regem Iacobũ ſecum ducenti, traditus biennio poſt elatus, Delphinum Carolum habuit mire fortunæ ſucceſſorem filium. Qui, difficili merce reducto ab Anglorum parte Burgundo Philippo Principe ſui temporis illuſtriſſimo tum ingenti labore ſuperato nepote Henrico anno eius duodecimo Angliæ, Franciæq; regnorum nomine Pariſij coronato, poſtea uero à ſuis utroq; ſpoliato, regnum ab Anglis, atq; Burgundis in ſolos Bituriges redactum, miris Ioannæ puellę auſpitijs priſtini reſtituit amplitudini, cui & Aquitaniam centum quadraginta annos ab Anglis occupatam, reddidit. Rex per omnem uitam ſuam magnanimus puſillanimi tandem mortis metu, deceſſit, relicto rege ſuæ lenitati plurimũ diſſimili Ludouico rebelli filio. Qui non impune tamen, depopulatis Alſatijs, cæſisq; ad Baſileam Heluetijs cædendo fatigatis, Rex factus, Heluetiorum, quos primus regum in fœdus ſuum largis penſionibus, atq; ſtipendijs traxerat, auxilio, primus, Francorum regem, ab Anglorum Burgundorum, atq; rebelliũ principum metu liberatum, liberum totius regni Dominum fecit. Tum cæſo ab Heluetijs potenti Carolo ultimo ſuæ ſtirpis duce, Burgun: Ducatum ab Heluetijs centum quinquaginta millibus aureis numis, & auſtrio Maximiliano cæſi Burgun: genero cruentis armis ereptum, retinuit. Hinc cum Maximiliano per mutua liberorum ſponſalia pacatus, fruſtra Medicorum atq; Diuorum ope ſummis ſtudijs, donisq; tentata, hominem exire coactus, regnum impuberi filio Carolo commendauit, Huius dum regis ſororius Ludouici aurelij dux adminiſtratione fruſtratus eſſet, Maximiliani regis, Britonumq; partium factus belli dux, cæde ad Sanctum Albinum commiſſa, ab Heluetijs captus, tum à captiuitate coniugis patrocinio liberatus, nõ coniugi, ſed regi datam fidem ſeruauit. Rex autem repudiata Margarita Maximiliani ex Burgunda Maria filia, defuncti Franciſci Britonum ducis Annam filiam Maximiliano regi deſponſatam, raptam, connubio ſimul atq; ducatum ſibi deuinxit. Hinc regno in pace firmato,

mato,corpore puſillus,atq; deformis, magni, formoſiq; animi ſpecimen præbiturus,
Heluetijs Comitibus,tranſalpes per Italiam,perq; Romam inuicto exercitu in Apu-
liam ducto, duobus Alfontio patre, filioq; Ferdinando regibus pulſis, Neapolitanũ
regnum Andegauorum iure ſubegit. Inde memoranda ad Forum nouum in Vene- *Neapolis capta.*
tos ædita ſtrage uictor in Franciam reuerſus , nil niſi Gallicum malum toti peſtilens
orbi,uacuiq; nominis triumphum magno cruore, auroq; comparatum, retulit, atq;
mox nulla ſuperſtite prole, cum uita deſeruit anno ætatis viceſimo ſeptimo & à parta
uictoria tertio. Qua regnum à ſtirpe regia proximo ceſſit Ludouico Aurelianorum
duci,Qui ad Nonnas relegata defuncti regis ſorore relictam illius uiduam duxit uxo
rem,è qua generum reliquit inde ſucceſſorem , poſtquam multis grauibuſq; bellis,
Ludouicus Sfortiam cum Mediolani Ducatu proauiæ ſucceſſionis poſtulato , anno
regni ſui quarto & hinc altero Fridericum magis literatum, quam armatum Neapo- *Neapolis*
lis regem,regno Hiſpanis non incruente relicto,captiuos tenuit. Atq; Papam, Cæſa- *rex ca-*
rem Hyſpanos,Anglos,quorum coniuratus in Venetos, & Heluetios fuerat, amiſſo *ptus.*
Mediolano,moriens,hoſtes euaſit. Regno igitur ad generum Franciſcum Angule-
mum præſtanti forma, & animo Principem translato, Is mox anno regni ſui primo,
graui profligatis cæde Heluetijs,Mediolanenſem Ducatum cum Maximiliano Mori
filio Duce recuperatum,eundem à Pontifice Romano deſertus, anno regni ſui ſepti-
mo ſuo,Heluetiorum multis in ligam ſuam coronis uinctorum,præſidio pulſo, Ianuã
item,atq; Tornacum Cæſari reliquit, Cumq; ſubinde pro perditorum recuperatione
bis male pugnaſſent duces, ſuo ductu rem geſturus, anno regni vndecimo exercitu
Papiæ obſidione languefacto, in certamen tractus, male pugnantibus Alenconijs &
Heinetijs ,ingenti ſuorum illuſtrium Comitum cæde, equi uulnere à Sueuis captus,
tum in Hiſpaniam ad Cæſarem ductus, anno ibidem tranſacto , acceptis conditioni- *Francorũ*
bus,datiſq; duobus filijs obſidibus, in Franciam ſuam eſt dimiſſus. Præceſſerat huic *rex ca-*
tanto incommodo proditionis ſuſpectum Caroli Borbonij Coneſtabilis ad Cæſarem *ptus.*
profugium,iamnum Mediolani, atq; Cæſariani exercitus ducis, hinc intra Romam
ductu ſuo expugnatam Bombardæ ictu ſepulti. Tum anno regni decimo ſexto iam
tota exutus Italia,per matrem,atq; Romanum Pontificem cum inuicto Cæſare,& pa-
cem & affinitatem inijti. Qua Neapoli,Mediolano,Ianueq;,ab ſe renunciatis,ac
perſolutis coronatorum bis mille millenorum filios redemit,& Leo- *Pax inter*
noram fortunatiſſimi Cæſaris ſororem,uxorem duxit. *Cæſ: & Gallum.*

FINIS.

HAEC ERRATVLA QVAE INTER IMPRIMENDVM
cauere haud licuit ſic corrige.

Folio 10. Pa: 2. li: 14. homicidas. Fol:14.li:11.Bellepares.Ibidem li:13.Lamprides.
Folio 15.li:15.Metropolis. Fol:17.Pa:2.lin:45.Iliadem Ibidem Ilio deuaſtato. Fol: 23.
Pa: 2 .lin:penultima.600, Regum. Rege cum 400. turritis lege. Fo: 69. Pa: 2.li:16.
Trecentorum millium.Fol:73.poſt Ioannem xx.ſunt pretermiſſa tria nomina ſcilicet
153.Benedictus ix.& ſui Pontificatus numerus 8. 154. Sylue:iij.dies 49. 155. Gre-
gor:vi.Fol: 86.li: 1 .fudit.

Cætera æquus lector uel etiam mediocriter doctus
piè emendare poteſt.

13091
Voynitch
Feb 4/21

BREVIS IN VOLATILIBVS APIS, ET INITIVM DVLCORIS HABET FRVCTVS ILLIVS. ECCLE. XI.



A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S.
Omnes ſunt Terniones præter R. duernionem.